1024

DE CŒLESTI AGRICVLTVRA



Excuſum Auguſtæ Vindelicorum, per Henricum Stayner, Anno M. D. XXXXI.

PIA AD LECTOREM EXHORTATIO.

AD multorum piorumq; fidelium profectum, & fidei orthodoxæ firmamentum, quemcunq; prouidum ſyncerumq; fidei & ueritatis cultorem, hortor, rogo, & per ſacratiſſimam Chriſti crucem obteſtor, ut præclara hæc de cœleſti Agricultura uolumina, a pluribus & celebratiſſimis quidem Theologorum gymnaſijs, accurato examine, ſummiſq; laudibus & præconijs probata (prout ex patentibus eorundem in huius libri calce adiectis literis conſtat) penſiculatim lectitet, attenta meditatione, & pura mente reuoluat: Vnde exquiſitius & paruo quidem negocio inſtrui ac dirigi quiſq; poterit, in ueram uitæ ſemitam, arctamq; uiam æternæ ſalutis.

PAVLI RICII, DE COELESTI Agricultura, uolumina quatuor.

Primum, ad philoſophantes, qui nihil credunt, niſi id quod ratio uel ſenſus palpitat. Folio I.

Secundum, ad Iudæorum ſynagogam, qui nonnulla acceptant, nonnulla reſpuunt fidei fundamenta. Folio xxxiij.

Tertium, ad eos, qui totam pietatis fidem uenerantur & colunt, in aliquibus uero a recto intelligentiæ tramite exorbitant. xliij.

Quartum, ad plures fidelium, qui ea, quæ ad ueritatis fidem ſpectant, ſedule quidem & pie credunt, rudiuſcule tamen & oſcitanter credendi actum exercent. Folio lxix.

EIVSDEM.

De communi Sacramentorum ratione, dignus attentione ſermo. cxxiij.

De archana Dei prouidentia, commentariolum in pſalmum Beatus uir. Folio cxxv.

De Anima cœli, iuxta ſanctorum & philoſophorum traditionem, compendium. Folio cxxix.

De ſexcentis & tredecim Moſayce ſanctionis mandatis. cxxxix.

De Talmudeorum codice excerpta farrago. clxiij.

De nouenario doctrinæ ordine, & de Ariſtotelicæ dogmatis cohærentia & nexu. Folio clxxxiij.

De ratione prohœmij, qua non modo rude & indocile genus hominum, ſed & ſtolida quoq; iumenta participant. cxcviij.

De modo indagandi ſtatuendiq; cuiuslibet ſcientiæ ſubiectum. cxcix.

In uirulentam immaniſſimamq; Turcarum rabiem, ad Principes, magiſtratus, populoſq; Germaniæ, docta nimirũ & feruida contio. ccv.

030028522

AD GLORIOSISSIMVM ATQVE SEMPER INVICTVM IMPERATOrem Carolum, eius nominis Quintum, Adcꝫ præpotentem Romanorum, Hungariæ & Boëmiæ Regem Ferdinandum, humilimi Pauli Ricij, in quatuor de Cœlesti Agricultura uolumina, Præfatio.



VMMVS RERVM OMNIVM sator, & mundi opifex, cęlestisꝫ agricola Deus, qui de sublimi & inaccessibili gloriæ suæ throno, labile et caducum, miserumꝫ mortalium genus, æterna & imperuestigabili prouidentia & miseratione respectat, in eumꝫ de inexhausto largitatis suæ penu omnifariam donorum, & uirtutum semina transfundit: Ille ipse enutrit, fouetꝫ semina ipsa, eisꝫ tribuit incrementum: Hac scilicet lege, ut operarius, & uigil adsit terræ colonus, qui plantet, qui riget, qui serendum heri sui agrum adaptet, sollicitoꝫ labore, & diligentia excolat, Alio qui nulla frugiferi incrementi securitas, necꝫ spes ulla dari uel contingere posset: Illius siquidem adiutores (ut fidei & ueritatis præco loquitur) & agricultura sumus, qui fructum mercedemꝫ iuxta laborem, & diligentiæ studium consequimur. Quum itaꝫ cœlestis ager, & fundus iste, quem olim fide, religione, & morum honestate excultū, floridumꝫ, ipse cœlestis agricola Deus fidelibus suis operarijs commiserat, modo totus fere incultus, squalidus (proh dolor) & pene desertus iaceat, ut iam proiectum in eo semen, aut nihil prorsus germinis emittat, aut tenue & defectum proferat, uel degenerem frugem, lolia & zizanias pariat, aut si quid generosi producat, id perexiguum sit ex segnitie & inertia coloni. Cunctꝫ fideli solertiꝫ operario id oneris incumbat, ut sollicita cura euigilet & circumspiciat, si quid scabri, aridi, senticosi, & minus culti in commisso sibi agro uidet, quo non satis heri sui uoto respondeat, id prouide aptet, offartiat, expurget, atꝫ fecundet. Idcirco uisum est & mihi uocato, in sacratissimi huius agri colonum, nonnihil debiti laboris & studij impendere, quo ignaui & nequam (qui mnam sibi commissum terra recondit) serui notam caueam, mulctamꝫ aufugiam, atꝫ a summo illo cœlesti, & terræ uiuentium agricola Deo (qui pro reparando agri sui cultu ne innocenti quidem unigeniti filij sui sanguini pepercit) aliquid mercedis, & cœlestis præmij reportem: Porro quum perplura eorum, quæ ad susceptum opus spectant, magna & recondita insinuant ueritatis sacramenta, quę stolida & iactabunda quorundam ignorantia, ac uirulentus malignantium liuor deturpare, & sicut muscæ morientes (iuxta Sapientis elogium) unguenti suauitatem perdere moliuntur. Ideo ad te Carole maxime Cæsar, ad te inclyte Roma- 1. Corinth. iij. Ecclesiast. x.

norum Rex Ferdinande, tanq̃ ad intemeratum fidei & pietatis asylum, ualidumq̃ robur & firmamentum confugio, prouoco, & Cæsarem, Cæsaremq̃ appello: Quos superna Dei prouidentia in sublimi hac specula, altoue tribunali uti peruigiles sacrosancti Christiani orbis moderatores, iustosq̃ iudices constituit: Quatenus & omnium illorum, qui se ad uirtutem, ad ueram pietatem, fidemq̃ solidandam sedulo exercent, pios strenuosq̃ (prout sacratissimæ crucis decet antesignanos) exhibeatis propugnatores, tutoresq̃, & defensores honesti. Quamobrem hæc ipsa de cœlesti Agricultura uolumina, Euangelicis quidem, sanctorumq̃, necnon & sanæ rationis superstructa fundamentis uestræ Maiestatis clementiæ supplex porrigo, & in genua pronus offero: Quæ cum iusto, atq̃ honesto, & constanti celsitudinis uestræ fauore aspersa, tutataq̃ fuerint, nil uticq̃ erit quo timeam, quo formidem, quid sentiat, quid iudicet humana dies: Scuto nanq̃ circundabit me ueritas ipsa, & me protegent sacra sublimitatis uestræ umbracula, sub quibus & degam, & sperabo, donec hoc calcauero solum, & in me halitus, atq̃ uitæ spiraculum manserit, iuuante Christo, cœliq̃ Regina, & uirgine alma.

Matthæi iij. Quum autem quatuor modis (iuxta Euangelica documenta & rerum ordinem) uariet & coinquinet, excolendi agri sortem, segnities & inertia coloni, operæpretium fore duxi, huic cœlesti Agriculturæ quadripartita consideratione intendere. Huius siquidem colendi agri pars aliqua datur, quæ uia, & calcantium uestigio attrita, scabra, horridaq̃, & nullius frugiferi seminis capax derelinquitur: Hic est spiritalis ager, animusq̃ illorum, qui mundanam sapientiam, & inanis philosophiæ argutias iactitant: Hi enim quia sensibilium rerum simulachris intenti sunt, syderumq̃ impulsibus acti, ideo ad diuinum semen, & reuelatę fidei sacramentum capescendum minus apti idoneiue fiunt, quin ex perpetuis eorum phantasiæ inuolucris, & uersatili cœlorum gyro totum eueſtigio semen illud eliditur, rapiturq̃ & euanescit. Alia agri huius petrosa datur portio, non satis terræ gleba referta, quæ tametsi aliquid germinis proferat, radice tamen (ob terræ inopiam) carens, statim irradiante sole, tabe, atq̃ arido consumitur: Qualis est rigidus & obduratus Iudæorum spiritus, qui tametsi supercœleste archanæ ueritatis semen, prophetarum ore transfusum, firma quidem & pertinaci fide susceptent, attamen quia non omnia quæ fidei sunt fundamenta credunt, neq̃ concipiunt: uel concipientes, solida tamen ueritatis radice cum careant, quocunq̃ facili incursu, tenui & leuiuscula aura, mox præconcepta ueritatis sacramenta contemnunt, & ueluti futilia, uanaq̃ figmenta renuntiant. Alia uero datur fundi portio sentibus, & tribulis oppleta, quæ ex susceptο semine, cuius calamum spicamue progerminet, spinis tamen oppressa, suffocatu denicq̃ enecatur & perit: Qua quidem similitudine, turbulentis his temporibus quorundam Christi fidem profitentium animus, licet ueritatis fundamenta capessat, eiusq̃ radicem seruet, praua tamen & distorta intelligentia, mundaniscq̃ illecebris contaminatus, cuncta fere externa uirtutis & fidei opera, fructusq̃ obumbrat,

brat,perimit & corrumpit. Alius demum cultus, atq; fecundus ager datur, qui bonam & expetitam frugem ad culmen quidem producit, minus tamen uberem,ex torpore & inertia coloni: Quorundam & deuotorum quidem fidelium instar,qui reuelata fidei mysteria, syncera mente, & sana intelligentia amplectuntur & colunt,quia tamen minus apti sunt,minusue industriæ & studij impendere noscunt, q̄ uera exercendæ fidei ratio deposcat, ideo copiam & uberem inde fructum gignere & propagare nesciunt. Quotquot denicq; (ut rem paucis perstringam) aberrantium existunt mortalium, unam uel alteram e quatuor sortiantur, & subeant conditionem necesse est, aut enim nihil prorsus credunt de fidei archanis,quale est tumidum quorundam philosophorum genus: Aut truncatam & defectam tenent fidem,ut iunior & peruicax Iudæorum synagoga: Aut falso & perperam credunt, ut hæresiarchæ illorumq; sequaces: Aut remissius,& frigide nimis credendi actum exercent,ut perplures torpentium oscitantiumq; fidelium,qui minus q̄ par est ad perfectam salutem, uitamq; beatam adipiscendam euigilant,& feruent spiritu. Iuxta igitur quadriformem & lapsam hanc instituendorum hominum sortem, quatuor de cœlesti Agricultura (superum nutu) coëgi uolumina, Quorum primum scabrum, ineptumq; quorundam philosophantium animum,sensuum & rationis uomere,atq; Peripateticorum sulcis, ad cœleste semen coaptat, principe Apostolorum iubente, ut Sapientes fidelium parati sint fidei rationem reddere omni poscenti, Quemadmodum & Apostolus inuisibilia Dei per uisibilia intelligēda esse,Romanos admonuit. j. Petri iij.

Secundum huius operis uolumen petrosum,durumq; Iudæorum fundum,qui credendorum & terræ uiuentium inopia radice carent, pingui prophetarum solo, Talmudeorum etiam ope adaggerat atq; offarcit.

Tertium uolumen, senticosum spiritum,& errorum tribulis oppressum,noui ueteriscq; Testamenti ligonibus & sarculis expurgat,ac fructiferæ fidei & intelligentiæ puritati restituit. Quartum denicq; uolumen, fidelem animum,qui tenuiter & parce fructificat,archana meditatione fecundat,eumq; ab his sordidis deficientibusq; aquarum riuulis ad superna fluenta, atq; perennem uiuentium aquarum scaturiginem extollit, unde locupletius fidei & ueritatis fructum depromere & propagare queat.

Quibus cunctis ad amussim sic æditis atq; perspectis, tametsi non omne quod uelim,& quod rei ratio postulat,effecerim, id tamen quod pro mea paruitudine possum & debeo,sedulo (ut decet Christi seruum & fidum eius agri colonum) peragere conabor, opitulante & gratiam donante eodem cœlesti agricola Deo,cui laus, gloria & honor.

PRIMI VOLVMINIS DE COElesti Agricultura, Præfatio.

QVONIAM uero hic munus aggredimur, excolendi & aptandi ſqualidum horrendumq; quorundam philoſophantium animum, qui a uero philoſophiæ tramite uſq; adeo exorbitant, ut ipſi (quemadmodum & plures ſtolidorum arrogantium q; fidelium) iam firma cogitatione autument, uniuerſam orthodoxæ pietatis fidem e directo pugnare, cum Peripateticorum dogmate, lumineq; naturæ. Vnde miſera hac noſtra tempeſtate, permulti qui munDanam philoſophiam iactitant, eo præcellentius laudabiliuſq; philoſophi ſibi nomen aſciſcere arbitrantur, quo longius & pertinatius ea, quæ reuelatæ fidei ſunt fundamenta reijciant, & ueluti phanatica quædam deliramenta ſubſannent. Illi uero mycrologi cum omni prudentia, & ueritatis diſciplina exortes ſint, ſolidi tamen & deuotiores in fide uideri uelint, quicquid naturę lumine & ſana ratione conſtat, id totum ueluti fidei orthodoxæ reluctans, protinus contemnunt & execrantur. Cum igitur hoc genus philoſophantium nihil penitus annuendum & amplectendum exiſtimet, niſi id quod ſyllogizandi & diſceptandi arte conuincat. Ideo ad illorum animi leniendam aſperitudinem, corrigendaſq; ineptias nos pariter diſceptatorijs quibuſdam eorum inſtrumentis, & cœleſtis agriculturæ ligonibus, uomere & aratris, dialogi more cum illis agendum duximus, quo palam & claro rationis lumine uideant & perdiſcant legittimorum philoſophorum dogmata, non modo in nihilo diſſentire uel pugnare cum fide, ſed potius ſuffragari, & certis ſolidiſq; coniecturis, eius aſtruere & ſtabilire fundamenta. Stolidum uero mycrologorum genus adeo in foribus (ut aiunt) delinquit, ut illius confutatio parum negotij uel ſtudij (prout latius tertio huius operis uolumine oſtendimus) requirat. Nec puduit iactabundum atq; inertem calumniatorem quibuſdam cenſuris (ut ipſe uocat) ſuis aſſerere: Quicquid in ſymbolo Apoſtolorum ſcriptum & comprehenſum ſit, id totum contra ſenſum & rationem credi, quo quidem poſito & admiſſo, nemo uticq; tam rudis, tam cæcutiens Chriſtianæ pietatis homo, qui non uideat, qui non intelligat fidem & religionem ſubuerti, uniuerſamq; orthodoxam pietatem corruere. Sanctorum ſiquidem decretis, & omnium Theologorum ſententia compertum habemus, diuinam legem, ſiue ius diuinum conſtare natura, & quæcunq; uel moribus recepta ſunt, uel ſcriptis comprehenſa, ſi naturali iuri fuerint aduerſa, uana, & irrita habenda eſſe. Cum igitur ius naturæ ſolo indito rationis lumine conſiſtat, nullatenus dubitare decet, quin omne id, quod contra ſanam & manifeſtam rationem creditur, uanum & irritum habendum ſit: Ideo ueritas & ratio (iuxta ſanctorum documenta) quibuſcunq; conſuetudinibus & conſtitutionibus eſt anteponenda. Si ergo quicquid in Apoſtolorum ſymbolo contentum eſt, totum (ut illius thema effutit) contra rationem

Philoſophãtes nihil probãt, niſi qđ ſenſus uel ratio palpitat, omnem rero fidem reijctiunt.

Mycrologi ſolam fidem acceptant, & quæ rationis ſunt, protinus contemnunt.

Gratię et naturæ lumen, mutuam prę ſtant opem.

Diſtinct. 8. Quo iure. Diſtinct. 9. Sana. Diſtinct. 1. Ius naturale.

Diſtinct. 1. Cõſuetudo.

rationem & ſenſum creditur: Vniuerſam (proh pudor) ueritatis fidem uanam & irritam eſſe fateri oportet. Rurſum, ſi ea quæ ſunt fidei, lumini aduerſentur naturæ, et contra rationem amplectenda ſint, quo nam modo princeps Apoſtolorum ſapientes admonet fidelium, Parati ſint ſemper ad ſatisfaciendum omni poſcenti rationem, de ea quæ in eis eſt fide & ſpe. Quo nam pacto ſapiens fidei Architectus, auſus eſt cum philoſophis in areopago, de his, quę fidei ſunt differere, eoſq; ad fidem amplectendam perſuadere Athenis? Qui nihil ſentiunt, nihil prorſus quod innato rationis lumini aduerſum eſt, acceptant. Et qua lege idem Apoſtolus, gentes, quæ ſola ratione nituntur, Deum cognouiſſe docet, quod iuxta hanc impiam hypotheſin, ex Apoſtolorum ſymbolo contra rationem creditur: Et cur docet Apoſtolus inuiſibilia Dei, a creatura mundi conſpici, per ea quæ ſancta ſunt intellecta, & propterea gentes dicit inexcuſabiles. Superuacaneum denicq; duxerim, multimoda aliorum priſcorū & iuniorum Theologorum huc afferri teſtimonia, qui contra fidei oppugnatores, nihil magis anxie quærunt & ſollicitant, cq; ut cohęrentiam oſtendant eorum, quæ fidei ſunt, cum ſenſus & rationis experimento: unde Auguſtinus de Trinitate cap. xiiij. Fides (inquit) in uobis per ſcientiam gignitur, nutritur, defenditur & roboratur: Quod & nos preſenti uolumine ꝓ uirili noſtra, longe lateq; oſtendere & explanare conabimur, diuina aſpirante gratia, & ſuper cœleſtis ſpiritus aura, quæ noſtris faueat cœptis, & pietatis uota ſecundet.

1. Petri iij.

CORRECTIONES MENDARVM, QVÆ IN QVATVOR de cœlesti Agricultura uoluminibus repertæ sunt.

In præfatione primi uolouminis horrendum, lege horridum.
iij. folio ęternumq;, lege ęternũ q̃
Ibidem deprehẽdes, le. dep̃hẽdere
Ibidem cum nium, lege cũ omniũ
iiij. folio prophetiæ, l. propheticæ
v. telum, lege telam
vij. pœnitentia, lege pręsentia
Ibidem pœnitentiã, lege pręsentiã
viij. appositio, lege oppositio
ix. appetitudine, l. aptitudie
x. folio quis, lege quouis
xi. si, lege sic
Ibidem Gometius, le. Philaletes
xij. sunt, lege sint
xiiij. me adde
xv. quis, lege quouis
cap. dele
corporea, lege corpora
Ibidem thelistium, le. themistiũ
abaleos, lege cabaleos
asseclæ, lege assecla
xvi. cap. dele
Ibidem se, lege seu
xvij. cap. dele
cap. dele
loculentis, lege lutulentis
Ibidem cap. dele
cap. dele
loculenta, lege lutulenta
xviij. cap. dele
xix. cap. dele
xx. non adde
Ibidem assimulari, lege assimilari
Ibidem inprimis, lege imprimis
xxi. formas, lege formis
Ibidem unitur adde
xxij. id adde
xxiij. enunctias, lege enuntias
xxiij. materia, lege materiæ
Ibidem theoriæ, lege theoria
Ibidẽ harmoniacus, harmonicus
Ibidem hominem, lege homine.
Ibidem particeps, lege participes
xxiiij. inhære, lege inhereat
Ibidem aliquis adde
Ibidem quis dele
xxvi. sortiri, lege sortitus
Ibidem fuisse adde
Ibidem illuuies, lege illuuie
xxvij. ex uero, lege ex utero
Ibidem causa, lege causæ
xxix nobilium, lege mobiliũ
Ibidem si, lege qui
Ibidem inhæreat, lege inhæreret
xxx. idciro, lege idcirco
Ibidem supplantaro, l. supplãtare
Ibidem omnibus, lege ouibus
xxxi. referunt adde
Ibidem operis, lege temporis
Ibidem atq; adde
Ibidem denunctiat, lege denũtiat
xxxij. camitabitur, l. comitabit
Ibidem esse adde
xxxiij. discernit, lege disseruit
xxxiiij. labisci, lege lakisci
Ibidem enunctiat, lege enuntiat
Ibidem cœcutieq;, lege cœcutierit
xxxv. probatur, lege probãtur
inuenies quod dele
fides, lege fidem
Ibidem in adde
multæ, lege multis
tamen dele
xxxv. Dauid, lege Daniel
xxxvi. uiuus, lege unus
Ibidẽ denunctiant, lege denũtiant
Ibidẽ medrastitim, l. medrastilim
xxxvij. cap. xxiij. adde
Ibidẽ H dele, & scribe cũ i Ieremię
Ibidẽ adstipulatur, lege adstipulat
xxxviij. colligemus, l. colligimus
Ibidem absqu, lege absque
Ibidem sed adde
xxxix. capitiuitas, le. captiuitatis
Ibidem Deus, lege dei
xli. sederalem, lege sederalam
Ib. quadringentas, l. q̃dringẽtos
Ibidem sydonalis, lege synodalis
xliij. &, lege ad
Ibidem nonnunquã, lege nouũq;
xliiij. pietas, lege pietatis
Ibidem monia, lege monita
xlv. anserem, lege anserum
Ibidem euangelia, lege euangelicę
Ibidem hirundo, lege arundo
xlvi. mirari, lege admirari
Ibid. legumdatoꝝ, l. legumlatoꝝ
l. pertingit, lege pertigit
li. si adde
Ibidem formæ, lege sorde
Ibidem nuncupatur dele, et paruo inferius adde nuncupat.
liij. operatur, lege operator
liiij effinxerint, lege effinxerit
Ibidem luculenta, lege lutulenta
Ibidem mandatis, lege mãdantis
Ibidẽ deuoratione, l. deuorationẽ

IN APOSTOLORVM SYMBOLVM DIALOGVS INTERLOcutores tres ſanguine fratres, Philalethes, Philoſomatus, Philadelphus, Theologuſq; Gometius.



PHILALETHES. IAM PRAETERIT dies, umbræq; declinant, mihi autem mox abeundi hora inſtat, Surgite o fratres, ſurgite nunc ocius, & una mecum pergite. PHILOSOMATVS. Ecquid nam uſq; adeo te ſollicitat, ut ſic propere nondum dimidio peracto triumphi diſcedere feſtines, ſta parumper queſo, & hæc tam læta, atq; iocunda puellarum tripudia commiremur? PHILA. Non licet diutius hic moram trahere, me namq; domi expectat theologicæ ſapientiæ Magiſter Gometius. PHILOSO. Et quæ obſecro tam urgens cum Gometio tibi cauſa eſt? PHILAL. De aliquibus quæ ad æternam animæ ſalutem ſpectãt, & iamdiu anceps mecum reuoluo, me erudire et edocere uelle ſe recepit. PHILOSO. Serio ne an ioco loqueris? PHILALE. Serio per immortales. PHILOSO. Ha ha he, deliras ſane frater, et atra te bilis agitat, qui re ipſa derelicta uana inſomnia umbramq; ſequeris, Quæ nam ſecurior, quæ iocundior beatitudo & ſalus, quam huius uitæ frui dulcedine, honoribus, ſodalitijs, epulis, tripudijs, puellarum pulchritudine, & omnifaria ſenſuum libidine? nihil utiq; ſuauius, nihil præſtantius, nec felicius dari uel excogitari poterit? PHILALE. Equidem quod uulgo dici ſolet, minime falſum eſſe cenſeo, ipſam ſcilicet orationem, morum et uitæ indicem, umbramq; exiſtere, nec ſolum nunc uel pridem, ſed multorum iam annorum decurſu, te habere (ut aiunt) in cornu fœnum cognoui, Vnde plerumq; præſentem hunc Philadelphum fratrem, ut effrenem & uirulentam tuam conſuetudinem caueret admonui, qui ad inanes ſenſuum illecebras, & ſordida carnis obſtamenta nos ſemper detorquere moliris. Nunc autem quid o Philadelphe diutius moramur, & turpiſſimis uoluptarij hominis ſermonibus aures noſtras coinquinari patimur, hinc tanquam a Syrenarum cantu fugiendum, & inſanum hunc Philoſomatum relinquendum duco. PHILAD. Non ſis queſo tam difficilis et auſterus frater, ſed paululum morare, et me cum illo contendere ſinas, is enim tametſi corporis curę nimium indulgeat, rationis tamen diſcurſibus placide nonnunquam aures adhibere conſueuit. PHILOSO. Nec quicquam (me hercle) nunc magis deſydero, niſi ut tu mecum (& mitius quidem) agere uelis. Is enim Philalethes durius et rigidius, quam par eſt homini fraterno, ſibi ſanguine iuncto, ſuccenſere, eumq; improperio afficere uidetur. PHILAD. Non contemptu uel odio (crede mihi) ſed ſpiritali zelo in talem aſperitudinem aduerſus te prorupit.

Epicuri ſectator.

rupit. PHILOS. Non infitior, attamen tu, te mecũ acturũ exhibuisti, idq; ipsum nunc prosequi queso libeat. PHILAD. Prosequar ut optas. PHILOSO. Eloquere itaq;, frater suauissime, cur nam ipsum, qui corporis indulget cupidini, quem philosomatum (.i. corporis amatorem) uocas, tu una cum fratre, quasi prophanum, & modis omnibus execrandum hominem enuntias? Cum tamen ex hac indulgentia atq; animi cum corpore necessitudine, humana seruetur compago. Quandoquidem si eiuscemodi cesset amor tota hominis fabrica intereat, & in putredinem redigatur necesse est. PHILAD. Multiplex nominis intentio facit, quo minus rem recte intelligas? non enim eum philosomatum nuncupamus, qui quomodolibet curam gerit corporis, quemadmodum nec philochrimatum (.i. lucri cupidum) qui quocumq; modo lucrum quærit, sed eum, cuiusuis rei amatorem appello, qui rem ipsam, non alterius, sed ipsiusmet rei gratia desyderat. Sic enim lucri cupidũ dicimus, non eum qui pro usu & uitæ commodo, sed qui lucri duntaxat causa, lucro inhiat: neq; enim philosophum, sed philotimum nuncupamus eum, qui ambitionis, & inanis gloriæ libidine, sapientiæ studio incumbit, sed qui rerum cognitionem sciendi desyderio tantum prosequitur. Sic denicq; philosomatum dicimus non eum, qui necessaria naturæ munera explere nititur, Verum qui (nullo fine seruato) se ad uoluptatem natũ existimat, & illam tãquam summũ bonũ amplectitur. PHILOSO. Licet auditu digna, & uero consona sint quæ narras, ego tamen idem (ut in adagio est) saxum uoluo. Nondum enim satis perspicio, cur eum, qui corporis uoluptati accuratius indulget, ita contemnendum iudices. PHILAD. Talis homo spernendus est propterea, quod dum sensibiles illecebras, brutorum more sequitur, et terrenum hoc fouet, & saginat corpusculum, diuinum & immortale quod in ipso latitat, ignominiose deturpat, et in sempiternæ mortis barathrum præcipitat. PHILOSO. Ardua quidem, & sublimia respondes, sed dum scrupulum tollis, scopulum obijcere uideris. PHILAD. Qua de causa istud dicis? PHILOSO. Quia ambiguum quiddam per id, de quo longe magis hæsito, explanare contendis. Quis nam certiorem faciet ambigentem in humana compagine aliquid corpore nobilius, diuinum & immortale latitare? Circa hoc enim, ueluti cardinem, totum discrimen certamenq; nostrũ uertitur. PHILAD. Non est laborioſum consyderanti (si modo aliquam ingenij scintillam teneat) huiusscrutinij certitudinem uarijs & solidis quidem argumentis deprehendere, At unico ratiocinio (ne argumentorum multitudine te obruam) id tibi referare conabor. PHILOSO. Age igitur optime frater, & inenodabilem hunc mihi nodum enodato. PHILAD. Tu ergo animaduerte, & sedulo adhibe aures, putas ne opificem qui materias fabricat, alium esse ab eo, qui stabula expurgat, & eodem præstantiorem? PHILOSO. Quid ni? PHILAD. Et a materiario nonne alius & dignior est aurifex? PHILOSO. Dignior sane. PHILAD. Et aurifice medicus? PHILOSO. Idipsum. PHILAD. Et medico is qui magistratum gerit, &

Cur reijcienda corporea uoluptas.

Philosomatus quis dicatur.

Diuinum aliquid, & immortale humano in corpore latitat.

rit,& Reipublicæ gubernacula tenet? PHILOSOMAT. Nihil eſt certius. PHILAD. Dic igitur mi frater, quo nam dictamine, tam firma cogitatione horũ diſcrimina, & alterum altero præſtantiorem iudicas? PHILOS. Eum quippe alium & prẽſtantiorem eſſe cenſeo, qui circa rem aliam et dignioré negociatur,& nobilius aliquid tractat. PHILAD. Conſulte quidem reſpondes,& tua ipſe problemata ſoluis,eo ꝙ liquidum & compertũ erit, ſi aliqua humano corpori uis ineſt,quæ circa aliud quiddam uerſatur prẽſtantius,cꝫ id,circa quod corporeę fatigantur uires,uim talem prorſus a uiribus corporis eſſe alienam, & eatenus illis omnibus anteponendam, quatenus rem et materiam quam tractat,corporearum uirium materiem obiectumqꝫ antecellit. PHILOS. Scite quidẽ & appoſite,ut uideo, ad rem diſſeris. Illud tamen,quod poteſtatem uocas corpoream,non ſatis accipio. PHILAD. Eam poteſtatem corpoream appello, quæ abſqꝫ corporis beneficio,nec exiſtere quidem, nec operari ualet: Sicut elemẽtaris calor, nec eſt nec operatẽ,niſi in igne,aut in corpore,in quo præualet ignis,frigus pariter nec exiſtere,neqꝫ frigida producere poteſt,niſi in terræ uel aquę elemento, aut quibus horum uis dominans ineſt. Sic uiſiua poteſtas, uiſum exercere neſcit,ſi oculo caret: nec audiendi uis,auditum operatur,ſi deeſt auris: Omnis deniqꝫ (ut rem paucis abſoluam) corporea uis,ſic ſe habet in corpore,ſicut in cæra aut ære imago: Cęra enim eliqueſcẽte,& ære ſoluto,actutum perit,& euaneſcit imago. PHILOS. Clarum & perſpicuum mihi iam eſt,quid uirtus deſignet corporea,reliquum modo eſt,ut eam quam pollicitus es rationem,in mediũ proferas,qua mihi innoteſcat,cognoſcibile aliquid extare,quod præſtantius & nobilius ſit eo, circa quod corporea uerſatur poteſtas: Id enim hactenus minime uidere, ac ne cogitare quidẽ potui. PHILAD. Tale cognoſcibile eſt,quale quod nos uniuerſale dicimus, nulli tempori uel loco obnoxium: Et propterea idipſum uniuerſale a corporea potentia,tẽpori & loco adſtricta deprẽhendi nequit. Quocirca corporeę uirtutis cognoſcibile,obiectum uniuerſale eſſe nõ potuit,ſed indiuiduum, & tempore atqꝫ loco præſcriptum ſingulare. Dari igitur aliquid appræhenſibile,quod aliud ſit a cognoſcibili corporeæ poteſtatis, ex his ſatis oſtenſum eſſe exiſtimo,quod uniuerſale appellari libuit. PHILOS. Sperabam te (ut prudentem decet uirum) ualida quædam, & cognitu facilia dicturum: Verum me mea fefellit opinio, Te nanqꝫ allegorias, & neſcio quæ abſtruſa ænigmata loquentem audio. PHILADELPH. Non ab re,mi frater,conquereris,ego enim minus conſyderate me nunc (ut ſoleo) cum Philoſopho commentari, & ſyllogiſticos ſermones texere cogitabam,Sed quia (ut in prouerbio eſt) labra ſimilem lactucam depoſcunt, ideo triuialibus tecum agam uerbis,pinguioriqꝫ Minerua,ut res iſta, quæ non niſi magna ingenij acrimonia percipi conſueuit, quottidianis tibi ſermonibus innoteſcat. Dicas igitur,cui nam tu ſtudio uel muneri incumbis? PHILOS. Militari diſciplinę,cui a teneris annis me addixi. PHILAD. Miles ergo es tu? PHILOS. Iam miles. PHILAD. Et quæ nam peculiaris militis

Quid corporea uirtus.

Nulla corporea uis ipſũ uniuerſale deprẽhendere poteſt.

Ipſius uniuerſalis conceptio, quo modo innobis ſignificatur.

ratio eſt? PHILOS. Hoſtem propulſare. PHILAD. Si militis ratio eſt propulſare hoſtem, reſpondeas quæſo, ubi non adſit, quem loco dimoueas hoſtis, nunquid te militem uis appellari? PHILOS. utiq; : Nam quamuis nunc hoſtem minime propulſem, quid tamen prohibet quo minus ſim miles? PHILAD. Quo nam modo id conuenire poteſt? Si .n. diues appellatur, qui opibus abundat, diues quidem cenſendus non erit qui caruerit. Eadem lege, ſi militis ratio eſt hoſtem propellere, qui non propellit miles dici non poterit. PHILOS. Me rudem profecto, et rationis expertẽ diceres, ſi militis rationem cẽſerem, actu & opere propulſare hoſtem. Militem .n. aſſero eum, cui ex ſæpius iterato prælij congreſſu, peritia et uis ineſt, quem cunq; ſibi parem hoſtem, cũ fuerit obuius, & ſecũ in aciem deſcenderit, percutere, uel in fugã uertere. PHILAD. Recte quidem ſentis, nec rudem exiſtimo, quem ſemper, ut corpore, ita & ingenij uiribus ualidum cognoui, & modo poſtquam non militari, ſed Philoſophico potius more reſpondes, progrediamur, Et rurſum reſponde, an ſolum tibi hanc militis rationem tribuas, aut communem habeas cum alijs? PHILOS. Multis haud dubie alijs hæc militis ratio (quę eſt propellere hoſtem) conuenit, nam et his ſodalibus, Philochrimato & Philotimo, necnõ et alijs noſtrę cohortis militibus rationem hanc competere, nemo ignorat. PHILAD. An etiam conuenit his, qui longo locorum a nobis interuallo degunt, & Tylen incolunt? PHILOS. Eiſdem ſane. PHILAD. Et illis qui fuere & qui futuri ſunt milites? PHILOS. Omnibus hanc quidem ipſam attribui oportet. PHILAD. Huiuſmodi igitur nomen, eiuſq; rationẽ cunctis paſſim militibus, & qui ſunt, & qui fuerunt, aut futuri ſunt, cõpetere plane cognoſcis. PHILOS. Nihil apud me eſt certius. PHILAD. Dic igitur, frater ſuauiſſime, uiſu ne, an olfactu, uel quouis alio ſenſu, huius rei certitudinem cognoueris. PHILOS. Non ſum hercle tam ſtolidus, et uſq; adeo lyræ (ut aiunt) expers, quin facile coniectem, id quod non eſt in re, nullo ſenſu poſſe deprehendi. PHILAD. Affirmas tamen non ſolum eos, qui hic ſunt milites, ſed & omnes, qui uagantur per orbem, & qui fuerunt, uel futuri ſunt, eandem militis rationem ſubire. PHILOS. Nihil dubito. PHILAD. Cognoſcis ergo aliquid, quod nec loco, nec tempore clauditur? PHILOS. Cognoſco. PHILAD. Quod autem nec tempore, nec loco aliquo præſcribitur, idipſum eſt, quod Peripatetici, uniuerſale nuncupare conſueuere. Nam quemadmodũ uniuerſalis lex militaris dicitur, quę ubiq; et ſemper inter milites ſuum ſeruat uigorem, ſic & hoc uniuerſale, quod eſt miles eiuſq; ratio, non modo te, uel ſodales hos tuos, ſed quẽuis alium quocunq; tempore & loco, militem deſignat. PHILOS. Ita iudico. PHILAD. Id igitur quod uniuerſale uocitamus, nobis compræhenſibile eſſe autumas? PHILOS. Idipſum probo. PHILAD. Id uero nullo ſenſu poſſe depræhendi, iam pauloante admiſiſti? PHILOS. Admiſi. PHILAD. Per quam ergo potentiam hoc uniuerſale percipi cogitas? PHILOS. Per aliam quandam uirtutem, quę in corporis noſtri arce delitescit.

Hoc quod uniuerſale dicit, quid deſignet.

ſcit. PHILAD. Corpoream uel incorporeã. PHILOS. Corpoream forſitã. PHILAD. Hoc fieri nõ poteſt eadẽ ſane cauſa, quę ab uniuerſalis cognitione prohibet ſenſum, qui foris operatur, illa ipſa prohibet ab uniuerſalis depræhenſione, quamcũq; aliã uim corporeã, quę intus latitat. PHILOS. Sed quænam cauſa eſt hoc prohibens? PHILAD. Dicas tu prius uelim, quænam ſit cauſa, quod is, qui capite & collo, inſolubili uinculo arboris trũco adſtringitur, ita ut uultu humi defixo, nihil cõſpicere et uidere poſſit, niſi quod humi reptat, et in ſolo ſibi obuium fuerit: nihil autem eorũ percipit quæ ſurſum ad dextram uel ſiniſtrã, nedũ ea, quę retro ſita fuerint. PHILOS. Neminem tam hebetis ingenij eſſe arbitror, qui nõ uideat, quod durum & arctum illud uinculum in cauſa ſit, ut is ipſe ſua lumina in altũ tollere & circũſpicere nõ ualeat. PHILAD. Pari ergo modo ſenſus & omnis corporea uirtus quũ inextricabili nexu inſit corpori, nõ poteſt, niſi id qd̃ præſto ſibi eſt apprehendere: quod autem, uel loci uel tẽporis intercapedine coram non fuerit: minime. Cum igitur ipſum uniuerſale, nulli huic, uel illi corpori, deſtinatum & affixum ſit, neq; certa aliqua loca, uel tempora reſpectet, conſequens eſt, & quidem euidentiſſime, nullam prorſus nec quæ foris, neq; ea quæ intus eſt corpoream potentiam ipſum uniuerſale poſſe pertingere. PHILOS. Me iam his tuis ſuaſiunculis ſenſim perduxiſti, ut fateri cogar, dari aliquid nobis cognitũ per uirtutem, quæ corporea eſſe non poſſit,, & cognitum illud, eſſe id, quod uniuerſale uocitari ſolet. Cæterũ quo argumẽto reuincas, idipſum uniuerſale præſtantius eſſe, quam id quod corporea uirtute depræhenditur, audire ſummopere deſydero. PHILAD. Id paruo (ut opinor) negotio tibi conſtare poterit, quando te iam ad ueram rationis & intelligentiæ ſemitã deductũ uideo, Pręſtantius itaq; eſſe uniuerſale, quam id quod deprẽhendit corporea uirtus, Ex eo apparet, quod uniuerſale, nulli tranſmutationis uiciſſitudini uel corruptioni ſubiaceat: Sempiterũ enim (iuxta naturæ ordinẽ) eſt genus hominũ, & ſemper aliquis dabitur miles, talis uero indiuiduus homo, aut talis miles corruptionẽ, interitũq; ſubeat neceſſe eſt. Quum igitur in immẽſum pręſtãtius ſit, æternumq; corruptibile, palã erit, ipſum uniuerſale, abſq; limite pręſtãtius eſſe ſingulari, Quapropter & uirtus intellectiua cuius, ppriũ cognoſcibile, eſt uniuerſale, longe pręſtãtior eſt uirtute ſenſitiua, cuius apprehenſibile obiectũ eſt ſingulare. PHILOS. Tametſi apertis his tuis ratiocinijs demõſtres, aliam, nobilioremq; eſſe intellectiuã poteſtatem, cũ ſit ſenſitiua facultas, nondũ tamen edocuiſti, quanam uia immortalis atq; diuina omnino cẽſenda ſit intellectiua poteſtas. PHILAD. Perfacile tibi erit, idipſũ, quod queris, deprẽdes, ſi prędicta recte cõſideras. Cõpertũ nãq; ex dictis habes, quod potẽtia quę ipſũ uniuerſale apprẽhendit, quã intellectiuã dicimus incorporea exiſtat: Omnis aũt incorporea uirtus, ſimplex ſit oportet: quod ſimplex eſt, nulla ſorte diſſolui corrumpiq; poteſt: quod aũt corruptionẽ nõ patitur, immortale eſt atq; diuinũ: Hoc inſuper uaticinia, hoc mirandorũ opera, hoc denicq; nõ minus philoſophorũ, cũ Theologorũ dogma, eorũq; uitę mũdities, & morũ ꝓbitas plane denun-

Vis, q̃ uniuerſale cõcipit, diuina et immortalis ſit neceſſe eſt.

ciat, sileo nãq; modo, eorꝝ qui diuino afflatu, & supno numine pleni fuere, ꝓphetarꝝ, Apostolorꝝ Martyrũq; celebritatẽ, & sanctimoniã, quorꝝ uitę splẽdor iam uniuersũ terrarꝝ orbẽ illustrẽ reddidit. Verꝝ memorãda Philosophorꝝ acta et laudabilia facinora in mediũ ꝓfero, qui (naturali lumine duce) ꝓ animi integritate seruãda sceptra, Mgr̃atus, opes et cętera, q̃ hoĩm genus admirari solet, cõtẽptui habuerũt, et ueluti escã et fomentũ malorꝝ uitauerũt, Ipsas uirtutes cõsectãtes, ꝑ solitudines, ꝑęgrinationes, pauperiẽ cũ niũ sępenumero summa rerꝝ inopia, hęc spõtanea Pythaci abdicatio ostẽdit, Biãtis et Anaxagorę affectata pauꝑtas, studiosa Orphei et Epimenidis solitudo, cõstãs Xenocratis pudicitia, Heracliti ꝑ olera abstinẽtia, rerꝝ oĩm penuria Diogenis, Socratis deniq; ultronea mors, et horꝝ (ut ita dixerĩ) innumera sapiẽtię oracula, q talẽ ꝓfecto minime elegissent uitę amaritudinẽ sed potius glorię, diuitiarꝝ, uẽtrisq; libidini (ut ignobile uulgus) studuissẽt nisi aliqd corporea potẽtia nobilius, immortale, atq; diuinũ humano corpori adiũctũ cognouissent. Sunt & alia cõplura huius generis testimonia, quę inuiolabilem, quæsiti, & propositi nostri certitudinem declarant sed prout præsens disserendi ratio requirit, hęc satis fore duxi, quę tu tecumpensita & sollicita mente reuolue. PHILOS. Pręclara admodũ & sublimia ꝓfers ueritatis sacramẽta, qbus (supos testor) iam nõ anceps, nec ulla formidine, sed certa et firma intelligentia mens ipsa et ratio protinus acquiescit: Veruntamẽ euidẽtẽ quandã ex his quę sensus palpitat similitudinẽ audire peropto, qua eminẽtẽ hãc, quam ostẽdisti uniuersaliũ rerꝝ cognitionẽ, earꝝq; ad uana hęc, terrenorꝝ, umbracula habitudinem, & qua lege ab his caducis & momẽtaneis corpusculis, ad sublimia & sempiterna cõscẽdamus delubra, clariori intelligẽtia penetrare ualeã. PHILAD. Recte & ꝑquam ꝓuide mi fr̃ cogitas et petis, q ad illa supercęlestia (quę omnẽ supant sensum) ꝑcipienda, similitudinẽ dari efflagitas, cũ exẽpla rebus cognoscẽdis plurimũ lucis admouere soleant, qua ꝓpter cũ uberiorẽ forsitã q̃ conpẽdij ratio ꝑmittat, sermonẽ hic fecero, te nullũ inde capiat fastidiũ uel torqueat lectio: Si enim singula quę in hac (mox explicãda) similitudine cõprehẽsa sunt, recta ratiõis trutina ꝑpendas, plane intelliges, nec unicã qdem ꝓferri dictiunculã, quin aliqd mysterij & archanę ueritatis in se cõtineat. Tu itaq; ad hęc aures adhibe et mẽtis aciem intẽde. Hominẽ summę pulchritudinis atq; decoris, supcelsi, & pręfulgidi mõtis cacumine stãtẽ cogita, cuius pręclara imago in nitido illo & speculari mõte resplẽdeat inde et hæc ipsa imago rapidi (q ad mõtis limina pręter labitur torrẽti immittatur, Iuxta aũt torrentis ripã, uenusta quędã ouiũ pastricula euaget puella, quędũ ad torrentem accedit, mox emicãtẽ ibi hominis formã uideat et animaduertat, ex cuius intuitu, simulachrũ & specimen illius supra mõtani et decori hominis animo surrepat puellę, unde sensim in sublimius leuet tollatq; obtuitũ, donec splẽdidã refulgẽtẽq; in mõte cõseq̃t et spectet imaginẽ, ex q̃ admirãdę pulchritudinis speciẽ supni hominis, eiusq; decorẽ autumas, statim in illius inhiet cõspectũ et aditũ, et eius deniq; cõsortiũ atq; amplexũ flagrãti cõcupiscat amore. Quę cũ nouerit se huiusmodi uoti cõ

Præclara similitudo modum insinuãs, quo mens humana ab his rerum caducarũ umbraculis, ad supernascãdat lumina, ad hęreatq; sẽpiternæ uitæ origini.

potẽ fieri nõ posse,nisi primo trãsuadat torrẽtẽ,arduaq̃ mõtis cacumina, ascẽsu supet,euestigio se ꝓ uirili accingit,& incõcusso animo (grege relicto)torrentẽ traijciat,et iuga mõtis petat,q̃ cũ ꝓuenerit,cõtinuo anxia sollicitudine enitatur animi et corpis habitũ adaptare,et sese cõformẽ,gratãq̃ reddere uotis & placitis amati,eũq̃ laudũ cãtusq̃ dulcedine,et supplicibus p̃culis adorare,et demulcere nulla ītermissiõe ꝓseueret, q̃usq̃ dilectus ille et Architypus homo puellę forma,& uenustate illectus,placidũ in eam ꝟtat intuitũ,annuat,dextrã porrigat,oſculo dignet et amplectatur, pudico deniq̃ et cõiugali eã sibi adsociet,amore,Capis ne O fr̃ typũ,inq̃ animũ illabitur tuũ? PHILOS. Capio equidẽ,et q̃si raptus numine,stupebundusq̃ auſculto. PHILAD. Nũc igitur trifariã(si aduertis) cõditionẽ supni hoīs forma sortitur.Primo enī hęc ipsa Archetypo hõi inest.Secũdo in speculari mõte refulget. Tertio emicat in torrẽte,Lõgo aũt interuallo, distãt tria hęc formarũ genera. Illa nãq̃ supni hominis forma improducta et inuariabilis extat,uniformis, & semp eadẽ manẽs numero,nec pendet aliũde. Quę uero mõti inest forma,atq̃ imago,unũ q̃dẽ in se retinet,alterũ amittit,inuariabilitatis q̃dẽ donũ seruat,q̃d ꝓpetuo eadẽ mãet numero, amittit uero independẽtię munus,eo q̃d ab ipsa supeminente et exẽplari forma manat ꝓ omne momentũ.Misera uero in torrente forma,neutrũ horũ donorũ ꝓmeruit.Independens siq̃dẽ nõ est,quę ueluti tenue simulachrũ ab Archetypa et speculari forma,nulla tẽporis intercapedine manare desinit,Inuariabilis q̃q̃ eẽ nõ potest,quę nec minimo tẽporis momẽto manet eadẽ numero,quãdoq̃dẽ nulla aquę torrentis portiuncula datur,quę aliq̃ momẽto nõ effluat,quę nõ irreuocabili cursu delabat, Vnde et tenue illud simulachrũ,q̃d ꝓ ipsam aquę porciũculã uehitur,cõtinuo disperdi & euanescere necesse est.Accipis ne fr̃ tria hęc omni attẽtiõe digna formarũ atq̃ essendi discrimina. PHILOS. Ita mihi ꝓsuadeo. PHILAD. His itaq̃ ꝓspectis, dic obsecro,nõne socordẽ,attonitãq̃ puellã diceres,si dũ potãdi oues muneri incũbit,& tãtę pulchritudinis simulachrũ,in torrente animaduertat, nõ admiratiõe aliq̃ cõciteť,uel tametsi uehemens eã caperet admiratio, nihilominus,si in illo simulachro suũ figat ītuitũ,nec tollat altius lumina,sed totũ solamen,eiusq̃ oblectamentũ,in sola umbratili torrẽtis imagine reponat,nõne uesanã,stolidãq̃ diceres? PHILOS. Dicerem sane. PHILAD. Pari igiť argumento cũ,q̃ corporeis tãtũ illecebris,et sensuũ libidini īdulget,nec rerũ pulchritudinẽ & naturę decorẽ admiratur? Stupidũ q̃dẽ & insensatũ hõiem,pecudũ potius in genere collocãdũ ne dubites,Rursus et ille,q̃ hæc fluxa et caduca corpa,eorũq̃ naturas rimať,si pedẽ sistet,nec isthinc adsublimia ꝓgat,et ad supcœlestia spectacula nõ erigat ītuitũ,īsipiẽs haud dubie inãisq̃ homũtio iudicãdus. PHILOS. Qua nã similitudine,īsipientẽ hũc hominẽ,ad uesanã et socordẽ pastricolã cõpares nõ satis cõiecto. PHILAD. Hoc facile intelliges,si singula aduertas,hoc typo expressa,eaq̃ ad singulas trinę machinæ partes,& ad humanã mentem referas. Mõs enim (quem prisci uocant olympum)cœleste corpus designat, Torrens cum tenui,quod ei inest, simulachro, primam materiam, Chaos uel hylen, una cum generabili-

Tripartitum formarũ genus clara similitudine ostenditur.

nerabiliū corporū formis denunciat? Specularis in monte nitor, cū uera et ſplendida ſuperni hominis imagine, ipſum qui cœlos & Empyreū globū inhabitat, animarū chorū, cū ſenſibiliū rerū rationibus ſiue Ideis ad amuſſim oſtendit, Supernus denicꝙ homo ille, cū ſpecioſa eius, & organorū ſuorū forma, angelicā mentē (cū exemplaribus et paradigmaticis inexiſtentibus ei formis) adūbrat: Ipſa aūt interius latitans, intellectiua ſuperni hominis uirtus, rerū omniū cōditorem Deū optimū maximumꝙ iuſinuat, ouium paſtricola, mortalium mentē, caducarū, æternarūꝙ rerū cōtemplatricem repſentat: oues uero, quas paſcit puella corporeas humanæ cōpaginis uires (quæ rationis mentiſꝙ moderamine gubernantur) declarat. Hęc ſuauiſſime frater, iuxta tua iuſte atꝙ pie petita, et prout cōpēdij ratio permittit ſuſcipe, eaꝙ iterata cogitatione atꝙ indagine reuolue. PHILOS. Scite (me hercle) & perꝙ lepide hęc abdita ſapientiæ pādis oracula, quorū auditu, neſcio qua ui et latente energia concitetur in me ſpiritus, ut iam ſpretis calcatiſꝙ terrenorū umbraculis, ad ſuperos & ad cæleſtiū montiū cacumina tendat, ipſumꝙ omniū bonorū ſummū & ſupernæ uitæ petat originē. PHILAD. Talē uticꝙ de te ſemper expectationem & ſpem habui, nec diuina miſericordia & inuariabilis rerū ordo patitur, ut homo, qui iuxta ratiōis & naturæ legē graditur; uadat in p̄ceps, & in ſempiternā mortis caliginē. Age igitur mi frater, & tuā iā ſpiritali amoris fulmine tactā puellā, ipſi ſummi decoris & ſpeciminis uiro deſpōdere & iungere propera. PHILOS. Nulla in me erit mora, ſi modo certā ad hoc ſemitā enucleatius cognouero, nā licet ex p̄habitis didicerim, quopacto oues (.i. ſenſuū, et corporis uires atꝙ illecebras) relinquere, & torrentē (.i. rerū materialiū intelligentiā) trāſcere, montē ſcādere (.i. cœlorū & ſpiritaliū, quæ in cœlis latitāt formarū cognitionē acquirere) oporteat nihilominus, cū poſt impōbū diuturnūꝙ laborē, hęc oīa peragrauerim, & ſuperne mētis pulchritudinē atꝙ decorē a lōge & ſub nubilo perſpexerim, ignoro, quanā exinde familiaritate & ſollicitudine puſilla hęc paſtricola & imbecillis mens moraliū, tāteꝙ celſitudinis & tremendę maieſtatis p̄ſentiam ſuſtinere, eiuſꝙ ſibi cōciliare amorē, & cōiugale cōſortiū expetere preſumat, tota enim in hoc difficultas & labor cōſiſtere uidetur. PHILAD. Fateor equidē me q̄ꝙ certā huius ſpōſalitij normā haud ſatis deprehendere, hactenus ſiquidē peripatetieorū hauſi dogma, qđ altius neminē unꝙ puehere potuit, cū q̄ ſuperū natura pcul, & ſub denſa quadā caligine tenui et uerſatili ratiōis diſcurſu pertingere ualeat. Prophętiæ aūt, & beatificę cōtemplationis modū nullus niſi qui diuina & Theologica cōſuluerit oracula adinuenire & excogitare potuit, cū obrem & tu, ſi id uoti cōſequi & explere deſideras. Theologorū, qui diuina chariſmata tractāt, dogma & traditionē ſedulo perquire et cōplectere, Et ideo cōſultius egeris, ſi ueſtigio tu una nobiſcū Gometium inſignē Theologicę ſapientiæ uirū adieris, excādens nāꝙ ferri lamina actutū priuſꝙ refrigeſcat malleo, crebriſꝙ ictibus exercenda eſt. PHILOS. Et ego uticꝙ idipſum efflagitarem, ſed ſuſpitio mihi ſuboritur, ne is nobis germanus Philalethes me toruis adhuc oculis inſpiciat, & contemptui

Cœleſteſpōſalitium nō ſyllogizandi lege, ſed gratiæ lumine conſequimur.

meum habeat conſortium. PHILAL. Non(per ſuperos) quinetiam arctius & ſpiritali iam oſculo atq; amplexu te ſuſcipiam, minime ambigens, quin eatenus ſyncerior & ſolidior, deinceps in te futura ſit orthodoxæ ueritatis notio, quatenus hucuſq; magis in te carnis, ſenſuumq; libido uiguit exactius enim iudicat rectū, qui antea obliquū conſpexerit, nihil igitur, mi frater, ſit tecum formidinis, ſed relicto inani hoc tripudij ſpectaculo, intrepide nunc una nobiſcū ambulato, ecce iamiam abeundo theologi Gometij domū petimus. PHILOS. En adſum, & quocumq; perrexeris, te uita comite non deſeram. PHILAL. Saluent te cœleſtia numina colende uir Gometi. GOME. Et te mi Philalethes, ſeruet atq; illuminet indiuidua & ſempiterna trinitas, Cur tã ſero uenis? iamdiu te domi expecto. PHILAL. Me quędam fratrū meorū non infructuoſa detinuit controuerſia. GOME. De qua nam re erat contentio? PHILAL. De animæ immortalitate, & de recto calle æternæ ſalutis. GOME. Ardua ſane & ſublimia ſumpſerunt examina, ſed quid tandem inter utrunq; excuſſum & decretum uidetur. PHILAL. Animæ immortalitas exquiſitiſſimis & manifeſtis quidem diſcurſibus approbata eſt, De recta autem uerę ſalutis ſemita ipſi pariter mecū dubitant, qua de cauſa ad te iuſtū iudicem & arbitrū æquum confugimus, ut hãc litem, prout te dudū facturū obtuliſti, dirimas poſcq; erudias, & ad rectū tramitem dirigas ſempiternę ſalutis. GOME. Pollicitus ſum, & idipſum(ſanctoſpiritu duce)adimplere conabor. PHILAL. Age igitur mi parens, & de hoc ſqualido teterrimoq; ignorantię carcere nos erue. GOME. At quoniã multiplex nominū intentio, rei intelligentiã obtūdit, ideo quid penes te indicet hoc nomen, Salus, declares oportet. PHILAL. Verã uoco ſalutem, ſtatum quo quis omniū bonorū ſummū poſſidet, & eo fruitur, nã qui ipſum poſſidet ſummū, is utiq; (& lõge quidẽ exactius) omnibus quę ſubſunt ſummo bonis perfruitur, Quemadmodū is qui exẽplarem intuetur pulchritudinem, licet nõ inſpiciat imaginẽ ipſam, nihil tñ ignorat corū quę inſint imagini. Cū igitur ſummū bonū(ut Peripateticorum dogmate traditur)ſit ipſe rerū & bonorū omniū ſcaturigo & cõditor, deus. Reuincitur qđ in nullo alio haberi poſſit omniū bonorū poſſeſſio, q̃ in deo optimo maximoq;, Qua ꝓpter illi inhærere, & eo frui, eſt id quod nos uerã nuncupamus ſalutem, cuius rectam ſemitã, modo a te requirimus. GOME. Iam de intentione nominis uerę ſalutis tu mecū ſentis, atq; aptiſſimū ꝓduxiſti exemplū, de exemplari & ſpeculari, umbratilicq; pulchritudine atq; imagine, qđ quidem exemplū clara ſimilitudine, ipſius diuinæ ꝓuidentiæ, & ſcientię modū oſtendit. At quoniã humana intelligentia in hoc tenebroſo et lubrico ſolo ſe habet ad manifeſtiſſima rerū(ut diuinę ſapientię ſecundo Stagirita docuit) quaſi noctuę oculi ad lucem diei. Idcirco quemadmodū caligãti uiſui niſi forinſecus, aliquid auxilij ſubminiſtratū fuerit, oculus ille, ſolaris luminis capax eſſe nõ poſſet, ſimili modo ipſam ęternę ſalutis ſemitam, nobis diuinitus reuelatam, nemo mortalium, niſi ſuperinfuſo dei lumine, indagare & apprehendere ualet. Quapropter & tu inprimis diuinam miſerationem & inexhauſtãm largitatem eius implora, ut tibi gratiæ

Epilogus.

Quid nomẽ ſolus deſignat.

ſuæ donum impertiat, & mentis caliginem uultus ſui ſplendore excutiat? Is enim tametſi altum & inacceſſibilem thronū inhabitet, humiles tamen ſpiritu non reſpuit: mitis .n. eſt et exorabilis omnibus puro corde inuocãtibus nomen eius. PHILAL. Quamuis iuſte & pie (cœleſtis animi uir) conſulas, habeo tamen quod in contrarium militat, ſuadetq; humanæ ſalutis ſemitam, imo & ſalutem ipſam, nullum prorſus ſupercœleſtis gratiæ donū depoſcere, ſed quod ex indita nobis natura eam conſequi ualeamus. GOMET. Et quęnam (rogo) ſubdola ratio hanc tibi, qua ducaris in præceps fallaciam ſuggerit? PHILAL. Eſt ipſa rerum magiſtra experientia atq; inductio: Si enim circumſpicio, & ſingula rerum ſenſibilium conſydero, omnia ſuapte natura nullo deforis patrocinante, deſtinatam ſibi perfectionem adipiſci uideo. Ad ignis puta ſpectat complementū, ut ſurſum degat cū æthere, Ideo is ſtatim cū productus eſt, nullo deforis adminiculo iuncto tollitur ad ſublimia: Sic & terræ glebula, inhiat & petit abyſſum: Planta & uile oluſculum, ſuum de terra per ſe ſuſcipit incrementum: Sola natura duce, congregat meſſis tempore alimentū formica: Affabre domicilia conglutinant apes: Texit aranea telum: Fabricat hirundo nidū, idem de ſingulis rebus naturę iudicandū. Si igitur cuncta et quæq; uiliſſima rerum ſuapte natura, ſuum aſſequantur finem, fieri non poteſt, ut præclarū atq; diuinum genus hominū, ad ultimum ſuū profectum, æternamq; ſibi deſtinatā ſalutem, extrariū & aduentitium adminiculū requirat. GOMET. Quinimo ex eodem quo tu dubitas fundamento, nos ad propoſitū inuiolabile trahimus argumentū, qđ & tu facile intelliges, ſi perfectionū uaricatem conſyderes. Bipartitam .n. cuilibet rerum ſenſibiliū perfectionem naturæ ordo cõſtituit. Prima eſt, quã res ex ſe, & ſuapte natura conſequit. Secunda uero perfectio eſt, quã res ipſa aliunde adipiſcitur, harū primam non minus homo q̃ reliqua entium, ſolo naturæ inſtinctu acquirit: At ꝑ ſecunda aſſequenda perfectione, cętera entia & ipſe pariter homo externo egent adminiculo. PHILAL. Latius obſecro explanare hęc libeat. GOM. Sciſcitabor itaq;, tibi ut morem geram, & tu ſi noſti reſponde: Quid nam a brutis animantibus, aſino puta, boue, equo, potiſſimū appetit? PHILAL Pabulū profecto & ſtramina, ſuūq; ſaginare & incolume ſeruare corpus. GOMET. Ad quid aūt aſinum, bouem & equū prouida natura produxit? Nam quemadmodū omnes humani corporis artus, ſic & partes uniuerſi (ut Peripateticorum principi placuit) alias aliarū cauſam exiſtere, rerum ordo poſtulat. PHILAL. Bruta hęc animantia natura produxit, quatenus humanæ uſui deſeruiant: Aſinū ad ferendas ſarcinulas, ꝑ uehiculo equū, ad aratrū bouem, quippe omnia (vt Politicorū primo traditur) caduca hæc corpora in humani generis commodū adinuenta ſunt: Et homo ipſe (quemadmodū uniuerſa mundi machina) ordinem habet ad unū, ueluti in exercitu ducem. GOMET. Recte reſpondes, ſed rurſum dicito: Nonne id quod minorem dignitatis gradū obtinet, in rerū ambitu, tanto tum dignius redditur, quanto altiori miniſtrat, proximuſq; adhæret, PHILAL.

Argumentatur lumẽ gratiæ non omnino requiri ad ſalutem.

Naturæ ordo demonſtrat exigiad ſalutem lumen gratiæ.

Sic prorſum

Sic prorſum uidetur,nam prius eſt illud, quod propius eſt primo, & nobilius quod proximius eſt nobiliſſimo, quemadmodum honoratior eſt, qui magno & potenti regi miniſtrat, q̄ ille qui humili patrifamilias aut ſolum ſibiipſi ſeruit,qui enim ſerui ſunt ſecundum naturam, his prodeſt (inquit Ariſtoteles)ac iuſtum eſt ſeruire. GOMET. Geminam igitur, ex qui,aſini,bouiſq; iam tu perfectionem ſtatuis,unā qua nihil præterq̄ ſeſe reſpectant,uidelicet,uiuum et incolume ſuum ſeruare corpus,Aliam qua miniſtrat adhęretq; altiori,quam licet imprudens & ſtolidum animal minime deſideret,ea tamen natura parens,ad animalis cōplementum intendit,atq; ſummopere deſiderat,quemadmodū literarū ſtudia,parui pendit adoleſcens,quæ tñ plurimi facit pædagogus,& in ea dirigit adoleſcentē,p huius uitæ cōmodo & ſempiterna animæ ſalute. PHILAL. Ita eſſe nemo ſanę mentis ignorat. GOMET. Compertum igitur habes,aſinum, equū, & bouem primā ſuam perfectionem abſq; extrario adminiculo conſequi, petunt enim ſibi conueniens,fugiuntq; repugnans, ſumūt ſibi pabulum, digerunt,ambulant, & quieſcunt ex ſola ui quam eis natura indidit, Perfectionem uero ſecundam minime cōſequuntur,niſi forinſecus certa præbeantur illis adminicula,et ſuperaddita inſtrumenta,quo enim ferat ſarcinas,neſcit aſellus niſi ſtimulus adhibeatur,et quo trahatur capiſtrū.Neq; ſine calcare & freno,idoneus ad equitationem erit equus: nęq; aptus erit ad arandum ſine iugo et aratro bos,Sic deniq; & homo ex naturæ inſtinctu omnia quæ prima eius perfectio & uirtus commoda exigunt,per ſe ipſum(nullo ſuperinfuſo gratię lumine)adipiſcitur,Secundam autem perfectionem,qua ad nobilius,imo ad rerum omnium nobiliſſimum proue hitur, non aliunde, q̄ ex ſuperadiuncto illius nobiliſſimi dono & patrocinio conſequitur. Quibus omnibus inſpectis,facile reuincimus,quod eadem quibus inductus,contrariū propoſiti noſtri ſentiebas,noſtræ ſententię adſtipulentur,& ualidum præſtent firmamentum. PHILAL. Iam & ego idipſum agnoſco,& mihi illud Ethicorum x. in mentē reuocas, quo aperte hæc tua probatur aſſertio,Felicitatis(inquit)uita ſuperat hominis naturā,non enim hoc ipſo,quo homo eſt,ita uiuet,ſed quo eſt quid in ipſo diuinum.Et Ethicorum primo legitur:Si igitur & aliquid aliud eſt deorū munus hominibus, conſentaneū eſt rationi,et felicitatem a dijs ipſis dari: Hęc Stagirita,quibus palam audire licet,rectū humanæ beatitudinis iter, non aliunde,quam ſupercœleſtium dono nobis mortalibus innoteſcere, Quamobrem & ego ipſe ad hæc gratiæ munera, uitæq; ſemitam implorandam me(iuxta Syntheſis tuę monita)ad ſuperos atq; empyrei cœli lumina conuerto, ipſumq; immortalem omnium ſeculorū regem hunc in modū adoro.O Altitonans et ſummi conditor orbis, qui de excelſo et inacceſſibili gloriæ tuæ throno cuncta æterna & ineffabili prudentia atq; ſapientia gubernas,& ſuum cuiq; eſſe & commoda impertis, Tu Archetypam fabricas mundi machinam, Tu uniuerſum cœli ſtatuis firmamentū, nec caducum hunc deſeris orbem, Tu deus Eheie, procreas ſeraphin, Tu Empy-

Ariſtoteles plane aſſerit non dari ueram ſalutem niſi adſit lumen gratiæ.

Supplex,cœleſtibuſq; myſterijſplena,ad impetrandum lumen gratiæ oratio.

Empyreum firmas globum, nec rerū priuationem relinquis inanem, Tu deus Ioh, producis Cherubin, Tu ſupremum cœli mobile uoluis, & infor me naturæ Chaos tractare non deſinis, Tu deus Tetragrammaton (pro latum Elohim) thronos conſtituis, Tu ſtelliferum uertis orbem, & fluxæ naturæ formam miniſtras, Tu deus. EL. dominationes præficis. Tu cel ſum Saturni circumuoluis ſydus, et rudem caduci corporis molem effin gis, Tu deus Eloha uirtutes depromis, Tu ſacram Iouis ſtellam giras, & lubricæ naturę cōdis elementa, Tu deus Elohim ſubrogas poteſtates, Tu horrendum Martis rotas aſtrum, & metallorum tribuis temperamentū, Tu exercituū deus tetragrāmaton principatus ſubſtituis, Tu uiuifici So lis dirigis greſſus, & uegetabili corpori tribuis intrementum, Tu exercitu um deus Elohim Archangelorū diſponis agmen, Tu decoram Veneris orbitam ductas, et brutorum propaginem curas, Tu deus Sadaij Angelo rum cœtū diſtribuis, Tu fatidici Mercurij circumfers orbem & rationale hominū formas genus. Tu deus Aedonai cœleſtium animarū producis chorū, Tu celerem lunæ præbes curſum, & ſanctorū mentem in hac mor tali uita uultus tui ſplendere illuſtras atq; decoras, O immenſæ ac tremen dæ poteſtatis magnitudo, Incompræhenſibilis ſapientiæ & prouidentiæ altitudo, quam ſublimes & reconditæ ſunt uiæ tuæ. Omnis in te lingua conſumitur, cogitatio fallitur, ratio cæcutit, mens caligat, & ueluti cœli ful mine abſumitur. Sileat ergo uox, ſe cogitatio compeſcat, ſtupeat ratio, ab ſcondat ſe mortalium mens, cuius ſilentium potior tua laus eſt, Ad te ſem piterna & formidanda maieſtas tollo animam meam, Ad te immenſa pie tas anxium effundo ſpiritum meum, te unicam ſalutis ſpem adoro, ſuppli ci & lachrymabili pectore imploro, ut inexhauſta miſericordiæ & largita tis tuę ſcaturigine omnem in me nequitiam & impietatis culpam abolere, peccati & concupiſcentiæ fomitem hebetare & extinguere digneris, ex orbitantemq; in me animum & denſa ignorantiæ obductum caligine di rigas, et claritatis tuæ radio illumines, quatenus te patrem luminum cog noſcere, Te omnium bonorum largitorem diligere, te diuitiarum culmē poſſidere, te denicq; uniuerſorum bonorum ſummo, perfrui merear per in finita & ſempiterna ſecula. GOMET. Tua ergo pñſſima et diuinæ erudi tionis plena iam habita oratione, qua tamſcite, & ſupercœleſti artifitio tri nam (iuxta rerum ordinem) cum decem paradigmaticis dei nominibus componis & nectis machinam, mox ad ipſam quam perquiris ueræ ſalu tis ſemitam explicandam ſuperum nutu accedo. Tu igitur omnes animi uires intende, & ſubnexis his clauſulis ſedulo adhibe aures. Credo in deum patrem omnipotentem, creatorem cœli & terræ, & in Ieſum Chri ſtum filium eius unicū, Dominum noſtrum, Qui conceptus eſt de ſpiritu ſancto, Natus ex Maria uirgine, Paſſus ſub Pōtio Pilato, Crucifixus, mor tuus & ſepultus, Deſcendit ad inferos, tertia die reſurrexit a mortuis, A ſcendit ad cœlos, ſedet ad dexterā dei patris, Inde uenturus eſt iudicare ui uos et mortuos, Credo in ſpiritum ſanctum, ſanctam eccleſiam catholicā, ſanctorum

Apoſtolorū ſymbolum iuxta uerbo rum ſeriem.

ſanctorum communionem,remiſſionem peccatorum,carnis reſurrectionem,& uitam æternam Amen. PHILALE. Conciſa & mutila nimirum, abſtruſaq; uidẽtur hæc oracula,quæ latiorem haud dubie explanationẽ, & intelligentiam requirunt,Idcirco imprimis hoc unum mihi declares eſflagito.Nunquid horum omnium ſingulorumq; rationem & argumenta quærere atq; ſcrutari fas ſit. GOMET. Rationem argumentumq; diſtinguo.Aliud enim eſt,quod dialectici demonſtrationem appellant,cui modis omnibus aſſentire mens cogitur,Aliud eſt quod Topicum uocãt, cui nõ adeo firma cogitatione,ſed cum formidine quadam animus acquiescit. Præmemoratarũ igitur clauſularum ratio,primo modo ſumpta,ſeparatis puriſq; animis,qui non in opaco & mortali hoc corpore degunt, claro intuitu cognita & perſpecta eſt,nobis autem labilis & caduci corporis uinculo detentis,huiuſmodi certitudo,quamdiu peregrinamur in miſero hoc tenebrarum abyſſo,minime conſtare poteſt, Idcirco ad harum clauſularum certitudinẽ & rectam intelligentiã ſolum topica argumenta (quibus magis quãoppoſito animus adhæret)expetere fas eſt,PHILALE. Scrupuloſum & ambiguum nimis, uenerande Gometi,abs te nunc uerbum audire uideor,admiſſo namq; quod ea, quæ ad ſemitam requirunturſalutis nobis ſolum topica certitudine conſtẽt,fluctuabit ſane,et in ancipiti uoluetur animus circa ea,quæ fidei ſunt fundamenta,quæ ſola mentis firmitudine & ſtabili cogitatione,haberi & credi debent ad ſalutem. GOMET. In te profecto(pace tua dixerim)mens fluctuat,& huc illuc,inſtar nauis ſaburra carentis circumfertur. PHILAL. Acriter nimium in me ſtomachari uideris,& cur nam uir optime? GOMET. Nõne tu paulo ante una nobiſcum aſſeruiſti,Nemiuem niſi ex ſuperueniente dei dono,ſalutem & eius ſemitam conſequi poſſe,quemadmodum nec bruta animalia ſecundam adipiſcuntur perfectionem,niſi forinſecus ab homine,cui illorum labor deſudat,aliquid adminiculi ſuſceperint,quod & tu ex Ariſtotelis dogmate comprobaſti,& ad illud ſuperinfuſum gratiæ donum conſequendum,anxio & contrito ſpiritu omnipotentis auxilium imploraſti. PHILAL. Vera quidem narras,ſed quid inde colligis? GOME. Palam ex hoc te tecum diſſidere colligo,qui diuino tantum munere patefieri nobis ſemitam æternæ ſalutis pauloante admiſiſti,modo eandem ſola topica ratione conſtare preſumis. PHILAL. Fateor equidem me crebrius,in huius rei examine mecum obluctari,ex eo quod non tali certitudine ſentio in me præſentiã luminis gratię,ſicut luminis naturæ,licet non reſpuam illud ſuperceleſte donum gratię,a patre luminum dari omĩbus,qui id pura mente requirunt. GOMET. Quod de præſentia ſuperni luminis nihil certi cõiectes,e duobus alterum in cauſa eſt,Vnumq;,non offeruntur (ut oportet)ea quæ uidenda ſunt in lumine gratiæ,Alterum, quod licet hæc ipſa debito modo oblata ſint oculo mentis,mens tamẽ minime animaduertit. PHILALE. Clarius obſecro hæc ipſa explicare libeat. GOMET. Quo facilius rem penetres, tibi exemplum in medium adducam, finge aliquem

Quæ fidei ſunt fundamenta non omnino demõſtratiuis, ſed topicis & probabilibus argumentis innoteſcunt.

Cur non ſimili modo ſentiatur in nobis præſentia luminis gratiæ, ſicut luminis naturæ.

uegetis oculis & incolumi uiſu, claro ſub lumine cœli, uehementi tamen aliqua & ſollicita cogitatione diſtractum, Credis ne hunc oblatum ſibi uiſibile corpus animaduertere? PHILAL. Nequaquam, fieri enim poteſt, ut uiſus uiſibile obiectum percipiat, neſciat tamen cogitatio externum ſenſum id uiſibile apprehendiſſe. GOME. Et unde ergo hoc nunquid eximbecillitate uiſus? PHILAL. Minime, uiſum namq; poſuimus incolumem. GOME. An ex abſentia luminis? PHILAL. Nec id ipſum, claro enim ſub cœli lumine hunc degere protulimus. GOME. Quid igitur obſtat, q̃ minus de rei ſenſibilis præſentia is iudicet? PHILAL. Obſtat quod inſpicientis cogitatio alijs intenta diſtrahitur, & diuertit, nec ſe applicat ad ipſum foris perceptum ſenſibile. GOME. Idem autem eſt diuertere, quod non aduertere? PHILAL. Idem ſane. GOME. Vnam ergo cauſarum, qua uidens claro lumine, inſcius ſit ſui uiſus, in aduertentiam eſſe probas? PHILAL. Probo quidem. GOME. Age igitur, & rurſum reſponde, ſi eũdem uiſum incolumem, & ſereno cœlo, nulla auertat cogitatio, nihilominus ex rei uiſibilis abſentia aut non debita præſentia, nonne impediri poteſt certa & perfecta uidendi actio, qui enim ſplendente ſole nauigat pontum, ubi circumquaq; nihil niſi aër & aqua, ambo tranſparentia, et imperceptibilia uiſu dantur corpora, Is licet tunc uiſum exerceat, ſe tamen exercere non ſatis dijudicat, eoq; nihil coloratum (quod peculiare obiectum eſt uiſus) ſed nudum quendam lucis percipit ſplendorem. PHILAL. Huius rei ueritatem experientia me docuit, cum pridem Thyrrenum ſinum traijcerem. GOME. Noſcis ergo quo pacto ex inaduertentia, aut ex indebita rei uiſibilis pœnitentia uidens ſe uidere non plane dijudicat, Quemadmodum igitur corporeo, ſic utiq; & intellectuali uiſui bipartitum hoc impedimentũ contingere ſolet, in ſingulis namq; rebus percipiendis, ſenſus ipſe, ratio innata, & lumen gratiæ mutua proportione correſpondent. PHILAL. Noui utiq; geminum hoc obſtaculum corporeo uiſui contingere, ſed qua lege hoc ſpiritali uiſioni eueniat, audire deſidero. GOME. Exquiſitum namq; habemus, quemlibet ſana mente, & matura ætate hominem, intellectuali præditum eſſe uirtute, qua maximarum (ut uocant) propoſitionũ' comprehendere ſolet certitudinem (ut totum maius eſſe ſua parte) nullo adhibito præceptore, nec aliquo præeunte rationis diſcurſu. Talem autem ſibi uim ineſſe, homo minime perpendit, niſi totum aliquid præſens cogitet, & exinde totum illud ad partem referat, Quorum alterum ſi defuerit, ut aut phantaſia non præſens teneat totum, aut quamuis teneat, intellectiua tamen poteſtas alia cogitatione diſtracta idipſum totum non conferat ad partem, homo iſte ſe tali præditum eſſe poteſtate minime perpendet, licet eam ſuapte natura, et reipſa habeat. PHILAL. Nihil eſt certius. GOME. Eodẽ utiq; pacto de lumine gratiæ penſita, uidelicet cauſam, qua quis mẽte incolumis, inſcius ſit ſui luminis, eſſe, aut inaduertentiam, aut rei credibilis nullam (uel non debitam) pœnitentiam. Inaduertentia quidem,

quando

quando cogitatiua uirtus(quæ mediatrix,& nunctia eſt eorum,quę com prehendit intellectus) ad terrena hæc uana umbracula flectitur. Abſentia autem uel non legitima præſentia tunc eſt,quando non proponuntur, uel minus recte explicantur ea,quæ credenda aut uiſenda ſunt in lumine gratiæ. In te igitur cauſam qua hæſitas & in ancipiti uolueris circa rerum credendarum certitudinem eſſe dixerim,nõ quidem inaduertentiam,q̃d te a teneris annis,ſpiritalia dogmata expetere,& ſummo ſtudio perquirere ſemper cognoui. Verum huius incertitudinis cauſam,in te eſſe iudico, quod nondum propoſita,& ad amuſſim explicata ſunt tibi ea,quæ intueri oportet in ipſo ſuperinfuſo gratiæ lumine. PHILAL. Verum(uir ſapiens)coniectas,qui me minime inaduertentiæ nota culpandum autumas. Nam(æterna ueritate teſte)quantulumcumq; terrenorum quandoq; illecebris(ut mortalis naturæ conditio requirit)indulgeam,neſcio quæ triſtitia & uecordia me appræhendat et occupet, atq; in penitudinem ducat, Et dum exinde me rurſum ad rerum contemplationem, & ad cœleſtium ſpectacula recipio,mox reſipiſco,& omnem uitæ aſperitudinem permulceo,quod mihi non parum ſolaminis attulit,& ſemper ſpem præbuit, ſemitam inueniendi æternæ ſalutis. GOMET. Nihil ſit tibi formidinis (mi fili)nec ſane fruſtraberis ſpe tua. PHILAL. Fœlix (ominoſe uir) præſagium, et omni applauſu dignum. GOMET. Ex omnibus ꝺeniq; hic dictis coaceruare memento,abſonum non eſſe,aliquem participem eſſe luminis gratiæ,eundem tamen incertum eſſe de præſentia luminis, quo ſtante,reuertendum unde exordium habuit ſermo, quæſiuiſti enim, nunquid de ſingulis,quæ fidei ſymbolum continet,rationem petere & ſcrutari fas ſit, reſpondi non demonſtratiuam,ſed Topicam (cui magis quam appoſito animus adhæret)inquirere licere,non propterea quod abſq; eiuſmodi rationibus minime pateat nobis uera ſemita ſalutis,ſtatim nãq; antea oſtendimus hanc æternæ uitæ ſemitam,ſolum illuſtrata mente, & ſyncera fide nobis conſtare poſſe. Sed ratiocinijs utimur ad ea quæ ſunt fidei, quatenus præconceptæ fidei actus omnibus animæ,tam naturæ,quam gratiæ uiribus exerceatur,maneatq; intemerata fides ſolidior. Tum etiam ut hi, in quibus nondum lumen gratię refulget,quaſi ſopore perfuſi,horum argumentorum rationumq; aculeo expergeſcant,& mentis oculos tergant, quo & ipſi participes euadant ſupercœleſtis gratiæ luminis. Rationes ſiquidem non minori certitudine pollicor,quam quibus Peripateticorum argutiæ,de diuinis abſq; diuino ſpiritu philoſophantur. PHILAL. Plane quidem adſtipulatur his tuis monitis Ariſtotelis placitum, qui dum (ſecundo de cœlo & mundo uolumine)cœleſtia corpora conſiderat, et illorum uarietates motuum cauſam inquirit. De difficilibus (inquit) paruę & ſufficientes rationes diligendæ ſunt. Si igitur de mobilibus,quorum operatio & motus ſenſui ſubiacet, paruæ rationes ſufficiunt, longe magis conſentaneum erit,paruas rationes ſuſcipiendas eſſe de rebus,quarum cognitio,non modo ſenſuum,ſed naturalem quoq; humanæ ratiõis limitem

Solidiores quam Philoſophorum rationes de rebus diuinis auctor pollicetur.

tranſgreditur. GOMET. Recte mi Philalethe & perdocte hucuſq; ſyllogizas, perge igitur mi fili, perge, et quicquid ambiguum atq; abſtruſum tibi fuerit, in medium profer. Singula enim tibi explanabo, & (ſancto ſpiritu patrocinante) credita & intellecta reddere conabor. PHILAL. Tripartita ergo hic quæſtio depoſcitur. Prima quid uerbum (credo) deſignet, exinde, qua nam lege, id, quod uerbum indicat uerum eſſe reuincatur. Tertia cur idipſum, q̃ uerum eſſe dinoſcitur omnino credere oporteat ad ſalutem, cum non cuiuſq; ueri credulitas neceſſario exigatur ad uitam beatam. Inprimis igitur occurrit, in propoſito nobis ſymbolo uox et dictio (Credo) cuius ſignificatum prænuncties oportet. GOMET. Credere dicimus cogitare mente cum uoluntatis aſſenſu, Dico cum uoluntatis aſſenſu, quia per innatum rationis diſcurſum etiam cogitamus, ſed talis cogitatio ſcire nuncupatur, Credere autem nequaquam, eo quod cogitatio per diſcurſum rationis non prouenit ex uoluntatis aſſenſu, cum hæc ipſa cogitatio omnem uoluntatis actum præcedat, nullum autem præcedens reſultat uel pendet a poſteriori. Cogitare (exempli cauſa) deum eſſe incorporeum hoc & credere, & ſcire dici & eſſe poſſet: ſcire quidem erit, quando legitimâ de hoc habita fuerit demonſtratio, uidelicet ſyllogizando, Omnis infiniti uigoris ſubſtantia eſt incorporea, Deus eſt infiniti uigoris ſubſtantia, Ergo deus eſt incorporeus, hac enim argumentatione perſpecta, continuo concluſioni aſſentit intellectus, abſq; ullo imperio & opere uoluntatis. Credere autem erit, quam nulla de propoſito inducta fuerit ratio, tunc enim intellectus minime propoſitam concluſionem ſuſcipiet, niſi inclinetur aliunde ad conſentiendum, nulla autem ineſt homini poteſtas quæ imperare poſſit, & inclinare intellectum, præter ipſam uoluntatem, Cogitare ergo, deum eſſe incorporeum, nullo rationis diſcurſu cogente, non aliunde quam uoluntatis aſſenſu fieri poteſt, quod credere nuncupamus. PHILAL. Sed unde (dic obſecro) induci poterit uoluntas, ut propoſito acquieſcere faciat intellectum, quandoquidem ipſa uoluntas (quemadmodum omnis appræhenſiua appetitio) nõ fertur neq; mouetur, niſi in id quod præcognitum fuerit & intellectum, Si ergo intellectus non prænouit rei credibilis certitudinem, quo nam pacto excitari & induci poterit ad aſſentiendum uoluntas. GOMET. Scito Philalethe, quod pura rationis uoluntas, quaſi pædagogum & ducem habet ſpiritũ, quemadmodum iumenta naturam, quod in nobis frequens experimentum demonſtrat, Qui enim minus utuntur diſcurſu, ſed latente quodam impetu ſeruntur, hi magis fortunati ſunt, & præuident futura, quia non ancipiti et fallaci rationis motu ducuntur, ſed a non errantibus cœleſtium & ſupercœleſtium aguntur influxibus. PHILAL. Ea quæ tu modo recenſuiſti, Peripateticorum traditioni adamuſſim conuenire reperio, nam in de memoria, & reminiſcentia tractatu, Ariſtotel. taciti (inquit) præuident futura, quoniam proprij motus eos non inſeſtant. Rurſum tractatu, de bona fortuna

De ſingulis ſymboli contentis quærẽdum, quid, quia, quare.

Credo.

na fortuna,ſic legitur,A deo uecti, ſine ratione impetum habent, ad aliquid operandum, & ſiquis interroget ſic habentem impetum, propter quid hoc placet tibi operari,neſcio inquiet,ſed placet mihi ſic operari: Hęc ibi,Quibus conſentaneum uidetur,ſtabilem quendam dari mentis conceptum,quem abſqꝫ ratiocinio & argumentandi lege imperat uoluntas, quod credere appellari libuit,Exinde querendum eſt, cur hunc ipſum credendi actum,omnino requirat ſemita æternæ ſalutis, Videtur enim quod animus mortalium lumine gratiæ decoratus, ſuapte natura, abſqꝫ ullo credendi actu poſſit ſummum unde emanauit bonum repetere,quemadmodum ſingularium rerum experientia atqꝫ inductio declarat, quod ex indito naturæ inſtinctu ſeſe (amoto prohibente) in propriam recipiunt originem. GOMET. Et nos utiqꝫ tecum pariter aſſerimus,unumquodqꝫ propriæ naturæ inſtinctu eo remeare unde primordium habuit, dummodo impediens ablata fuerit occaſio, quod etiam de animo humano præeunte in eo gratiæ dono,& impedimento ſublato, uerum eſſe, nemo ſapiens ignorat: Impedit autem & obſtat, praua & coinquinata uoluntatis electio,qua mens ad terrena, & ſordida carnis oblectamenta flectitur,eiſqꝫ effreni libidine indulget. Ignis,corpuſculi inſtar, quandiu oleo, cæræ,aut cuilibet aëreo quo nutritur humori inhæret,exterminium quidem patitur, & procul manet ab æthere,quo autem ignis iſte, minus inescatur pinguedine,eo magis flagrat ſurſum,& ad æthera tollitur. Cum itaqꝫ credere nihil aliud ſit,quam conuerſio & acceſſus animi ad illud, in quod animus ipſe tendit per actum credendi, & auerſio a cunctis obſtaculum præbentibus,Conſequens erit,ut omnis,qui animum ad cœleſtem parentem transferre deſiderat,is non aliunde, quam peractum credendi uotum ſuum explere poſſit,Quapropter concludendum,quod credere in deum omnino requirit uera ſemita æternæ ſalutis. PHILAL. Si cenſendum eſt, quod per actum credendi transferimur ad patrem lumi-num, fatebimur quidem omnibus communem fore ſemitam ſalutis, eo quod actus iſte credendi (ut pauloante tradidiſti) uoluntatis aſſenſui committitur. Nemo eſt autem adeo ignauus et inſenſatus homuntio,qui non uelit ſemita uitæ incedere,& ſempiternam conſequi ſalutem, & ſic perfacile abſqꝫ ullo ſcientiarum & diſciplinarum ſtudio, unusquiſqꝫ compos eſſe poterit uitæ beatæ. GOMET. Sic omnino cenſendum eſt. Ipſa namqꝫ ſummi boni natura eſt,ſeſe in uniuerſum,pro appetitudine & modo recipientis effundere,ſcientiarum uero acquiſitio,licet decorem, & nonnihil commodi felicitati præſtet,non tamen neceſſario requiritur ad uitam beatam. PHILAL. Si tam paruo negotio adipiſcimur ſalutem, quid ergo prohibet quin aut omnes,aut plurimi mortalium eam pertingant,& uitam conſequantur æternam (Quod tamen nec Peripatetico-rum nec ſapientum theologorum probat authoritas) qui paucos admodum participes fieri uerę ſalutis,pauciſſimoſqꝫ dari electos unanimes con-

Quare credę re oportet ad ſalutem.

tendunt. GOMETIVS. Quamuis facilis, & omnibus qui uelint, communis sit æterna salus, nihilominus tria sunt, quæ eam multotiens difficilem reddunt, & non omnibus communem fieri permittunt, exorbitantia naturæ, praua consuetudo, & concupiscentia terrena, Naturæ exorbitantia contingit his, quorum mens ex utero, uel morbo hebetatur, aut penitus delirat, hi enim sic se habent ad ueritatis archana, quemadmodū noctua, aut omnino excæcatum animal ad lumen, & claritudinem solis, qui non nisi æquiuoca appellatione nuncupandi sunt homines. Praua autem consuetudo, quæ secundo loco obicem præbet ueræ saluti, est qua erroneis, & falsis traditionibus imbuitur homo, qui (nisi summo studio & labore) uix ad solidam ueritatis fidem instrui & erudiri potest, instar eius, qui obscuro, & diuturno carcere detentus, cum exeat liber ad auram, tunc solis splendorem (nisi longo post tempore sensimq;) minime intueri & perspicere ualet. Tertium, & quod uehementius salutis semitæ repugnat, est luxus inanis, & terrenorum illecebræ, quæ (ut in præhabitis memini) inaduertentiam pariunt, mentem abdicant, & procul eliminant a semita uitæ æternæ. PHILAL. Hæc ueritati & peripatetico-rum dogmati undiq; consona uidentur. Primo namq; Ethicorum libro (ubi de beatitudine, quæ in hac mortali uita haberi possit, agitur) asserit Aristotēles fœlicitatem, quid ualde commune esse, cum possit cunctis existere non orbatis ad uirtutem, per disciplinam quandam & diligentiam, Ex quorum uerborum sono intelligere licet, Philosophum statuisse, fœlicitatem omnibus fore communem, absque aliarum speculatiuarum scientiarum aceruo, sed per aliam quandam diligentiam atq; disciplinam. Nulla autem dari, neq; excogitari potest disciplina & diligentia, quæ omnibus communis sit, ad humanam beatitudinem consequendam, nisi illa quæ facilem, & omnibus communem uiam & semitam contemplandi obiectum, & ipsum omnium bonorum summum, qua contemplatione totam humanam fœlicitatem consistere idem Aristoteles Ethicorum decimo longo examine demonstrat. Cum igitur eiuscemodi contemplatio non possit per scientiarum indagationem omnibus esse communis, relinquitur, ut per solam credulitatem & fidem peragatur. Qui enim summi boni contemplationem, per scientiarum studia & syllogizandi legem, ut Peripateticorum sapientes exercet, Similis quidem est illi, qui diuturno & improbo labore domicilium fabricat, ut ipsum inhabitet. Qui autem sola fide, rei certitudini inhæret, & inde ad ipsius crediti summi boni contemplationem mentem erigit, comparandus est illi, qui ab alio iam extructam domum, nullo suo adhibito labore inhabitat. At manifestum est, longe facilius & communius esse hominibus domicilium inhabitare ab alio constructum, quam quod incolæ ipsi, uelint id prius habitandi gratia construere. Si ergo fe-

Tria præbēt obstaculum ne communis omnium sit salus.

Longe facilius per fidem quam per scientiam, salutem consequimur.

licitas

felicitas quæ in lubrica hac uita dari poteſt, non omnino poſtulat argumentandi diſciplinam, ſed per ſolam credulitatem & fidem facilis & ualde communis admittitur, conſequens eſt, & ipſam futuri ſeculi ſalutem (quę ueram huius uitæ felicitatem ſequitur) facilem & communem fieri per ſolam fidem & credendi actum. Quapropter philoſophorum dogmata, omnibus his tuis documentis non modo non aduerſari, ſed paſſim etiam adſtipulari plane cognoui. Nunc igitur progrediamur, & ad reliqua enucleanda, ſuperum patrocinio, properemus. GOMET. Perge, perge mi fili, ac ſingula pro nutu require, & ego (iuuante Chriſto) nihil tibi inexploratum uel ambiguum relinquam. PHILAL. Didici a te hactenus neceſſarium eſſe ad ſempiternam ſalutem credere in ipſum bonorum omnium ſummum. Symbolum uero profitetur credere in deum, hanc autem dei appellationem, etiam cœleſtibus & ſupercœleſtibus numinibus, ſæpius accommodari legimus, quapropter ſuſpitio ſuboriri poſſit, quod non modo in ſummum, ſed & in quem cumq; deorum credere eiq; adhærere ſatis ſit ad beatam uitam. GOMET. Non attendis Philalethe quid mox in eadem clauſula ſubnectatur? Ait enim: Credo in deum patrem omnipotentem. Quippe omnipotentiam ſolum deorum omnium maximo conuenire nullus eſt qui ignorat. Cur autem adijciatur dictio, Pater, in ſequentibus audies. PHILAL. Quamuis compertum habeatur, ſi alicui attribuenda ſit omnipotentia, eam maxime adſcribendam eſſe deorum ſummo, ambigo tamen, an nullo modo, aut ſaltem neceſſario omnipotentia in aliquo entium admittenda ſit, cum plura proferantur, quæ nulla conditione, in uniuerſo rerum ambitu dari uel exiſtere poſſint, puta aliquid eſſe ſimul, & non eſſe, aut non præteriſſe quod præterierit, & id genus, quæ per nullam, uel etiam immenſam poteſtatem effici queunt, ideo neq; conueniens eſſe uidetur alicui, ac ne ipſi quidem omnium rerum ſummo omnipotentiam aſſcribere. GOMET. Te inconſiderantia & indiſcretio uocum ambigere & hæſitare facit. Aliud enim eſt dicere, poſſe omnia facere, Aliud, omnia poſſe fieri. Datur (exempli cauſa) ſumma ſapientia uir, cui iure attribuitur poſſe exacte docere omnia, ſed non datur auditor, de quo uerum ſit dicere, poſſe exacte omnia perdiſcere, alioquin poſſet & ipſe auditor in ſummæ ſapientiæ uirum euadere, & ſic duo darentur in eodem genere ſumma, quod euidenter (ut in ſequentibus audies) inuiolabili rerum ordine repugnat. Eadem utiq; lege iudicandum, deum immenſa eius poteſtate omnia poſſe efficere, natura uero entis minime apta eſt, ut poſſit omnia fieri, Et quemadmodum non poſſe doceri non arguit inertiam uel ignorantiam docentis, ſic non poſſe produci, aut fieri, nullo modo indicat impotentiam agentis, ſed imbecillitatem & inhabilitatem recipientis. PHILAL. Biformem utiq; (ni fallor) quam protuliſti potentiæ cõditionem

In deum patrem omnipotentem.

Aliud eſt poſſe omnia facere, aliud poſſe omnia fieri.

docuiſſe uidetur Ariſtoteles, Diuinæ ſapientiæ nono, unam actiuam aliam paſſiuam uocitans, Verum an detur actiua poteſtas, quæ agere poſſit, id quod nulla paſſiua potentia, pati & ſuſcipere queat, indiſcuſſum ibi relinquitur. Ex aſſignata tamen per te ratione & rei experimento agnoſco, non eſſe inconueniens, effectricem omnipotentiam, ſummo rerum conditori deo attribuere, licet nulla uirtus paſſiua omnipotentię agentis reſpondeat. An uero omnino oportunũ ſit in deo omnipotentiam credere nondum perpendo. GOMET. Hoc facile uidere licet ex ſermone qui ſtatim in eadem ſymboli clauſula ſequitur, dicente. Creatorem cœli & terræ, cum enim creatio, nihil aliud ſit, quam rei productio de nihilo, talis autem productio, non niſi a potentia infiniti uigoris fieri poſſit, Infinitus uero uigor omnia efficere queat, Reuincitur, quod deũ creatorem uniuerſi, omnipotentem profiteri et credere oporteat. PHILAL. At de hoc ipſo, per te aſſumpto uidelicet, quod aliquid producatur de nihilo magis dubito, an credere liceat, quando uniuerſa recentiorum Peripateticorum ſchola creationem rerum inopinabile & fantaſticum quiddam exiſtimat, & mundum motumq; perpetuum eſſe, & fuiſſe autumat. GOMET. Non recte ſapiunt, qui Stagiritam eiuſq; aſſeclas creationem reſpuere arbitrantur, hi enim minus conſiderant, quod creationis pronunctiatio duo, unum per ſe, alterum per concomitantiam deſignat. Per ſe indicat creatio productionem ex nihilo, & in nihilo, dico ex nihilo, quia terreſtris uirtus gramina ſegeteſq; producit, non tamen ex nihilo, ſed ex præexiſtente ſemine: dico iterum in nihilo, quia & ſol ſplendorem producit ex nihilo, id eſt ex nulla portiuncula ſplendoris præiacente, non tamen producit ſplendorem in nihilo, ſed in aëre, uel quis diaphano recipiente, Quod ſi fieri poſſet, ut lux, quam perpetuo ſol tranſmittit, exiſteret abſq; aliquo ſuſcipiente, tunc lucis productio, uera diceretur creatio. Alterum uero quod creationi concomitanter adſcribimus, eſt quod eiuſcemodi productio denuo facta ſit, cum prius nulla fuerit, ut ſi nunc ſplendorem emitteret ſol, quem antea minime effuderit, hoc enim penitus aduentitium eſt creationi. Idcirco qui renuit creationem ſubijſſe temporis primordia, non tamen propterea cenſendum erit, hunc creationem renuere. Quemadmodum illuminationis ratio non tollitur ex hoc, quod illuminatio ſolem comitatur perpetuo. Ipſe igitur Peripateticorum princeps, ex quo ſimplicem admittit rerum emanationem, ab ipſo uniuerſorum factore deo, ueram haud dubie creationem rerum profitetur, licet (ex abſentia luminis gratiæ) reſpuat forte alterum, quod ex aduentitio creationem ſequitur. PHILAL. Quamuis hæc creationis explicatio cohæreat, duo tamen ſunt, quæ indagari et ſciri oportet, primum, ubi nam hãc dari creationem Ariſtoteles docuerit, et quæ ſyllogiſtica ratio aſſignari poſſit, quę idipſum demon-

Creatorem.

Creatio omnipotentiã depoſcit.

Veræ creationis explicatio eſt productio ex nihilo et in nihilo.

demonſtret. Secundum, Creationis ueritate cognita, uidendum eſt porro, quo nam argumento conſtet illud alterum, quod aduentitium eſſe creationi affirmas. GOMET. Non erit difficile Peripateticorum iactis fundamentis huius propoſiti ueritatem reuincere, qui enim rerum omnium unum dari principium probat, & eiuſcemodi creationem negat, contradictionem implicat, & ſeipſum redarguit, quod & tu ipſe fateberis, ſi recte ut ſoles ad interroganda reſpondebis, Dicigitur quæſo, nonne primam omnium rerum cauſam dari Peripateticorum dogma demonſtrat? PHILAL. Certum eſt, alioquin in infinitum progrederetur cauſarum ſeries. GOMET. Quæ prima eſt cauſarum, nonne & eadem, ſummum maximumq; erit in uniuerſo rerum ambitu? PHILAL. Aperte id conſtat nam (ut diuinæ ſapientiæ decimo traditur) ſi eut in quocumq; genere rerum datur unum maximum, ſi & in tota latitudine entium datur unum, quod omnium eſt principium & maximum. GOMET. Cum autem quatuor ſint cauſarum genera, in quo nam horum, primam illam omnium rerum cauſam collocandã exiſtimas? An in genere cauſæ efficientis, aut potius formalis, aut materiæ, aut finis? PHILAL. Cum harum quatuor cauſarum prior ſit finalis (finis enim inducit efficientem cauſam ut agat) cuius intuitu parat materiam agens, & iuxta finis exigentiam introducit formam. Ideo primam omnium aliarum cauſarum finem eſſe cenſeo. GOMET. Non autem efficientem & producentem? PHILAL. Minime. GOMET. Admittis ergo, entia aliqua dari, quæ non ſunt producta a cauſa prima? PHILAD. Sic cenſendum uidetur. GOMET. Aut igitur entia illa prorſum improducta ſunt, aut producuntur aliunde, & a cauſa prima. PHILAL. Entia aliqua omnino improducta exiſtimo, ut cœleſtia, aliqua uero producta aſſero, ut ſub cœleſtia. GOMET. Cœleſtia igitur penitus improducta affirmas? PHILAL. Sic affirmandum puto. GOMET. Quod autem improductum eſt, nonne exiſtentiam habet a ſeipſo? PHILAL. Quid ni? GOMET. Quod a ſeipſo habet, ut ſit, nonne tantum eſt, quantum eſſe deſiderat? PHILAL. Ita ſentiendum, niſi adſit prohibens. GOMET. Non poteſt prohiberi, aut impediri res, quæ non pendet ab alio. Nam (ut ſeptimo de auditu, tuus te Stagirita docuit) quod aliunde prohibetur a motu, non mouetur a ſeipſo, ſed ab alio, quod igitur eſſe habet a ſe ipſo non poteſt impediri aliunde, quin totum habeat quod deſiderat. PHILAL. Tametſi affirmem, id non poſſe prohiberi aliunde, nihil tamen obſtat, quin idipſum ob imbecillitatem, quam ſuapte natura ſortitum eſt, nequeat totum attingere quod deſiderat. Quemadmodum hallucinator, qui ſolis ſplendorem intueri uelit, ſed imbecillitas naturæ atq; occaſio, id non permittit. GOMET. Quod hallucinator capax non ſit ſolaris radij, in cauſa eſt, quia is pendet aliunde,

puta

puta ex intemperie ſeminis,aëris,cibi,potus & ſtellarum influxu. Si autem hallucinator ille faber & opifex fuiſſet ſuiipſius,putas ne aliquid deſideratæ perfectionis ſibi defuiſſe. PHILAL. Minime puto. GOMET. Quod igitur a ſeipſo habet eſſe,tantum capacitatis & aptitudinis obtinet quantum uult,& cõſequenter tantum habebit de entis perfectione,quantum deſiderat. PHILAL. Effugium nullum uideo, quin & ego idipſum tecum ſentiam. GOMET. Deſideratur autem in quacumq; re appetibili,ſummum quod haberi poſſit? PHILAL. Nemini dubium. GOMET. Habens igitur eſſe a ſeipſo,id utiq; & capacitatis et perfectionis ſummum obtineat neceſſe eſt? PHILAD. Necq; hoc renuere poſſum. GOMET. Dabitur itaq; iuxta tuam hypotheſim,aliquid ſummum, maximumq; in rerum ambitu,præter cauſam omnium primam? PHILAL. Dari uidetur. GOMET. Prima ergo cauſa,non obtinebit ſummum,quod ſicut in ſingulis generibus(ut tu pauloante ex Ariſtotelis ſentẽtia admiſiſti)ſic in uniuerſa entium latitudine datur unum omnium aliorum metrum et ſummum.Et ſic unum duntaxat datur in rerum ambitu ſummum & non plura. Tu autem primam cauſam,& quod improductum eſt a cauſa prima pariter admiſiſti eſſe ſummum.Aut igitur duo dabis ſumma,aut fateberis primam cauſam nõ eſſe ſummum, quo palam redarguis falliſq; teipſum.Relinquitur ergo nihil præter cauſam primam a ſeipſo & improductum exiſtere. PHILAL. Idipſum affirmem oportet. GOMET. Quicquid igitur continet uniuerſum,productum eſſe fateris, & non quidem ab alio,quam a cauſa prima, alioquin in infinitum eſſet progreſſus. Cum autem eadem productrix & efficiens cauſa dicatur,reuincitur, deũ non ſolum finalem (ut tu exiſtimas)ſed & efficientem omnium rerum cauſam exiſtere. PHILAL. Et hoc pariter admittendum. GOMET. Ea ergo,quorum efficientem cauſam deum affirmas,ex aliquo ne, an in aliquo,aut protinus de nihilo,& in nihilo produci putas? PHILAL. Quid nam prohibet quin ex aliquo,aut in aliquo producantur. GOMET. Dicito queſo,illud ex quo uel in quo entia illa produci exiſtimas, an a ſeipſo uel ab alio,eſſe habeat. PHILAL. Non quidem a ſeipſo, obtineret enim (ut paulo antea docuiſti) in rerum ambitu ſummũ,Quapropter ab alio, uidelicet a cauſa prima id productum eſſe oportet. GOMET. Eadem rurſus quæſtio reſultat,id ex quo,uel in quo entia produci, contendis,nunquid ex aliquo,uel in aliquo alio producatur: nec ne? GOMET. Quid enim reſpondeam in promptu non habeo,in infinitum namq; abibit quæſtio. GOMET. Non datur autem in infinitum progreſſus. PHILAL. Manifeſtum eſt. GOMET. Ergo ſtandum eſt in aliquo,quod non ex alio, uel in alio,a cauſa prima producitur, eritq; eiuſmodi productio ex omni parte de nihilo. PHILAL. Id plane ſequitur. GOMET. Cum igitur uera (ut oſtenſum eſt) creationis ratio, ſit productio rerum ex nihilo,& in nihilo,uidelicet ab ipſa omnium cauſarum prima, quam deum appellamus, con-

lamus, concludendum iuxta Peripateticorum fundamenta deum rerum omnium cœli & terræ creatorem exiſtere. PHILAL. Concluditur ni fallor, ex prædictis, aliquid tandem dari quod a prima cauſa, ex nihilo & in nihilo productum ſit, ſed propterea non reuincitur deum Creatorem eſſe uniuerſi cœli & terræ, nihil forte prohibet, quin primo producta creatura reliqua producat, quæ deinceps ſunt entia. GOMET. Si creatura produceret aliquid, ab extra, daretur creaturæ creandi facultas. Hoc autem cum fieri non poſſit, relinquitur, ſolum deum cœli & terræ creatorem exiſtere. PHILALETES. Sed qua argumentandi forma monſtrabis, quod creandi poteſtas, creaturæ dari nequeat? GOMETIVS. Creandi facultas infinitum uigorem requirit, nulla autem creatura infiniti eſt uigoris, alioquin & ipſa obtineret ſummum, quemadmodum & creator. PHILALETES. Recte quidem infers, modo probes aſſumptum, quod creandi poteſtas uigorem exigat infinitum. GOMETIVS. Huius certitudinem ex octauo de auditu plane uidere licet, ubi docet Stagirita. Si motus fieret in non tempore, motor eſſet infiniti uigoris. Cum enim eandem habitudinem habeat productio ad non ens, quam habeat motus ad non tempus, eodem ſiquidem interuallo, diſtat productio rei a non ente, quo & motus a non tempore, Cum ergo uirtus mouens in non tempore, infiniti ſit uigoris, igitur & uirtus rem producens ex non ente, uigoris erit infiniti. PHILALETES. Quod ita cenſendum ſit, ex Peripatetico per te adducto fundamento plane dijudico. Sed qua de cauſa, & quomodo ſequitur, quod productio ex non ente uigorem exigat infinitum, audire deſidero, hoc enim ex Ariſtotelis ratiocinijs deducere non potui. GOMETIVS. Perfacile intelliges, ſi hæc, quæ modo propono, recte perpendas. Sunt hic duæ portiunculæ ignis, quarum una ex pedali magnitudine aëris quadrupedalem producat ignem, altera ex ſemipedali tantum, aëris eiuſdem, quadrupedalis magnitudinis educat ignem, quam harum duarum ignis portionum plus uigoris habere diceres? PHILALETES. Plus haud dubie uigoris obtinet ignis porciuncula, quæ de ſemipedali, quam illa quæ de pedali magnitudine aëris quadrupedalem educit ignem. GOMET. Qua autem proportione, unam harum particularum, alteram uigore excedere iudicas? PHILAL. Proportione quidem dupla. GOMET. Age ergo, & rurſum reſponde, nonne adhuc plus uigoris habebit ignis portio, quæ ex ſemipalmari magnitudine aëris, eadem qua drupedalis magnitudinis ignem generat? PHILAL. Plus utiq; in quadruplo uigoris habebit. GOMET. Et quo nam dictamine eiuſcemodi

Cœli et terræ.

Nulli creaturę dari poteſt creandi poteſtas.

mutuo

mutuo uirtutum exceſſum dijudicas. PHILAL. Dijudico ex eo, q̃ quãto longius diſtat terminus unde agens incipit operari, a termino ad quem agens operando proficiſcitur, tanto ualidior erit uirtus agentis, Quemadmodum ſi eodem temporis ſpacio perueniat Romam, is, qui iter aggreditur Auguſtę Vindelicorum, & is qui iter arripuit Bononię, compertum erit illum multo plus roboris obtinere, qui iter aggreditur Auguſtę, quam ille qui iter arripuit Bononię, Sic utiq̃ manifeſtum eſt, lõgius abeſſe ſemipedalem, quam pedalem, & ad huc, longius ſemipalmarem, quam ſemipedalem magnitudinem aëris a quadrupedali magnitudine ignis. GOMET. Recte iudicas, ſi ergo abſq̃ limite diſtaret terminus unde exoritur, a termino in quem tendit actio agentis, nonne huius ſine limite latitudinis tranſitus immenſam, & ſine limite uirtutem expeteret. PHILAL. Nemini dubium: GOMET. Cum igitur non ens ſeu purum & ſimplex nihil in immenſum diſtet ab ente (eo quodſi infinities multiplices ipſum nihil, nunquam pertinget limitem entis) Idcirco reuincitur, quod uirtus, quæ aliquid de puro nihilo transfert & producit ad eſſe, infiniti uigoris exiſtet. PHILAL. Video equidem me his tuis ratiocinijs, ita in angustum eſſe productum, ut iam nullius effugij ſit mihi locus, quin id q̃d pauloante procul, ut maximum inconueniens reieci, nunc firma & clara intelligentia acceptem, uidelicet, quod creandi poteſtas uigorem exigat infinitum, & nulli creaturæ communicabilem, Vnde concluditur, ſolum & unicum deum omnipotentem cœli & terræ creatorem exiſtere, ueruntamen ut mens et ratio undiq̃ conquieſcant, aliqua Ariſtotelis teſtimonia, quæ talem mundi creationem probent in medium adducere libeat. GOMET. Complura ſane (ſi Ariſtotelis ſcripta reuoluas) reperies loca, quibus deum producentem & efficientem rerum cauſam exiſtere philoſophus probat. Cum autem a nobis oſtenſum ſit productionem rerum, non niſi de puro nihilo fieri poſſe, idem erit dicere, deus produxit, quod deus creauit uniuerſum. PHILAL. Nemo ambiget, quin is, qui aſſerit deum efficientem rerum eſſe cauſam, eundem quoq̃ rerum creatorem affirmet. Sed quod Ariſtoteles deum cenſuerit efficientem eſſe rerum cauſam nondum uideo. GOMET. Legitur enim diuinæ ſapientiæ ſecundo, Primumdari principium, quod alijs omnibus ita cauſa eſt ut ſint entia, ſicut primum uerum cauſa eſt aliorum ut ſint uera. Conſtat autem, quod primum uerum (hoc eſt propoſitio per ſe manifeſta quam maximam uocant) efficientem eſſe cauſam, ut concluſio ſit uera. Ergo & primum efficiens, cauſa eſt aliorum ut ſint entia. Rurſus diuinæ ſapientiæ xij. traditur, a primo ente dependere cœlum atq̃ naturam. Cõſtat autem recte inſpicienti, ibi fieri ſermonem de dependentia, qua motus dependet a motore. i. a producente & efficiente motum. Dependet ergo cælum atq̃ natura a primo principio deo, tanquam ab efficiente et producẽte, Si denique Ariſtoteles uarijs in locis probat, primum dari motorem, a quo manat et producitur motus æternus, qui (omnium Peripateticorum ſententia) propria

Ariſtotelis tiuſq̃ commentator Auerrois, uarijs locis, deum efficientem rerũ cauſam eſſe pronũciat.

pria eſt cœlorū opatio & actio, quæ cū pēdeat ab ipſo motore efficiēte, neceſſe eſt ut ipſa quoq; ſubſtantia & exiſtentia cœli, pendeat ab efficiente. Si enim cœlum a ſeipſo haberet exiſtere, haberet utiq; a ſeipſo operari, quod Ariſtotelis doctrinæ & ſanæ rationi multis quidam modis repugnat. Sileo nūc magnum Peripatetici dogmatis interpretē Auerroim, qui diuinæ ſapientiæ xij. deum uocat agentem, omniumq; rerum ſollicitudinem & curam gerentem, qui ſolus rebus æternitatem largitur, & non ſolum motu, ſed & eſſe, & permanentiam miniſtrat. Idem tractatu de ſubſtantia orbis, Videmus (inquit) cœlum habere unam uirtutem, non tantum mouentem omnia, ſed agentem & conſeruantem omnia: paulopoſt ſubnectit. Quidam dixerunt Ariſtotelem non dicere cauſam agentem, ſed mouentem tantum, et illud eſt ualde abſurdum, hæc ille. Si denique rem recta ratione examines, ſi & Ariſtotelis eiuſq; interpretis Auerrois aliorumq; præcipuorum philoſophorum traditiones perpendas, nec te quorundam præſtigio capi & faſcinari permittas, luce clarius intelliges, deum (qui eſt ſuper omnia benedictus) omnium rerum cauſam eſſe agentem & producentem, & ideo uerum cœli & terræ creatorem exiſtere. PHILAL. In tuam profecto ſententiam me protinus uenire compellis, nec quicq; modo certius habeo, quam quod optimus ille maximuſq; deus creator ſit uniuerſorum, ueruntamen id quod ex aduentitio creationi attribuis, eam ſcilicet temporis ſortitam eſſe primordium, nondum ex his conijcere potui, Quapropter adhuc alio & uberiori quidem de his ſcrutinio eſt opus. GOMET. Quamuis huius queſiti aſſertio Stagiritæ, eiuſq; aſſeclarum traditionibus uideatur aduerſa, nos tamen eoſdem proprijs ſuis ſuperabimus & uincemus telis, ſuperna gratia cooperante, Tu itaq; uires intende, & ſedulo ad interroganda reſponde. Nonne hactenus iuxta Peripateticorum dogma exploratum habemus, deum productricem & creatricem rerum cauſam exiſtere? PHILAL. Fateor quidem. GOMET. Quod autem producitur non habet a ſeipſo uim eſſendi, ſed quicquid habet, cepit aliunde. PHILAL. Compertum eſt. GOMET. Si ergo abſtuleris ei totum quod habuit ab alio, nullius entitatis particeps relinqueretur? PHILAL. Haud dubie. GOMET Ens itaq; productum, a ſeipſo habet non eſſe. PHILAL. Conſtat. GOMET. Quod autem res habet a ſeipſa, nonne id prius competit rei, cq; id quod habet aliunde, puta habet a ſe cæra mollitiem, aliunde uero Cęſaris imaginem. Ideo prius ineſt cæræ mollicies, poſterius uero imago, habet & homo a ſe ignorantiam rerum, ſapientiam uero aliunde, ideo prius tempore particeps eſt ignorantię quam ſapientiæ. Ens itaq; productum cum a ſe habeat non eſſe, aliunde uero ut ſit, conſequens eſt, quod uniuerſum productum & creatum, prius habuerit non eſſe, quod & tuus Stagirita diuinæ ſapientiæ nono plane docuiſſe uidetur, dum probat in eadem re numero, poſteriorem eſſe actum quam potentiam, Actus autem nihil aliud eſt, quam eſſe exiſtere, potentia uero contrarium. PHILAL. Non uidetur ex his id colligi poſſe, quod niteris, ſcilicet

Quomodo creatio ſortita ſit temporis primordium.

Quod res habet a ſeipſa prius eſt, quam id quod habet aliunde.

ris,scilicet uniuersa entia temporis subijsse primordium , Et licet non inficier , quin ea , quæ per transmutationis uicissitudinem educuntur ex aliquo præiacente , prius sint potentia quam actu,ut Stagiritę ꝓbat authoritas,hoc tamen minime admittitur in his quę producuntur de nihilo. In cæra namq; prius est non esse,quam esse imagines , & in homine prior est ignorantia quam scientia,sed hæc ambo aliquid erant , cui inerat potentia ad rem introducendam , Vbi uero productio fit de nihilo,nõ potest pręesse potentia actui , si enim potentiam præfuisse contendas,pręfuisset sane aut in ipsa re producibili aut in producente , sed neutrum esse potuit,rei enim de nihilo producibilis,nihil præexistebat quod subijceretur potentiæ,Producens uero cum actus sit purissimus,ei nihil susceptiuæ potentiæ attribui fas est,tum etiam sequeretur idem esse producens et productum creatorem et creaturam,In quo enim est potentia, in eodem est, qui inducitur & educitur actus,Relinquitur itaq; ut in re de nihilo producta,nulla præfuerit potentia actui. GOMET. Quamuis demonstratum et manifestum sit,deum purum undiq; actum existere,& quod rerum de nihilo productarum nulla præfuerit potentia actui , nihil tamen prohibet quin creauerit & produxerit aliquando,& non antea ,ita quod ab æterna uoluntate dispositum sit,ut tali tempore noua proueniat actio , Et sic rerum de nihilo productarum non esse,omnino illorum præcesserat esse.

PHILAL. Scyllam (uir optime) euitare uolens , incidere uideris in Carybdim. Hoc enim potissimum ratio refugit,quod ab æterna & uniformi uoluntate,noua prodeat actio. Sciscitor enim abs te,quando illa noua (ut ponis) rerum facta erat productio , nunquid producentis uoluntas eodem modo se habuerit ut antea,nec ne? Si non,non igitur uniformis erat dei creatoris uoluntas,si sic? Ergo eodem modo se habuit effectus ut prius,causæ enim & effectus (ut secundo de auditu traditur) eandem semper proportionem seruant,prius autem erat sub non esse , igitur & post, & sic nulla undiq; fieri potuisset rerum productio noua . Accedit ad hoc, quod uoluntatis obiectum est bonum , Bonum autem & ens (ut quarto diuinæ sapientiæ traditur) se mutuo comitantur,ille ergo,qui ab æterno & perpetuo uult ipsum esse, nullo momento permisit ipsum non esse.

Ab æterna et uniformi uoluntate non fit noua actio.

GOMET. Licet Peripateticorum more,et perspicaci solertiq; ingeniosyllogizes,nihilominus contrarium huius sensus ipse demonstrat.Multa siquidem,immo uniuersa sublunaria,denuo generari cernimus,quæ post modicam temporis periodum in putredinem & corruptionem uertuntur, Quemadmodum igitur in his permittit diuina bonitas aliquid rerũ existentium quandoq; non esse,sic pari lege permisit quandoq; non esse uniuersum,quod exinde suo tempore produxit de nihilo. PHILAL. Sensus, quod in medium producis,testimonium nihil ad propositum hoc afferre uel ei adimere uidetur,Aliud est enim priuatio seu carentia uniuersi, aliud huius uel illius,puta ,Socratis uel Platonis. GOMET. Si quoduis etiam indiuiduum entium bonum est,ergo & cuiusq; etiam indiuidui carentia

malum

malum erit. Cum autem ſummi boni uoluntas nihil uelit mali, & nihilominus harum rerum uiciſſitudinem & corruptionem permittit & ſuſtineat, pari ergo modo & illam uniuerſi carentiam permittere potuit. PHILAL. Tua hæc argumentatio a ſimili, nihil (pace tua dixerim) ad rem facere uidetur, permittit enim inuiolabilis ordo rerum plerumq; parum mali, quo deterius malum caueat, aut ingens inde bonum eueniat, Cum enim chaos iſtud informe (ut primo de auditu phiſico traditur) aptum natum ſit, omnes ſenſibilium rerum formas ſuſcipere, quod in eo (ut decimo diuinæ ſapientiæ Cordubenſi placuit) ſunt omnes perfectiones & formæ in potentia, quæ actu ſunt in motore primo, et cum quelibet porciuncula illius informis materiæ æque apta ſit, ut omnes ſenſibiles in ſe formas ſuſcipiat, idq; ſimul fieri et expleri nequeat (mutuo enim ſe pellunt contraria) ideo miſerta eſt natura parens, & quod ſimul fieri non potuit, generationis uiciſſitudine peregit. Quamuis igitur prioris indiuidui formam amittere malum ſit, minus tamen malum eſt, quam omnium aliarum formarum carere multitudine. Eodem modo, licet bonum ſit, unius indiuidui ſeruare formam, melius tamen & diuinius eſt omnium formarum ſenſibilium, participem fieri, quam unius formæ tantū, puta; nuda terreſtris glebulæ materia, ſeu maſſa haud ſecus apta nata eſt ad ſuſcipiendam formam & perfectionem aquæ, aëris, ignis, metalli, plantæ, iumenti, hominiſq;, quam formam et perfectionem terræ. Sed cum una eadem materiæ portiuncula, his omnibus formis ſimul adſociari nequeat, Ideo terreſtrem formam, qua iam faciata eſt amittit, & formam ſibi uendicat aquæ, cumq; rurſus eadem materiæ particula potita fuerit forma aquæ, eam quoq; deſerit, ſed ad aëris formā aptat, & ſic ſenſim progreditur, quouſq; totam ſenſibilium rerum latitudinem (ut ſecundę cœli Auerrois loquitur) compleuerit. Eodem quidem tramite ſingulæ cœleſtium corporum partes agilitate; & ſpiritali ui præditæ, primumq; motorē æmulantes, ubiq; præſto eſſe efflagitant, quod quia ſimul, eodemq; momento perſoluere nequeunt, ideo ſucceſſiuo & rapidiſſimo in gyrum motu id uoti explere nituntur. Eadem lege rationalis (quem poſſibilem & materialem uocant) intellectus, cum omnium intelligibilium capax ſit, omnia uero ſimul concipere non ualeat, Ideo ab uno in alterum diſcurrere & euagari non deſinit, quouſq; uniuerſum rerum intelligibilium ambitum peragrauerit. GOMET. Auditu digna quidem, ſed plura, quam propoſita quæſtio requirat attuliſti. Verum ſic quandoq; ſermonis & rerum ſeries depoſcit, ex omnibus deniq; his dictis colligere uideris, mundi et uniuerſi conditorem, harum ſenſibilium rerum corruptionem, & non eſſe permittere, quatenus in quacumq; porciuncula materiæ, prout innata eius aptitudo & potentia poſtulat, tota formarum latitudo compleatur, & ſic parum mali permiſit naturæ ordo, ut deterius malum caueatur, & exile bonum negligit, quo maius & diuinius bonum ſequatur. PHILAL. Ad hunc ſcopum tota præhabita no-

Permittit rerum ordo parum mali, quo deterius malū caueatur, aut ingens inde bonū eueniat.

Epilogus.

ſtra tendit oratio, ex quo tandem colligo quod horum corruptibilium exemplum ad uniuerſum rerum ambitum, minime comparari liceat, ita ut argumentari uelis dicendo, In cunctis his generabilibus non eſſe, præcedit illorum eſſe, Ergo & ipſum eſſe, uniuerſi olim præceſſit non eſſe, Quapropter idem adhuc inter nos ſaxum uoluitur, uidelicet, cum rerum omnium conditoris uoluntas ſit uniformis, & nulla in parte mutabilis, qui ſemper atq; perpetuo uult bonum, fieri non poſſe uidetur, ut uniuerſa entium latitudo producta ſit denuo, poſtquam prorſus non fuerit, & quod potentia uniuerſi (quemadmodum indiuiduorum generabilium) præceſſerit actũ, unde id quod aduentitium eſt creationi aliunde & ſolidiori argumento probes oportet. GOMETIVS. Suſpicor (Philalethes) ſi ſingula quæ ad hoc queſitum ſpectant, hic enodare uelim, ne longior quam huius compendij intentio patiatur, noſter reddatur ſermo, Idcirco examen, de noua & temporaria productione uniuerſi (quod ex aduentitio creationi attribuendum diximus) alibi (uita comite) perſoluturum polliceor. Hic autem ſatis fore duxi, ſi cuncta huius ſublunaris machinæ entia, non ſolum indiuidua, ſed & ſpecies, & genera, cum temporis primordio producta eſſe monſtrauero. PHILALETES. Acquieſcam ſane, & te non parum effeciſſe putabo, ſi idipſum peregeris. GOMETIVS. Hoc ſi aduertis ipſe rerum ordo, hoc indita cœlorum naturæ & uirtus, hoc denicq; & finis, cui inhiant cœleſtia corpora, declarant, Primo igitur dicito, & mihi reſponde, Nonne iuſtitia & rerum ordo exigit, ut unumquodq; tantum perfectionis acquirat, quantum naturæ eius conditio, & aptitudo depoſcit. PHILALETES. Id iam iam admiſimus. GOMETIVS. Nonne perfectio eſt enti quies, quies ipſa & ſtatus? PHILAL. Eſt ſane. GOMET. Et longe quidem perfectior motu? PHILAL. Non dubito, propria enim deorum natura & actio, (ut vij. Ethicorum traditur) uerſatur in ſtatu, & noſter intellectus (Ariſtotele phiſicorum vij. teſte) perfectius operatur quieſcente corpore quam motu. GOMET. Et quo aliquid entium perfectius eſt, nonne perfectiorem habet operationem & actum? PHILAL. Certum eſt. GOMET. Perfectiſſimum uero corporum eſt cœlum. PHILAL. Nemini dubium. GOMET. Præſtantior ergo eius eſt operatio, ſcilicet qualis eſt illa, quæ exercetur in ſtatu. PHILAL. Neceſſe eſt. GOMET. Cum ergo corporeæ naturæ conueniat motus, pariter et ſtatus, immo magis competit illi ſtatus quam motus, omnia ſiquidẽ ex aduentitio, & ſecundaria intentione mouentur. Idq; ſolum gratia quietis, prout rei experientia demonſtrat: mouetur enim duntaxat, quãdo per occaſionem extra propria ſibi loca inuenta ſunt. Cum uero adſua loca perueniunt, illico quieſcunt, quapropter cœleſti corpori magis conuenire ſtatum, quam motum plane perpendimus. PHILAL. Profecto quid ſentiam uel dicam ignoro, annuere enim tua ſuadent argumenta, abnuere uero ſenſus & Peripatetici admonet authoritas, aſſidua enim uolubilitate uide-

Vniuerſa ſublunaris machinæ, entia cũ tẽporis primordio producta eſſe, triformi argumẽto oſtẽdit, et primo ex mutuo rerũ ordine.

Perfectior eſt actio in quiete, q̃ ea, quæ fũdat in motu.

Cœleſti & cuius corporeæ naturæ, magis cõpetit ges, quam motus.

mus rotari cœlum,ratio tamen conuincit ei magis competere quietem. GOMET. Miror, admodum mi Philalethe, quo pacto præter ſolitam ingenij tui perſpicatiam,non uideas, hic in nihilo ſenſum pugnare aduerſus rationem,Nihil ſiquidem prohibet aliquid ſuapte natura,ad aliquam inclinari diſpoſitionem,ex euentu tamen, uel ſecundario uoto, ſub eiuſdem diſpoſitionis contrario exiſtere,ſicut igniculi portio, quæ ſuapte natura ſurſum tendit, nihilominus quamdiu aliquo aëre in ligno,uel quis pingui alatur humore, permanet deorſum,deficiente autem humore,mox euolat atq; æthera petit, Vnde tuus Stagirita primo cap.cœli,quinto,omnia, inquit,phiſica corporea & magnitudines, ſecundum ſeipſa mobilia dicimus eſſe ſecundum locum. Non enim docuit omnia phiſica corpora moueri, ſed mobilia eſſe & apta nata, cum extra naturalem ſibi locum fuerint, locum illum repetere, Pari igitur lege,licet cœlum circumuolui ſenſus dijudicet,non tamen repugnat,quin potius ordo rerum exigit,id aliquando quieuiſſe,& futurum ut quieſcat,quemadmodum latius ex ſequentibus intelligere poteris. PHILAL. Licet ueriſimilia,nec difficilia cognitu enuncties,quia tamen Ariſtoteles & eius interpres Auerrois, motum cœli perpetuum & nunquam finem habiturum ſtatuunt, plerumq; mecum dubito, & quadam cum formidine agnitæ ueritati adhæreo. GOMET. Te non præterire exiſtimo,me a ſermonis noſtri exordio admonuiſſe Ariſtotelem,eiuſq; fidum interpretem, ueram docuiſſe creationem: deficiſſe autem in eo, quod ex aduentitio, & forinſecus creationi acceſſit, eam uidelicet temporis ſubſtiſſe primordium, ueruntamen ſi octauo de auditu Ariſtotelis dicta accuratius trutinaueris,inuenies, eum non præcipuum hunc cœli motum oſtendiſſe perpetuum, ſed probaſſe duntaxat, ante quamlibet mutationem, aliam ſiue corpoream, ſiue ſpiritalem mutationem,& diſcurſum præceſſiſſe, quod quidem ueritas ipſa teſtatur, & nos idipſum contendimus. PHILAL. Cœli ergo motorem diſcurſum exercere autumas? GOMET. Sic prorſus cenſendum iudico, non quidem diſcurſu, quo ignotum oſtenditur per notius, ut nobis mortalibus contingit,ſed quod ab alio in aliud intelligibile paradigma conuertitur. PHILAL. Cum cœli motor ſit deus immortalis,deum ergo per diſcurſum intelligere, & mutabilem fateremur. GOMET. Falleris mi Philalethes,et Cordubenſis tui placita minus obſeruas, qui geminos idari cœli motores affirmat, unum qui nullo corporis conſortio & familiaritate utatur, Alium qui mobili cœlo ineſt, & perpetuo eius contagio fungitur. Horum igitur motorum primus, nulla quidem nec corporea, nec ſpiritali mutatione tangitur, Altera uero,qui corpori inhæret motor, ſpiritalem

Duplex datur cœli motor,iuxta Peripateticorum dogma.

lem mutationem per diſcurſum ſubeat oportet. PHILAL. Nihil dubito, quin iuxta Auerroim, Auicennam, Alpharabium, Auempacem, Algazelem, necnon & Theuſtium, Theophraſtumq; præcipuum Ariſtotelicæ doctrinæ alumnum, ſic & uniuerſam Platonicã Academiam, necnon & priſcorum Allegorizantium, (quos abaleos uocant) ſcholam. Bipertiti ſint cœleſtium corporum motores, quorum unus, qui & purus, nuduſq; intellectus exiſtit, mouet cœlum, ſicut amabile amantem, Alter uero mouet ut efficens motum, quemadmodum amantem mouet uirtus, quæ amantem ipſum informat, Et talis cœli motor intima & ultima cœli forma eſt, cuius intuitu ſecundo cœli Ariſtoteles vij. & lxi. animatum & uiuum, actionem habens animalem, cœlum appellat, Sic & diuinæ ſapientiæ ſeptimo cap. xxxi. Auerrois, animam cœleſti corpori incluſam eſſe cenſuit, Et eiuſdem duodecimo ac ſecundo cœli iij. vij. lxi. Crebrius quoq; in de ſubſtantia orbis tractatu, idipſum clara uerborum ſerie explanat, Id inſuper nec obſcure quidem ratio & inuiolabilis rerum ordo demonſtrat, Si enim hæc terrena & opaca caduci orbis corpuſcula, apta nata ſunt ut nobilem hanc ſpiritalem formam (quam animam dicimus) in ſe intus ſuſcipiant, quanto magis ad hanc ſuſcipiendam idonea & apta ſunt ſublimia, lucida & ſempiterna corpora cœli? omnia denicq; hic recenſita, firma intelligentia, accepto & probo. Verum in obſcuro & ambiguo mihi uertitur modus, quo cœlorum mutetur uirtus, ut inde illorum quies ſtatuſq; ſequatur. GOMET. Modus iſte, quem cœli comitatur ſtatus, paulopoſt (ubi tertia argumentatione cœli ſtatum concludimus) plane tibi innoteſcet, nunc uero (ne latius noſtra euagetur oratio) ad ſecundum, quo pollicitus ſum cœli ſtatum oſtenſurum, accedo, Si tamen prius ea, quæ longo examine diſſeruimus, Epilogi more perſtringas. PHILAL. Conſulte id factum erit, et proſequar ut iubes. GOMET. Perge mi fili, & paucis quæ accepiſti reſume. PHILAL. De creatione, ni fallor, exorſi ſumus ſermonẽ. GOMET. Recte. PHILAL. Creatio duo indicat, unũ per ſe, quod eſt ipſa productio, & emanatio rerum a prima cauſa ex nihilo & in nihilo, quod & Ariſtotelis, eiuſq; aſſeclæ Auerrois probat autoritas, Alterum ex aduentitio, uidelicet eiuſcemodi emanationem temporis primordio, nouamq; fuiſſe, quod Peripateticorum dogma minime approbare uidetur. Rurſum id quod aduentitiũ eſſe dicimus creationi, bifariam intelligi poteſt, Aut quod uniuerſa rerum latitudo, non minus cœleſtiũ, q; terrenorũ denuo emanauerit, aut quod ſolũ terrenorũ & generabiliũ noua fuerit ꝓductio. GOMET. Recte recẽſes. PHILAL. At primũ horꝝ, ſcilicet uniuerſũ rerꝝ ambitũ denuo emanaſſe, ꝓ alio magis idoneo

Epilogus.

idoneo tempore & loco, explanandū diſtuliſti: ſecundū uero (hoc eſt terrena & caduca; cum temporis principio eſſe producta) hic enucleaturum ſpopondiſti. GOMET. Sic ad amuſſim ſe habuit ſermo. PHILALETES. Hoc autem per cœli ſtatum oſtendere conatus es. GOMETIVS. Idipſum. PHILALE. Futurum uero cœli ſtatum, triformi aſſeruiſti argumento, quorum primum ex iuſtitia & ordine rerum hactenus perſoluiſti, nunc igitur ſecundum (ſcilicet ex indita cœli natura) in medium proferas oportet. GOMETIVS. His omnibus iam recto calle reſumptis & conſideratis, perfacile ex natura cœli, futurum cœli ſtatum hoc modo ratiocinamur. Sentiunt enim unanimes Peripatetici, cœlum eſſe corpus magnitudine (ut noſti) finitum. PHILAL. Sentiunt quidem. GOMET. Finiti autem corporis nonne finita eſt uirtus? PHILAL. Finita. GOME. Proximus ergo cœli motor ipſe (ſiue inclusa anima, ſiue penitus abſtracta intelligentia is fuerit) oportet ut finita eius ſit uirtus, ita quod motor ipſe, huius & non maioris magnitudinis corpus mouere ualet. PHILALETES. Huic adſtipulari uidetur clara Ariſtotelis ſecundo cœli, ca. lviij. autoritas, qua cenſuit, ſi alicui errātium ſyderum orbi plures, quam modo ſtellę eſſent infixæ, tunc motor cœli diurni, aut nullatenus, aut tardius, ſe cum labore moueret cœlum. GOME. Age igitur et rurſum reſponde, Motus, quo motor uoluit orbē, nonne prefixum uelocitatis gradum terminumq; depoſcit? Puta diurni orbis motor nequit uelotius quam uiginti quatuor horarū ſpatio, ſui orbis circuitū peragere. Sic menſis periodo curſum complet globus lunæ anni circulo ſol, & ſic de ſingulis motoribus orbium iudicandum. PHILAL. Et idipſum ad amuſſim ibidem Ariſtoteles docuit. GOME. Motor autem, quemadmodum ſexto de auditu colligimus, nonne eadē habitudine refertur ad tempus, qua refertur ad magnitudinem & motum? PHILAL. Compertum eſt. GOME. Sic autem refertur ad hæc motor, ut nec infinita uelocitate, neq; infinitam magnitudinem circumuoluere queat. PHILAL. Manifeſtum eſt. GOME. Ergo nec tempore infinito mouere poterit. PHILAL Sic ratio dictat, idq; palam in de ſubſtantia orbis libello, cap. ij. Cordubēſis uoluit, dicendo, Omne quod eſt finitarum dimenſionum, & terminatarū per ſuperficiem cōtinentem ipſum, cū intellectus poſuerit ipſum exiſtens per ſe, abſq; eo, quod aliquid largiatur ſibi permanentiam et æternitatem, neceſſe eſt, ut ita ſit de finitate ſuæ permanentiæ, ſicut de finitate ſuæ actionis: hac enim uerborū ſerie perplane Cordubēſis docuit, eodem modo ſeſe habere aliquid ad tēporis, ſiue durationis infinitatem, ſicut ad infinitatem actionis, i. ad infinitam uelocitatem motus, quapropter recte concludis finitā uirtutem, nō poſſe infinito tempore agere motum. Quemadmodum nec infinitæ

Ex indita natura cœli ſtatus eius futurus oſtenditur.

uelocitatis

Finitæ uirtutis & magnitudinis, corpus non potest infinitũ agere motũ.

uelocitatis motu, neq; infinitam magnitudinem mouere potest. GOME. Ergo non potuit proprio uigore, & suapte natura, ab æterno moueri cœlum. PHILALETES. Sic militat argumentum. GOMETIVS. Quandoque igitur motum, incepisse fatearis est necesse. PHILAL. Consequens istud (ut uideo) non cogimur ex dictis admittere, licet enim conuincas cœlum ex sua & proximi motoris natura, non posse infinitum agere motum, nihil tamen prohibet, cœlum aliunde ab infiniti uigoris intelligentia fulciri, suumque perpetuo seruare motum, quod & complures Peripateticorum sentire uidentur, & plane idipsum testatur Auerrois (eodem de substantia orbis libello) dicendo, Cum Aristoteles considerauit de istis uirtutibus appetitiuis cœlestibus, inuenit eas moueri ad appetibile nobilius ipsis, & eas esse finitarum potentiarum, & causa continuationis motus non est ista uirtus, qua mouetur cœlum, sed illud, quod largitur illis continuationem, est aliquid appetibile, quod est abstracta intelligentia, quam intelligit & appetit ipsum cœleste corpus, & nisi talis esset motrix intelligentia, destrueretur motus cœli, hæc Auerrois. Quibus liquido intelligitur, non ab re, quin potius necessarium, esse cœlum merito sui & proximi motoris naturæ quiescere, extrinsecus autem & sublimiori potestate suffultum, motum suum exercere æternum. GOMETIVS. Qualecumque extrinsecum patrocinium & aduentitium robur fuerit, probas tamen tu, cœlum pro sua & proximi motoris natura, quandoque quietem, statumque deposcere. PHILALETES. Sic enim per te adducta suadent argumenta, quibus & Cordubensis adstipulatur autoritas. GOMETIVS. Idipsum profecto est, quo tota nostra tendebat oratio, unde secundum colligimus argumentandi modum, ex ipsa natura cœli, qua firmissime cœlorum quietem, statumque dari reuincimus. PHILALETES. Sed iuxta Aristotelis & Auerrois assertã, hoc minime ex prædictis concludendum uidetur, Seruabitur enim perpetuo motus, non quidem merito naturæ cœli, sed ab illa infiniti uigoris intelligentia, quæ mouet, ut amatum.

Si cœli motus esset perpetuus, fieret denicq; uiolentus.

GOMETIVS. Si talem motus perpetuitatem admiserimus, cogeremur motum denique cœlorum uiolentum dicere, eo quod uiolentum cuique est perpetuo exercere, id quod innatæ eius aptitudini & naturæ repugnat, quia ergo cœli natura & aptitudo (ut antea ostensum est) quietem requirit & statum, uiolentum utique esset cœlesti corpori perpetuo agitari motu, et nunquam exoptatam quietem pertingere. PHILAL. Non est uiolentum quod ex arbitrio committitur, cũ ergo cœlum sit agens uoluntarium, eligit forsan sibi motum perpetuũ, quo rebus inferioribus uicissitudine sua ꝓmanentiã ministrat, cœli nãq; motum omni-

tum omnium ſublunarium rerum uitam exiſtere octauo de audit. cap. i. Ariſto. cenſuit. GOME. Non eſſet abſonum, quod reſpondes, ſi cœli motus potiori & primaria intentione fieret propter terreſtrem labilem & caducum hunc orbem, ſed hoc Peripatetici (Auerroi diuinæ ſapientiæ xij. capite xxxvi. teſte) minime probant, ſtatuentes cœlum potiſſime circumferri propter ſeipſum, ex conſequente uero, propter eà, quæ ſunt hic, quo ſtante abſurdum ſane & ridiculum eſſet opinari, ſublimia & ſempiterna hæc cœleſtia corpora ſuijpſius perfectionem negligere, ut luculentis & caducis rebus ſubueniant, & momentanea illis commoda impartiant. PHILAL. Euidentia quidem & ſolida hæc argumenta, me demum in tuam ducunt trahuntque ſententiam, aſſerentem, quod Peripateticorum princeps cum ſuis ſectatoribus, plurimum cæcutiat, hallucinetur que in his quæ rerum ſenſibilium limites excedunt, quod & Ariſto. ipſe diuinę ſapientiæ cap. i. ſecundo, pariter & ſecundo cœli cap. lx. ingenue & ſumme cum animi modeſtia agnoſcere uidetur, aſſerendo neminem (ſcilicet lumine naturæ) digne & exacte ueritatis theoriam adipiſci poſſe. Perge itaque (uir optime) & tertium quod propoſuiſti ratiocinium, quo futurus cœli ſtatus concluditur perſolue. GOMETIVS. Tertio loco ex ipſo fine quem inhiant cœleſtia corpora, futurum eorum ſtatum comperies, & hoc cum prius conſideraueris, modum & cauſam, propter quam cœlum aſſiduo motu circumuoluitur, eam ſi noſti profer in medium. PHILALETES. Cœleſtium motus & ratio, & modus eſſe uidetur ſpiritalis motus, & intelligendi modus ipſius animæ cœlorum, Docuit enim (de anima primo) Stagirita, rationalis animæ operationem circulo ſimilem exiſtere, unde ſecundo cœli, & de ſubſtantia orbis ſecundo Auerrois, circularem lationem proprium rationalis animę motum eſſe uoluit, ideo cauſam, qua in gyrum fertur cœlum eſſe dicimus, quod propria rationalis animæ operatio ſphæram adumbrat. GOMETIVS. Cum tua hæc poſitio duo contineat, Primum, rationalis animæ operationem ſimilem eſſe motui, Alterum quod ſimilis ſit motui circulari, Dicas rogo, quanam ratione animæ operatio, quæ ſolum intelligentia conſiſtit, corporeo motui comparari poſſit, cum longo nimirū interuallo, corporis ab animæ natura ſeiungatur. PHILALETES. Rationalis animæ operationem motui comparamus ex eo, quod hæc ipſa, nequiens unico intuitu omnia deprehendere intelligibilia, cogitur unum poſt alterum ſpiritali quodam diſcurſu petere, Qua de cauſa rationalis animæ ītellectio, motui ſimilis dicitur. Circulari uero motui cōparatur, quia ſicut circulatio motus eſt continuus, qui eundē ſemper terminū petit, unde motus initiū ſumpſit: ſic rationalis anima ipſo actu intelligēdi, a ſeipſa ad intelligibile extenditur. Vnde rurſus (ut primo de aīa traditur) in ſeipſam reflectitur, quia q̄d iā actu factū eſt ītelligibile, nihil eſt niſi actus, intellectus poſſibilis, quem intelligēdo, intelligit ſeipſum: horum igitur conſideratiōe rationalis

Cœlum prima maria intentione uoluitur propter ſeipſum.

Ex fine, ſi quem cœlū tendit, cœli ſtatus concluditur.

Cur animæ rationalis operationem Peripatetici circulari motui adſimilant.

rationalis animæ operationem motui & circulo ſimilem eſſe uniuerſa Peripateticorum ſchola cenſuit. GOMETIVS. Scite quidem ut decet Peripatetici dogmatis alumnum reſpondes, Veruntamen qua namlege ſpiritalem hunc animæ motum circularis cœli latio ſequatur; nondum (ut abs te audire deſiderabam) indicaſti. PHILALETES. Spiritalem diſcurſum ſequitur corporea cœli latio, tum propter naturalem cœleſtis corporis & animæ nexum, tum etiam ex opere & imperio uoluntatis. Nam quemadmodum in hac noſtra mortali compagine, quoties anima in aliquid oblectabile, & iocundum, exultat, ſtatim geſtiunt, & quibuſdam quaſi titillationibus concitantur corporei (quibus anima inhæret) ſpiritus, & longe lateq; per uniuerſam corporis molem; una cum ſanguine diffunduntur, unde prompti agileſque totius corporis artus redduntur ad motum, ſicut dum quis uegetus iuuenis, amœnam dulcemque & thorealem audit melodiam, mox pedibus, manibuſq; geſtit & ex naturæ inſtinctu, melodiæ concentum imitari nititur, ſic & cœleſtium corporum anima, cum per illas Ideales & ſummæ pulchritudinis formas diſcurrit, & ab uno in alterum paradigma fertur, ineffabili tum exultatione gaudioq; afficitur. Vnde affectus ille mox in ipſum cœleſte & agile adſociatum ſibi corpus redundans, continuo in rapaciſſimum hunc, quem ſenſus dijudicat motum naturali inſtinctu prorumpit, Accedit ad hoc uoluntatis imperium, quæ quidem uoluntas Ideales formas (quas anima contemplatur & concipit) in hac generabilium rerum materia, & corporea maſſa depromere cupiens, idque non niſi per motum fieri poſſe proſpiciens, aſſiduum hunc circularem motum exercere uoluit, quo ſui creatoris imitetur imaginem, cuius immenſa bonitas ſeſe per uniuerſum effundit, & quibuſcumque etiam uiliſſimis rebus eſſendi munus largitur, eorumque naturæ commoda miniſtrat. GOMET. Cœli ergo uertiginem parit ſpiritalis diſcurſus animæ, ex eius cum cœleſti corpore nexu. Inſuper & eiuſdem uoluntas imprimendi Ideales formas in hypoſtaſi & materia caducorum. PHILALE. Ita Peripateticorum ſuadet ratio, & diuinæ ſapientiæ duodecimo Auerrois teſtatur autoritas. GOMET. Age igitur et mihi reſponde, ſi anima in uno intelligibilium ſuum aliquando figeret intuitum, & non ab uno in alterum diſcurreret, nonne ex nexu animæ cum cœleſti corpore ſtaret & figeretur cœli motus? PHILALE. Staret utique ſi ſolum naturæ inſtinctum & colligantiam animæ cum corpore inſpicimus, ſi uero uoluntatis imperium conſideremus, quo anima pro caducorum ſucceſſione uult & imperat cœlo motum, tunc minime forſitan ceſſaret uel figeretur cœli latio. GOMETIVS. Anima non ceſſat à diſcurſu, nec ſuum figit intuitum, niſi dum ipſius ſummi intelligibilis eſſentiam pertingat, quam quia nulla creata intelligentia ad amuſſim comprehendere poteſt, ideo & eius ſimilitudo atque imago in hac luculenta materia & maſſa imprimi nequit, quapropter deſinit & uoluntas

Ceſſante animæ diſcurſu, ceſſat cœli motus, quo deſinente, deſinit rerum ſublunariū uiciſſitudo.

luntas ipſa mouendi, motu igitur ex naturæ ſimul & uoluntatis inſtinctu ceſſante, ceſſat rerum uiciſſitudo, unde uniuerſa caducorum machina relinquitur inanis. PHILAL. Sublimia quidem & recondita ſapientiæ denunctias, quæ nemo (ſuperos teſtor) niſi ueſanus uel peruicax & obducto ſupercilio homo repudiare & abnuere poterit, quin firma cognitione & credulitate acceptet, non ab æterno motum fuiſſe cœlorum, ſed olim ſtetiſſe, Proinde uniuerſam terrenorum machinam, tunc deſolatam fuiſſe atq; inanem. Nunc igitur pergendum eſt (mi parens) ad reliqua ſymboli abſoluenda. GOMET. His ſtabilitis fundamentis paruo quidem negotio, atq; labore, quod reliquum eſt ſuperſtruere poteris, ſi tamen unum adhuc in expoſita clauſula contentum, & nondum examinatum explanauerimus, dico hoc nomen pater, Deo attributum, dicendo, Credo in unum deum patrem omnipotentem, Creatorem cœli & terræ, ſed quoniam huius intelligentia ex ſequenti dependet clauſula, dicente. Et in Ieſum Chriſtum filium eius unicum Dominum noſtrum, Ideo nominis illius myſterium ad hunc locum perſcrutandum diſtulimus. Tu igitur quicquid in hoc ambiguum & minus cognitum tibi fuerit, ſciſcitare & diligenter inquire, ego enim ſingula ut me obtuli, plana & luculenta (diuina aſpirante gratia) tibi reddere conabor. PHILAL. Me utiq; non latet uocis notio, patrem eſſe qui filium genuit, & filium qui a patre gignitur, ſed quo pacto idipſum æterno & immutabili creatori Deo adſcribere fas ſit, non facile perpendo, ſuſpecta nimium & plena formidine uidetur eſſe aſſertio. GOMET. Nos (ut ſtatim audies) non modo patrem & filium, ſed & ſpiritum ſanctum Deum creatorem nuncupamus, & intrepide trinum & unum eſſe contendimus. PHILAL. Quid dictio ſpirituſſanctus denunctiet imprimis ignoro. GOMETIVS. Per ſpiritum ſanctum uolo reciprocum amorem, qui inter patrem & filium uerſatur, nulla ſiquidem eſt duorum numero diſtinctorum tanta connexio, quanta eſt inter patrem & filium, Ex quibus utriſque, quia continuo procedit & ſpirat amor, hunc ideo ſpiritumſanctum appellari libuit. PHILALETES. Patrem ergo filiumque & ſpiritumſanctum trinum ſcilicet & unum Deum affirmas? GOMETIVS. Sic fidei lumen pariter & ratio ipſa declarat. PHILALETES. Quale obſecro ratiocinium, quænam efficax coniectura, nobis ad tam alta & recondita creatoris ſacramenta, aditum patefacere poſſent, quandoquidem in his quæ ſenſus palpitat, & quorum in nobis aſſidue experimentum ſumimus, nutat, & fallitur humana ratio. GOMETIVS. Nutant ſane (ut etiam tu antea aſſeruiſti) hi qui ſupercœleſtem deſerunt cardinem, & ſolum penduli ſ fallacibuſq; rationis ſuę innituntur argutijs. Aſt quorum ratio & mens illuſtrata & fulta eſt ſuperno lumine, hi facile ex diuini intellectus natura, & ex corporeæ molis conditione, Deum trinum & unum, Patrem, filium q;, & ſpiritumſanctum firma credulitate et intelligentia probant. PHILAL.

Et in Ieſum Chriſtum filium eius unicum Dominum noſtrum.

Deum trinũ eſſe & unum ex diuini intellectus & ipſius corporei molis natura reuincitur.

Bipartita

Bipartita igitur argumentatione, uidelicet ex diuina pariter & corporea natura, indiuiduam hanc Trinitatem oſtendere polliceris. GOME. Ita polliceor, tu uero mentem adhibe, & mihi qua ſoles perſpicatia reſponde. Deum rerum conditorem nonne ſummæ ſimplicitatis, unitatiſq; intellectum exiſtere una omnium Peripateticorum ſententia affirmat? PHILAL. Id enim longo argumentorum contextu Ariſto. Diuinæ ſapientię xij. plane demonſtrat. GOME. Intelligens ergo Deus eſt? PHILAL. Nihil dubium. GOME. Nullum eſt intelligens, niſi ex eo quod in ſe producat, et ſuiſcipiat rei intelligibilis imaginem. PHILAL. Sic enim in de memoria & reminiſcentia libro Ariſto. animi conceptum, rei conceptibilis uocat imaginem. GOME. Res ipſa, quam Deus intelligit, & cuius in ſe gignit imaginem, nonne ipſa eadem diuina eſſentia eſt? PHILAL. Compertum eſt, qđ primo ſeipſum intelligit, & ex ſuiſpſius intelligentia (ut xij. cap, xxxi. diuinæ ſapientiæ Auerrois loquitur) intelligit omnem modum entis. GOME. Ipſe ergo deus eſt, qui intelligit, & is idem eſt res intellecta? PHILAL. Eſt ſane, GOMET. Cum igitur intelligens producat in ſe rei intellectæ imaginem, fatearis oportet, Deum ſuiſpſius producere imaginem. PHILALE. Sic omnino cenſendum. GOMET. Age igitur, & rurſum reſponde, putas ne aliud quid eſſe imaginem, & aliud quod producit imaginem? PHILALE. Nonne ſic petis, num alia ſit natura, ſeu eſſentia imaginis, & alia producentis imaginem? GOME. Idipſum interrogo. PHILAL. Prophanum utiq; eſt, & diuinæ eſſentiæ incondecens eiuſmodi in ea diſcrimen admittere, ubi enim in re aliqua eſſentiæ diſtinctio, ibi uera compoſitio, & abſolutæ ſimplicitatis excluſio. GOMET. Vna ergo eademq; diuina eſſentia eſt, quæ rei intelligibilis imaginem in ſe producit cum ipſa iam producta imagine. PHILAL. Ita iudico. GOME. Producit ergo eadem eſſentia ſeipſam? PHILAL. Nec id quidem dicere fas eſt. Idem alioquin prius origine eſſet ſeipſo. GOME. Aut Deum ergo fateberis non intelligentem, aut excogitanda erit diſtinctio, quæ nec eſſentiam multiplicat, nec unam numero hypoſtaſin deſignet, quatenus oppoſitæ relationis producentis & productæ cõgrue diuinæ naturæ aptari ualeant. PHILAL. Talis nimirum danda eſt diſtinctio, quæ hinc unitatem, illinc pluralitatem inſinuet. Quemadmodum Stagirita, Quoties quæ ad contraria ſuadent occurrunt argumenta, tunc tertium aliquid utriuſq; oppoſitorum particeps, quo reconciliantur extrema, in medium profert. GOME. Sed quam putas tu hic adhiberi poſſe diſtinctionem, qua in his diuinis relationibus euitetur contradictio, nunquid ad hoc ſatis erit diſtinctio rationis, ut cum probare uoluerimus, Socratem non eſſe Socratem, diſtinguendo Socratem ut ſubiectum, a Socrate ut prædicatum, ſic deus, ut producens in ſe ſui imaginem, diſtinctus ſit a ſe ipſo, ut producta imago, ita quod nulla in diuinis ſit re ipſa (ſed ſola intellectus conſideratione) diſtinctio. PHILAL. Rationis diſtinctio, rationis ſolum tollit repugnantiam, realem uero minime. Diſtinguendo enim Socratem in Socratem ut ſubiectum, et

Socratem

Socratem ut prædicatum nihil aliud tollit, quam repugnantiam concep-
ptus,quo dicimus Socratem nõ esse Socratem,cui nihil repugnantiæ cor-
respondet in re,& quod subiectum & prædicatũ hic opere intellectus cõ-
sistunt,& differunt ratione tantum, Intelligere autem dei, reipsa produ-
citur ab essentia dei intelligente, & secluso quocumq; nostri intellectus o-
pere,nihilominus productum distinguitur a producente, quia ergo pro-
ducens in diuinis, & productum distincta sunt re, præter quemcumq;
intellectus nostri actum, Ideo non satis est ut hæc tollatur repugnantia,
distinctio rationis. GOMET. Ex responsis denicq; hic tuis colligo ,quod
distinctionem, qua in diuinis aliam esse dicimus essentiam producentis ab
essentia producti,nefandam iudicas,Distinctionem uero rationis nõ suf-
ficere ad tollendam repugnantiam, quam ergo distinctionem excogitan-
dam existimas,qua in diuinis essentiam non multiplices, & contradicen-
tiam tollas. PHILAL. Periculosus nimiumq; horrendus error, qui
in re tanta committitur, quapropter ne in durum erroris scopulum im-
pingam,nullam hac in re sententiam proferre audeo. Sed tuum (cœle-
stis animi uir) erit,id mysterij,quemadmodum & reliqua ueritatis archa-
na detegere. GOMET. Quænam rogo tanta te cœpit diffidentia atq;
formido, ut neq; hunc scrupulum tollere neq; accommodatum in diui-
nis distinctionem pronunctiare audeas, cum id genus distinctionis in his
quæ sensibus subiacent experiri & perspicue uidere liceat,dicito quæso,
nonne & tu iuxta naturæ legem filium propagasti? PHILAL. Vtiq;.
GOMET. Nunquid tu idem es cum filio,aut aliquod interest discrimen?
PHILAL. Discrimen haud dubie, GOMET, Ita distingueris ne a filio,
ut nihil prorsus tibi & illi commune extet? PHILAL. Ita enim distin-
guimur,ut eiusdem tamen essentiæ,siue naturæ participes simus,quinim-
mo nulla distinctorum numero,tanta est cohærentia & unitas,quanta in
filium & parentem, quia inter utrumq; est specifica & essentiæ unitas, cũ
habitudine ad proximam suam originem. GOMET, Responde ergo
(nec ab re) te unum esse cum filio essentia,distingui autem per suppositа
numero, quæ quidem distinctio ueram & simplicem essentiæ unitatem
non perimit. PHILAL, Idipsum intendo. GOMET, Hinc ergo in di-
uinis quoq; essentiæ unitatem cum reali suppositorum distinctione,facile
elicere poteris, uidelicet quod producens idem sit essentia cum producta
imagine,nõ tamen idem suppositum,eademq; hypostasis numero,quem-
admodũ nec idem numero est pater cũ sua imagine filio. PHILAL. Er-
go quemadmodum terrenus pater & filius,duo compositi & numero di-
uisi sunt homines, sic in diuinis,producenti & producto inerit compositio,
& duo numero erunt dij, non unus tantum. GOMET. Longe in hoc
mi Philalethes exorbitas,in humanis enim pater & filius duo sunt homi-
nes,quia essentia humana reipsa distinguitur a supposito in quo funda-
tur essenta, ideo multiplicato supposito, multiplicatur humanitas ,quem-
admodum unus & simplex solaris splendor, multiplex fit iuxta forami-

num & receptaculorum multitudinem, per quæ ſolaris radius diffundi-
tur. In diuinis autem idem eſt (ut docuimus) hypoſtaſis ſiue perſona cum
ipſa diuina eſſentia, ideo ſemper una manet numero deitas, licet non
eadem perſonalitas. PHILAL. Perſuaſum ſane mihi iam facis, quod
duo danda ſint in diuinis ſuppoſita pater & filius nūcupata, cum unita-
te eſſentiæ, nunc autem quo pacto tertia, quam ſpiritū ſanctū uocas om
nino admittēda ſit paucis obſecro explanare libeat. GOMET Facile huius
Epilogus. certitudinem intelliges, ſi iam pauloante expoſita tecum reſumas. Sta-
tuimus namq; deum omnium optimum pulcherrimumq; exiſtere, qui
ſeipſum intelligendo ſuiipſius in ſe producit imaginem. Qui aūt optimū
atq; omnium rerum exiſtentium pulcherrimū contemplatur, nonne con-
tinuo in illius cogniti prorumpit amorem? PHILAL. Conſtat, niſi aſi-
nus ſit ad lyram, quanto enim intellectus eſt fortior (ut ſecundo cœli
Auerrois cap. lviij. loquitur) tanto magis deſiderium erit perfectius.
GOMET. Deus ergo pater ſeſe optimum pulcherrimumq; intelligendo
ſuum in ſe reflectit amorem, ſic & imago ipſa, quæ patris intellectione
producitur, ſummum patris contemplando decorem in eiuſdem pari
argumento fertur amorem, unde ex mutua patris & filij contempla-
tione ſumma procedit dilectio & amor, qui quatenus producitur, re-
ipſa diſtinctus eſt a producente, producens autem amorem eſt pater
una cum filio, ab utroq; igitur re ipſa diſtinguitur amor, & quia ni-
hil aliud eſt amor quam ſpiratio ſeu ſpiritalis proceſſio amantis in ama-
tum, Ideo hunc ipſum ſpiritus ſanctus appellatione uocitari placuit.
Deum itaq; trinum eſſe hypoſtaſi ſeu perſonis, unum uero eſſentia
firma credulitate & intelligentia cenſemus, quem eſſentiæ unitate
deum uocamus, perſonarum uero trinitate patrem filiumq; & ſpi-
ritum ſanctum dicimus. PHILALETES. Perquam ſcite & claro
quidem rationis lumine me ſenſim eo deduxiſti, ut id quod pauloante
abſtruſum & ultra humanæ intelligentiæ captum exiſtimabam, nunc
Ex corpo- facile & abſq; ulla formidine concipiam, & conſtanti ratione ex ip-
reæ naturæ ſa diuina natura ſumpta affirmem. Supereſt modo, ut ex corpo-
conditione, rea natura & mole (prout antea propoſuiſti) idipſum demonſtres.
indiuidua trinitas oſtē ditur. GOMETIVS. Secundo igitur, ut petis, loco, hanc indiuiduam tri-
nitatem ex corporis compagine oſtendam, prius hoc Peripatetico po-
ſito fundamento, quod plures numero dari intelligentias, non a-
liunde, quam ex mobilium corporum multitudine conuinci poſſit.
PHILALETES. Manifeſtum eſt. Quot enim ſunt mobiles orbes, tot
numero ſtatuit Stagirita (diuinæ ſapientiæ duodecimo) eſſe intelli-
gentias. GOMETIVS. Solidum ergo eſt & inuiolabile fir-
mamentum, ex reali pluralitate corporum mobilium, intellectualis
naturæ auſpicari multitudinem, & non ſolum motorum pluralita-
tem, ſed & uariam cuiuſq; motoris conditionem ex corporis moti ua-

rietate

rietate coniectat, nam ſecundo cœli, ex uelocitate corporis moti, uel tarditate, & ex ſtellarum multitudine, uel paucitate magnitudinem, uel defectum uirtutis, intelligentiæ motricis denunctiat. Quemadmodum prolificum animantis ſemen, & ſpiritum qui ſemini ineſt in ſe potentiarum & corporearum uirtutum diſcrimina tenere dicimus, quod membra & organa ſunt quæ ex ſemine & ſpiritu illo prodiſſe nouimus. Quum igitur prima corporea natura & moles reipſa ſit una, tribus conſtans principijs, reali ab inuicem differentia diſtinctis, priuatione, materia, forma, quæ tamen cum ipſa corporea natura idem ſunt, nulla reali diſtinctione ab ea ſeiuncta, Ideo & primã intellectualem uidelicet diuinam naturam, quæ ipſius primæ corporeæ molis mouens & efficiens cauſa eſt, eminenti & imperueſtigabili modo, trinam hanc continere diſtinctionem cum reali unitate naturæ neceſſe eſt; Quemadmodum exemplar longe ſublimiori ratione complectitur ſingula, quæ umbratili inſunt imagini, unde hæc tria corporeæ naturæ principia, eadem habitudine (ſi recte conſideras) ſeſe & ipſam corpoream molem reſpectant; qua & diuinæ perſonæ ſe inuicem ipſamq; naturam diuinam reſpiciunt, ut ex ſubiecta hic tabella plane conſtare poterit.

Primum generabiliũ corpus tribus cõſtat principijs, priuatione, materia, & forma.	Primus æternorũ intellectus tribus conſtat perſonis, patre, filio & ſpirituſancto.
Priuatio eſt uere non ens, in ente potẽtia ſcilicet primo, pducta materia.	Pater eſt ſummũ ens in ente, actu uidelicet primogenito filio.
Materia eſt ſummũ nõ ens actu, per priuationem annihilantem.	Filius eſt ſummum ens actu per patrem generantem.
Cui ſeminali ratione ineſt forma, cõfuſa & manca.	Cui Ideali ratione ineſt forma diſtincta atq; perfecta.
Forma eſt momentaneus actus, qui de priuatione & potentia materię educitur.	Spirituſſanctus eſt ſempiternus actus, qui ex patre filioq; procedit.
Priuatio, materia, forma inter ſe reipſa diſtincta ſunt, et cum prima corporea ſubſtantia idem.	Pater, filius, ſpirituſſanctus inter ſe reipſa diſtincta ſunt, & cum prima intellectiua ſubſtantia idem.
Effugiunt humanam intelligentiam ob ſuæ entitatis exiguitatem.	Effugiunt humanã intelligentiam ob entitatis ſuę exuberantiam.

Gradus a primo ente ad non ens, & a nō ente ad summū ens inuicē obuiant in æternitatis temporisq; orizonte, uidelicet anima rationali.

PHILAL. Breuis sanè & concisa oratione tabella, sublimior autem ampliſſimusq; in ea sensus reconditur. Sciunt enim archaitarum rerum indagatores, uniuersi ambitum tali lege & ordine disponi, ut quo gradu altiora & sempiterna uersus hæc infima & caduca descendunt, pari passu scandunt hæc inferiora, petuntq; sublimia, quouisq; eorum utrinq; gradus sibi obuient in æternitatis & temporis orizonte, in quo rationalis anima sita & constituta est, hęc insuper tua tabella in memoriam mihi reuocat, cuiusdam sapientis Iob. xxxviij. elogium dicens, Conuertitur (scilicet terrestris machina) ut lutum signaculi seu sigilli. Terreni namq; corporis moles lutum adumbrat, in quo signata et impressa est Archetypi hominis imago. Nosti autem quando prominentis figuræ sigillum, cæræ uel luto infigitur, tūc quod elatius & prominentius est in sigillo, illud depressius & infimum redditur in luto, Verum huiusce modi mysteria latiorem quam huius compendij ratio postulat, sermonem requirunt. Ideo his modo prętermissis ad reliqua huius symboli examina reuertendum, Nimium equidem me torquet mora, donec singula, quæ ad hanc semitam uitæ spectant persoluero. GOMET. Perge igitur (mi fili) si quid habes quo hæsitas modo profer in medium. PHILAL. Quod modo mihi dubiū occurrit est hoc, quod, (licet compertum iam habeam) cuncta hæc trinitatis mysteria consona esse uero, & ordini rerum, quia tamen cuiuslibet ueri credulitas & cognitio, omnino requiritur ad ueram salutem, Nempe quod trigoni anguli equales sint duobus rectis, indubitata est ueritas, minime tamen opportuna est eius credulitas ad uitam beatam. Idcirco dubito an trinitatis credulitas omnino exigatur ad semitam æternæ salutis. GOMET. Hoc perplane ex ueræ salutis (quam nosti) ratione constat, ostensum namq; a nobis, et per te concessum est, ueram huiusmodi generis salutem in sola contemplatione & adhærentia cum deo creatore cōsistere. PHILAL. Ita censui. GOMET, Duorum autem adhærentia & adunatio nonne conformitatem & similitudinem deposcit? PHILAL. Certum est, simile namq; (ut Ethicorum nono traditur) simili amicum est. GOMET. Ad beatificam ergo adhærentiam conuenit, ut ipse humanus intellectus conformam se reddat intellectui diuino. PHILAL. Sic plane uidetur. GOMET. Conformis autem redditur, quando conceptum suum adaptat his quæ præcipue diuinæ menti insunt. PHILAL. Certum est non aliunde posse assimulari humanam naturam, naturę diuinę, nisi ex conformitate operis intellectus. GOMET. Præcipue autem inest deo trinitas personarum cum reali unitate essentiæ. PHILAL. Ita cognoui

Trinitatem in diuinis credere necessarium est ad salutem.

Et in Iesum Christū filium eius unicum.

GOMET. Vt ergo cōformis sit noster intellectus intellectui diuino, Trinitatis mysteriū in primis cogitare est opus, et ideo huius credulitas omnino requritur ad semitā uitæ æternæ. PHILAL. Sic demum (ut uideo) profitendum erit, sed mox alius, & longe quidem durior se obiicit scopulus, dum statim in symbolo sequitur clausula dicens. Et in Iēsum Christum filium eius unicum dominum nostrum. Duo enim his uerbis exprimuntur, quorum

rum unum nefandum quidem uidetur,& prorſum inopinabile, quòd filius dei,qui & ipſe deus eſt,fuerit Iëſus Chriſtus ex fœmineo utero natus, Ita quod ultima creatura mortalis homo,idem numero factus ſit,cũ creatore ſumma omnium rerum origine. Alterum eſt, dato & admiſſo eundem numero & perſona deum hominemq; exiſtere, cur tamen in Iëſum Chriſtum caducum & mortalem hominem credere liceat,nedum neceſſe ſit ad ſalutem. Quin ſatis ſit credere in deum creatorem uniuerſi, trinum & unum,in quo ſolo poſita eſt omnis humana beatitudo & ſempiterna ſalus. GOMET. Non inconſiderate tuus Stagirita diuinæ ſapientiæ ſecundo loquitur,quum prauæ conſuetudinis labe,etiam manifeſte ueritatis cognitionem impediri & obnubilari affirmat,cuius & in te modo clarum experimentum uideo, qui ſola conſuetudine aduerſante reſpuis ea, quæ in promptu ratio dictat, & Peripateticorum dogmata probant. PHILAL. Quanam ratione, & quo Peripatetico fundamento hæc aſtrui poſſint,uidere uel excogitare nequeo. GOMET. Nonne noſtitutum eſſe in Peripateticorum ſchola,(quemadmodum tertio de anima traditur)eadem lege poſſibilem ſeu materialem intellectum,ſuſcipere formas intelligibiles, qua & corporea materia formas ſuſcipit ſenſibiles. PHILAL. Noui equidem et idipſum eodem loco aperte Cordubenſis explicuit,aſſerendo, nullam inter ſenſibilium formarum materiam,& materiam intelligibilium (id eſt inter primam materiam, & materialem ſeu poſſibilem intellectum)extare diſcrimen,niſi quod corporea materia formas ſuſcipit ſingulares,intellectus uero uniuerſales. Quã de cauſa, materialis, (inquit) intellectus cognoſcitiuus eſt,corporea uero materia minime. GOMET. Corporea autem materia nonne ſic ſuſcipit,& unitur formis ſenſibilium,ut perpetua uiciſſitudine unam amittere,aliamq; ſuſcipere non deſinat, quouſq; perfectiorem in ambitu formarum ſenſibilium (uidelicet intellectiuam hominis formam) pertingat, eiq; adunetur. PHILAL. Id experientia demonſtrat. GOMET. Ergo & materialis intellectus per intelligibiles formas diſcurrere non ceſſat, quouſq; perfectiorem intelligibilium formam applicet,eiq; adunetur, Perfectior autem omnium intelligibilium formarum eſt deus, conſequens igitur erit iuxta naturæ ordinem neceſſe eſſe,ut humanus qui & poſſibilis et materialis intellectus dicitur,unum fiat cum deo glorioſo. PHILAL. Hoc non renuo, cum & Ariſtoteles diuinæ ſapientiæ xij.& crebrius eius interpres Auerrois,doceant uniri humanum intellectum cum illo principio a quo dependet cœlum atq; natura,uerum hanc unionem,quadam copulatione fieri Cordubenſis uoluit,quemadmodum enutrita flamma adnectitur lichno, quę quidem copulatio non eandem rem numero conſtituit, quapropter ex hoc nondum uideo, qua lege fas ſit, idem numero deum hominemq; admittere. GOMET. Si firma conſideratione ſuperpoſito a nobis cardine,mentem reuoluas,uidelicet, quod eodem tramite intellectiua materia (id eſt intellectus humanus) unitur formis intelligibi-

Vt prima corporea materia perſonali unitate iungitur optimo formarum ſenſibilium uidelicet animæ rationalis,ſic prima intellectualis materia, quam poſſibilem intellectum uocant, perſonali unitate iungitur optimæ formarum intelligibiliũ creatori deo.

libus, quo & corporea materia formas ſenſibilium ad nutum reuinces, deum creatorem cum homine idem ſuppoſitum numero, eandemue perſonam ſeu hypoſtaſim exiſtere, tali ſiquidem præcipue modo ipſa corporea materia unitur cum optima forma ſenſibilium anima intellectiua, & unum eundemq; numero, puta Philalethen, conſtituit, quamuis corpus tuum caducum ſit & mortale, anima uero intellectiua immortalis & ſempiterna, Quapropter fateri oportet, ipſam quoq; intellectualem materiam (humanum ſcilicet intellectum) cum optima intelligibilium formarum deo creatore, unam perſonam fieri numero. Quinetiam longe magis conſonat ordini rerum, unio diuinę naturę cum forma humana, quam unio animę cum corpore, eo quod corpus labile eſt & caducum, anima uero ſempiterna. & ideo longiori hæc diſtant interuallo, quam humanus intellectus a mente diuina, quę ambo entia ſunt æterna. In habentibus autem ſymbolum (ut te Stagirita docuit) facilior fit inuicem tranſitus & unio.

PHILAL. Licet præclare & ſolido Peripateticorum fundamento oſtendas humanam naturam in unum numero conflari cum natura diuina, non tamen uidetur hoc conuenire uerbis præfata clauſula contentis, ait enim, Et in Ieſum Chriſtum filium dei unicum: unicus ergo eſt dei filius, qui ſit homo, ex tuo autem trahitur argumento, quemcumq; mortalium, hanc perſonalem cum deo unitatem pertingere poſſe. GOMET. Et quanam parte (dic rogo) ex noſtro diſcurſu hoc eliciendum putas. PHILAL. Cū enim hanc perſonalem humani intellectus cum intellectu diuino unitatem probes, ex eo quod humanus & poſſibilis intellectus eodem modo ſuſcipit omnes formas intelligibiles, quo & prima materia recipit formas ſenſibiles, modus autem iſte ſuſcipiendi intelligibiles formas omnibus & ſingulis hominibus ineſt, concludendum uidetur, quemcumq; hominem poſſe cum deo unum numero euadere. Quapropter non unicus erit dei filius & homo, ſed fere innumeri. GOMETIVS. En rurſum tu noſtrum deſeris cardinem, & idem ut antea ſaxum uoluis. PHILALETES. Quorſum id ais? GOMETIVS. Nonne ſolida & inconcuſſa noſtri ratiocinij baſis erat, eodem modo ſe habere intellectualem materiam ad intelligibilia, quo & corporea materia ad ſenſibilia? PHILAL. Quid ni? GOMET. Sic autem corporea materia reſpicit ſenſibilia, ut licet ſecundum remotam (quę primæ materiæ ineſt) potentiā, quælibet materiæ portio poſſit quamcumq; ſenſibiliū formam ſuſcipere, non tamen poteſt hoc ſecundum potentiam propinquam, quæ ex uaria elementorum commixtione reſultat, puta primæ materię portio, quę ſubeſt formæ hominis, non potuit ſecundum proximam potentiam ſubeſſe formæ bouis, nec formæ bouis ſubſterni potuit proxima materia aſini, pari modo de ſingulis iudicandum. Quemadmodū igitur non quælibet materiæ portio ſecundum propinquam potentiam uniri ualet optime formarum ſenſibilium (intellectui ſcilicet humano) unitate perſonali, ſic utiq; nec quælibet intellectualis materiæ (id eſt humani intellectus) portio ſecundum propinquam potentiam, quæ ex eiuſdem humani intel-

Non poteſt (uidelicet iuxta naturæ ordinē) dari perſonalis humanæ naturæ unio cum natura diuina, niſi in uno tantū in iiuiduo humani generis.

fectus nexu cum tali uel tali corpore & organo reſultat uniri poteſt perſonali unitate cum creatore deo. Multiplex denicꝫ potentiæ ſignificatum te nutare fecit, Aliam ſiquidem remotam potentiam dicimus, quæ poſſibili intellectui, ſeu intellectuali materiꝫ, ſuapte natura ineſt, Aliam ꝓpinquam cenſemus potentiam, quę conuenit intellectui ex aduenticio, et ſecūdū quod tali uel tali organo, taliꝫ fantaſmati annectitur. Primi itaꝫ modi potētia ad omnem intelligibilem formam ſuſcipiendam cuilibet homini ineſt. Secundi aūt modi potentia nō reddit quemlibet aptū ad omnem formam intelligibilē, et ad quamlibet perfectionem capeſſendam humanam. Nemo quippe illum, cui deſunt lumina, idoneum ad differentias & rationes colorꝫ perdiſcendas dicet, Necꝫ ad melodiā, cui ſurdeſcunt aures, necꝫ ad aliquam theoriam, qui litargia aut phreneſi affectus eſt, Quapropter perſonalis humanæ naturæ unitio cū deo, uix quidem uni, nedū ſingulis mortaliū cōtingere poteſt. PHILAL. Eſto nūc q̄d ex ꝓpinqua potentia & uario organorꝫ temperamēto nequeat unuſquiſꝫ perſonalē hanc copulā pertingere, q̄d tamē obſtat, quin plures eam, quemadmodū ęteras uirtutū dotes, adipiſci ualeant. GOMET. Qui filius dei futurus eſt, omnes pfectiones, quarꝫ capax eſt hominū genus, poſſideat oportet: hoc aūt nemo poteſt mortaliū, niſi unus numero tantū. Idcirco & unus dumtaxat dei filius & homo futurus erat. PHILAL. Recte quidē ſyllogizas, ſed duo aſſumis, quorꝫ neutrū cōpertū habeo, q̄d is ſcilicet, qui futurus ſit dei filius omniū humanarꝫ perfectionū aceruū poſſideat neceſſe ſit, & quod harꝫ perfectionū cumulū ſolū uni numero homini, naturę & rerꝫ ordo permiſerit. GOMET. Hominem, qui dei filius futurus ſit, oportere omnium humanarꝫ perfectionū culmē pertingere, plane intelliges, ſi ad cōſtitutū nobis ſcopū mentē dirigas, quo toties admiſimus, eodem tramite uniri intellectualem materiam cum optimo intelligibilium, quo & corporea materia unitur cum optimo ſenſibilium, forma uidelicet humana. Nam quemadmodū corporea materia minime unitur optimę formarꝫ ſenſibilium, q̄uin prius totius ſenſibilis machinę imaginem in ſe actu ſuſcipiat, ſic pari modo intellectualis materia nequaquam iungitur perſonali nexu cū optimo intelligibilium, quin prius omnium intelligibilium actu in ſe formet imaginem. PHILAL. Quo in claram tanti myſterij cognitionē perueniam, locupletiori obſecro ſermone id exprimerę & reſerare ne pigeat. GOMET. Tametſi ex prēcognitis quęſitum hoc plane dijudicari poſſit, tibi tamen ut morem geram, altiori amplioriꝫ examine oſtēdere conabor, dicito ergo & ſedulo mihi reſponde, Nonne hominem ipſum Mycrocoſmum, & paruam eſſe mundi machinam Peripatetici omnes contendunt? PHILALETES. Aperte id octauo de auditu legitur. GOMETIVS. Et quanam ratione id probant? PHILALETES. Ea ratione, quam primo de hiſtorijs animalium Ariſtoteles commemorat. Partes, inquiens, hominis tam ſuperiores quam inferiores ad ſitum orbis uniuerſi ſuperiorem inferioremꝫ diſpoſitæ ſunt, ſimiliter & priores & poſteriores,

Potentia alia remota, alia ꝓpinqua.

Optimi tēperamēti & ſumma perfectione homo non datur ni unus numero tāſum.

Homo qua ratione Mycrocoſmus dicatur.

posteriores, dextræ & sinistræ. Et paulo post ita subiungit. Qm̃ homo ad uniuersi habitū institutus est, Idcirco partem etiã istã (uidelicet caput) habet respondentẽ parti sublimi uniuersi, Hæc Aristo. Quibus nõ obscure intelligimus hominẽ ideo nũcupari mycrocosmũ, quia partes habet proportione, situ & ordine correspondentes partibus uniuersi. GOME. Quum aũt nihil temere agat natura, nec frustra, & q̃d p̃ pauciora (ut nosti) fieri potest, nunquã agat p̃ plura, cur ergo (dic quęso) in tã angustũ et squalidũ hoc ergastulũ ualti & uniuersi corpis simulachrũ tã fabre & miro artificio coẽgit, quin potius intellectiuã hominis formã alicui simpliciori et sublimi ori corpi adsociauerit? PHILAL. Quorsum rogo mi parens hęc interrogas, quæ extra examinis nostri limites nos euagari cõpellunt, tendiculas a te parari cõiecto, non tñ ꝓpterea formidabo, nec fuga mihi cõsulam, qn potius his spiritalibus fęlicibusq; tuis illaqueari reticulis summopere desidero. GOME. Perge mi fili, & ad quæsita, quæ ꝓpositi nostri limites minime (ut existimas) excedũt respõde, nec laqueo te innectere, sed duro et arcto pernicioſi erroris uinculo eruere studeo. PHILAL. Respondeo itaq;, q̃d ratio, qua rerũ opifex hoc humanũ gurgustiolũ ad uniuersi habitũ extruxerit, est ipsa similitudo atq; ꝓportio, quã nexus & unitio intellectiuę hominis formæ cũ materia deposcit, Nã (ut octauo diuinæ sapientię traditur) talẽ oportet esse potentiã materię, qualis est actus formæ, secus enim fieri non posset exacta materię cũ forma unio, Quemadmodũ si cõuexũ uel ꝓminentis figurę corpus, cũ alio corpe ad amussim cõpaginare uelis, opępretiũ erit, ut illud alterũ corpus, cauã teneat figurã, ꝓportione respõdentẽ figuræ corpis cõuexi. Illa igitur (ut reuertamur ad rem) forma, quę pauxillos in se actus & p̃fectiones cõtinet, modiculas p̃uias potentias & dispositiões in suscipiente materia requirit, forma aũt quę plures in se p̃fectiones cõplectitur, plura exigit prępararamenta in materia recipiente: qa igitur intellectiua hominis forma, eminentius omnes in se corporeas perfectiones continet. Ideo & hæc ipsa intellectiua hominis forma, omnes corporeas dispositiones, quæ formæ correspondent, præuias sibi exigit in materia, ꝓpterea quod intellectiua hominis forma, cum sublimior sit quam uniuersa corporea machina, Ediuerso autẽ ipsa materia prima, inferior sit tota machina corporea, non possunt autem iũgi extrema, nisi per media, Mediat autem inter primam materiam & humanum intellectum tota corporea machina, idcirco ad unitionem materiæ primæ cum humano intellectu necesse est, ut materia ipsa, aliquid de singulis corporei orbis partibus (aut illis simile & proportionale) in se adsumat, quo expressa corporeæ machinæ resultat imago, unde sapiens ille Arabs. Algazel hominem uniuersi orbis, Epitome & abbreuiatam asserebat esse mundi tabellam. GOMET. Admittis deniq; corpoream materiam nequaquam uniri optimę formę sensibiliũ, nisi materia ipsa in se suscipiat uniuersi corpei orbis imaginẽ. PHILAL. Intrepide id censeo. GOME. Eodẽ igitur modo intellectualis materia nequaquã iũgitur p̃sonali nexu cũ optimo intellectualiũ, nisi actualẽ

Vnio potentiæ & actus est ueluti unio conuexi corporis cũ corpore cauo.

Homo est uniuersi orbis Epitome, & abbreuiata mundi tabella.

omnium

omniū intelligibiliū in ſe ſculpat imaginem, quam Cordubenſis intellectus in habitu (quem comitatur intellectus adeptus) uocat. PHILAL. Euidentiſſime quidem ex aſſumptis hoc ſequitur. GOME. Omniū aūt intelligibiliū in ſe formare imaginem, nōne ultimam & conſumatā humani generis perfectionem cenſes? PHILAL. Cenſendū ſane, ultimā enim hominis fęlicitatē conſiſtere in habere omnes practicos & ſpeculatiuos habitus, Auerrois de anima tertio, lōga diſputationis ſerie autumat. GOME. Manifeſte ergo hīc ſequitur oportere eum, qui perſonali unione optimo intelligibiliū copulari debeat, & in dei filiū euaſurus ſit, omnē humanę capacitatis perfectionē poſſidere: hoc autem (ut in ſequentibus audies) quū non niſi uni mortaliū obtingere poſſit, nō potuit niſi unus numero dari Deus & homo, ſi denicꝙ mentem adhibes, & recta rationis trutina rem perpendas, facile intelliges, hæc non eſſe Rhetorū & Oratorū lenocinia, nudaue exempla (ut quorūdam mycrologorum ſententia iudicat, & procax lingua effutit) ſed ſolida & inconcuſſa eſſe ratiocinia, florido naturę & Peripateticorū campo, decerpta, quibus cognitis, iam id, quod pauloante tibi abſurdum & inopinabile apparuit, modo clara intelligentia & firma credulitate haud dubie ſuſcipies. PHILAL. Recte (cœleſtis animi uir) enunctias, & iamiā (ſuperno ſpiritu duce) patent mihi ſecretorum aditus, ut conſpicua nunc cognitione & intelligentia hæc deprehendere uideor, Certa namꝙ & inuiolabilis argumentandi lex eſt, qua per conſpectam imaginē ipſum conijcimus exēplar, ut pōculū, quem in ſpeculo cernimus, uerū qui foris eſt oculū deprendimus, ſic et ex naribus in ſpeculo, nares ab extra, ex ore os, ꝓſpicimus, Cū igitur ſenſibiles formæ (ut diuinæ ſapientiæ xij. teſtatur Auerrois) ſortitę ſint eſſe in abſtractis, abſtractorū autem habitudo ad ſenſibilia, uera eſt habitudo atꝙ relatio exemplaris ad tenuem, quę inde pēdet imaginem. Ideo cōſtans & certus eſt argumentandi modus ex habitudine et proportione, qua ſeſe reſpiciunt ſenſibilia ad habitudinem & ꝓportionem, qua ſe (ſuo modo) reſpectāt intellectualia. Quapropter cum operępretiū ſit ad unitatem perſonalem, materia cū optima formarū ſenſibiliū, ut ipſa materia omniū ſenſibiliū formas et perfectiones in ſe recipiat, reuincitur intellectualiū materiā (humanū ſcilicet intellectū) exigere ad hoc, quod perſonali unitate adſocietur optimo intelligibiliū, ut omniū (ſuo modo) intelligibiliū formas & perfectiones in ſe habeat, unde reſultat & prouenit tota humana fęlicitas. Hæc ſunt, quæ hactenus tua me docuit ſapientia, Supereſt modo ut ſecundum declares aſſumptum, uidelicet quod unus tantum numero poſſit humanæ perfectionis cumulum pertingere. GOMET. Id rerum inductio, & hominum ad inuicem ordo & habitudo demonſtrat, ſi enim ſingulos artium, ſcientiarumꝙ cultores, & morum honeſtate prędotos conſideras, nuſquam duos, nedum plures eiuſdem induſtriæ & uirtutis pares inuenies, quin alius alium in aliquo antecellat, Si duos, puta, muſicæ artis indagatores attendas, Alter præcellit theoriæ, alter praxi: uni uox canora, alteri rauca: is ſolus harmoniacus, Rithmicus alter: is cythara pulſat,

Ex uniuerſo genere hominum, unum tantum numero perfectionum humanarū cumulū comprehendere poteſt.

pulſat, ille lyrā, is agilis manu, ſegnis alter, denicꝫ ut nūcꝫ duo mortaliū eodem corporis habitu & temperamento adamuſſim conuenire inuenies, ſic fieri non poteſt, ut eiuſdem peritię ęquali ſorte participent, q̄d ſingulis quidem in rebus uideri et experiri licet. Vnde et Stagirita diuinę ſapientiæ decimo aſſerit, In q̄libet genere rerū dari unū maximū & omniū aliorū ſummū, Si igitur in quauis una hominis perfectione non permiſit rerum ordo illius perfectionis ſummū, niſi uni numero tantū, lōge quidem rationabilius eſt omnium humanarū perfectionum culmē donari nō poſſe niſi uni: Accedit ad hoc hominum adinuicem habitudo & ordo, qui (Ariſto. Ethicorum nono teſte) talis in humana ſocietate ſeruandus eſt, qualē inter uniuſcuiuſcꝫ indiuidui membra & organa naturā ſeruare nouimus. In q̄uis enim uno hominem experimur, quod non ſtatim & abſcꝫ medio omnia membra intellectiua poteſtate participent, ſed quod ordine q̄dam unū alteri ſubminiſtret, quouſcꝫ cogitatiuam uirtutem pertingant, quę inter oēs humani corporis uires, principatum obtinet, & quæ ſola intellectiuę poteſtati nullo medio inhæret, necꝫ geminata et paria (ſi aduertis) mēbra, parem uim & perfectionis gradū tenent. Pedes enim (ut primo de motibus animaliū traditur) licet geminos natura dederit, nō tamē eiuſdem ordinis, deſtinauit enim ſiniſtrum in adminiculum dextri, ſic et de manibus, oculis auribus, naribuſcꝫ & de ſingulis paribus membris iudicandum: unica ergo tantum eſt corporea uirtus, quæ in uniuerſo membrorum et uirtutum ordine obtinet ſummum, & ea intercedente, omnes reliqui corporis artus particeps fiunt intellectus, Si igitur ſingulas rerum formas perquiras, ſi & mutuum indiuiduorum in hominum genere ordinem attendas, plane cognoſces, omnia huic adſtipulari ſententiæ, Vnicum ſcilicet dari in uniuerſo mortaliū genere, qui omnes humanarū uirtutum & perfectionū dotes in ſe accumulet: Quapropter & is qui filius dei & homo futurus erat (in quo omnem humanam perfectionem coaceruari neceſſe eſt) unus tantum numero dari potuit. PHILALE. Quamuis ſapienter & Peripatetico more, propoſitum negotium deducas, reluctari tamen uidetur, id quod pro totius examinis noſtri baſi & firmamento accepimus, hoc dico firmamentum, quo eo modo unitur intellectualis materia (id eſt humanus intellectus) optimæ formarum intelligibilium Deo, quo & corporea materia iungitur optimæ formarum ſenſibilium, intellectui humano: cum ergo non in uno tantum, ſed in ſingulis hominum indiuiduis perſonalem materiæ, cum optima ſenſibilium forma copulam fieri cernamus, ſequeretur pari pacto, in ſingulis hominibus fieri perſonalem unionem intellectualis materiæ, cum optimo intelligibilium Deo, & non unus tantum, ſed plures darentur, qui eſſent Deus & homo. GOMETIVS Si accuratius humanæ naturæ conditionem tecum cogites, inuenies et ipſam corpoream materiam, non uere neqꝫ exacte copulari humano intellectui, niſi in uno duntaxat numero, Eo quod quamlibet formam tunc perfecte ſubiecto ſuo uniri cenſemus, quando cōuictum ſeu ſuppoſitum illius formæ, opus ſuum perfecte

Non copulatur exacte prima materia, humano intellectui niſi in uno indiuiduo tantum.

perfecte exercere uidemus,unum quodq; enim (ut quarto Metheororū, & de partibus animalium primo tuus Stagirita docuit) tale esse dicimus, ex eo quod proprium suum opus peragat,proprium autem humani intellectus opus (ut tertio de anima traditur) est omnia fieri,id est omnia contemplari intelligibilia,& propterea carens intelligentia ueri,& insipiens æquiuoca appellatiõe(ut in exordio de physico auditu Cordubẽsi placuit) homo nuncupandus est. Sic & Aristo. Politicorum primo,sine prudentia hominem,bestia deteriorem esse censuit: cum igitur perfectissima humani intellectus operatio (uidelicet omniũ intelligibilium cõtemplatio) non nisi in uno tantum indiuiduo(ut demonstratum est) reperiri possit, Consequens erit,non dari exactam corporeæ materiæ unionem,cum optima forma sensibilium, nisi in uno numero tantum, alij uero quotquot sunt mortalium,ad illum unum ordinantur, eumq; respectant, quemadmodum exercitus multitudo ad suum ordinatur ducem,sicut uniuersi humani corporis uires,ad unicam cogitatiuam respiciunt,eique promptum præstant obsequium. PHILALETES. Viriliter sane & strenue spiritalibus me superas & uincis telis,quibus (nisi me ultro & temere fallere atq; in præceps dare uelim)nulla in parte reluctari,neq; eorum uim effugere ualeo. Quare tecum intrepide sentiam,& singula tua documenta firma intelligentia & fide acceptem necesse est,si tamen duo,quæ nõnnihil habere uidentur questionis solita benignitate et prudentia explanaueris.Primum cur nam credere in hominem Deum omnino exigat semita ęternę salutis. Secundum, quænam ratio dictet,talem hominem simul & deum extitisse Iesum Christum de Maria uirgine natum. GOMETIVS. Non erit laborioſum hæc tibi clara & perspecta reddere,si eam quam a primordio explicauimus, humanæ salutis rationem inspexeris,quam nihil aliud esse aſseruimus,nisi adhærentiam cum creatore deo,quod idem est, ac si diceremus uastæ latitudinis rerum extrema conflari in unum, omnium siquidem rerum primum principium est Deus, ultimumq; omnium extremũ est homo,extrema autem re ipsa disiuncta iungi nequeunt, nisi per medium.Nonne et tu hęc nobiscum probas? PHILALETES. Quis negauerit? GOMETIVS. Medium uero est,quod particeps est extremorum? PHILAL. Constat. GOMETIVS. Medium ergo inter Deum & hominem est aliquid unum,quod Deus simul & homo existit. PHILALETES. Sic censendum uidetur. GOMETIVS. Ergo si quis Deo copulari desiderat,ipsi medio seu mediatori,qui deus & homo est inhæret oportet. Credere autem (ut antea exposuimus) nihil aliud designat,nisi mentem conuertere, applicare,& stabilire in re in quam creditur. Cum igitur Iesus Mariæ uirginis filius eiuscemodi mediũ sit,fueritq;,in hunc ipsum ergo credere necesse erit ad salutem. PHILAL. Quamuis recte syllogizare & conclusionẽ hãc deducere uidearis,dubiũ tamen mihi surrepit,si extrema .s. deus & hominũ quis,nequeãt iungi,nisi p mediũ. Iesus autem Mariæ uirginis filius, uerus erat homo,

Qua ratione credere necesse sit ad salutem in hominem, qui & deus est.

erat homo,ergo non potuit is cum Deo creatore effici unus,niſi per medium,quod uere deus eſſet ſimul & homo, atq; rurſum ,& de hoc ipſo medio, eadem erit ambiguitas. Aut igitur in infinitū abibit quæſtio,aut coges demum hominem admittere,qui abſq; ullo medio perſonali copula inhæreat deo glorioſo,& ſic iungerentur ſine medio extrema,unde & beatifica hominis copula cū deo ſimiliter abſq; mediatore dari poſſet. GOME. Si præiacta & per te admiſſa teneas fundamenta,nihil erit,quo in hoc examine dubites,oſtenſum namq; eſt,oportere eū, qui idem numero euaſurus ſit cum deo,rerum omnium intelligibilia apprehendere,hoc eſt, omnium rerum rationibus et intelligibilibus formis mētem applicare: qui autē omnibus intelligibilibus mentem applicat, is utiq; nō abſq; aliquo medio, quinimmo per uniuerſum rerum ambitum,qui mediat inter ipſum & deum,deo adhæret. Idcirco non iunguntur in Chriſto mediatore (ut tu heſitas) extrema abſq; medio,quandoquidem totius latitudinis rerum media,ipſe intelligendo complectitur. PHILAL. Ex hoc aliud,& longe quidem magis repugnans admittendum uidetur, uidelicet minime oportunum eſſe ad ſalutem, credere in Ieſum Chriſtum, uel quemuis mediatorem,ſi ex ſola omnium intelligibiliū appræhenſione ſalutem aſſequimur. GOMET. Et nos utiq; mi Philalethes fatemur, ſi quotquot ſunt hominū capaces eſſent omnium intelligibilium minime opus fore mediatore. Verum quia hoc uni tantum (ut antea diſcuſſimus) inuariabilis rerum ordo permiſit, cæteri uero mortalium,cum minus apti ſint, totius mycrocoſmi in ſe formare imaginem, operepretium eſt ut illi qui deo copulari deſiderant,uni mycrocoſmo mediatori,in quo iungantur extrema, Deus & homo, inhæreant. PHILAL. Satis quidem ex his perſuaſum iam habeo, fieri non poſſe,quin is,qui ſemitam petit æternę ſalutis,in mediatorem deum hominemq; ſtabili fide mentem dirigat,& ibi ſiſtat,figatq; intuitum, Verum talem extitiſſe Ieſum,uirginis Mariæ filium,nondum ex his mihi innotuit. GOMET. Id ex eo conſtat,quod omnia,quæ mediatoris conditio requirit,in ſolo Chriſto Ieſu completa eſſe cognouimus, ſummum ſcilicet corporis temperamentum,ſumma uitæ morumq; mundities, ſumma ſapientia,ſumma poteſtas operandi miracula,temporis inſuper (ut in ſequentibus audies) congruentia,& quod omnibus maius,& nobis præſto eſt,quod ipſa æternæ ſalutis ſemita,quæ diu antea fuerat prænunctiata,nunc reuelata & patefacta nobis ſit per eundem Mariæ uirginis filium Chriſtum Ieſum. PHILAL. Duo,cœleſtis animi uir, hic latius aperire & enucleare oportet. Primum,quod ea quæ modo commemoraſti, chariſmata mediatoris conditio depoſcat. Secundum,hæc omnia completa fuiſſe in Chriſto Ieſu. GOME. Quod ſummum corporis temperamentum, ſumma uitæ & morum mundities,& ſapientiæ culmen ſoli mediatori,qui Deus & homo eſt,attribuenda ſint,iam longo examine et diſcurſu paulo ante patefecimus,Quod autem eidem mediatori ſumma debeatur poteſtas operandi miracula,ex concomitantia prædictorum plane deprahenditur.

Ieſum Chriſtum mediatorem,deum hominemq; extitiſſe plane oſtenditur.

ditur. Hominis enim (qui & deus eſt) poteſtas omnium creaturarum potentiam, longe & abſq; limite antecellit, et quemadmodum organicum mycrocoſmi corpus, ad omnem cogitatiuæ uirtutis nutum præſtat obſequium, ſic & macrocoſmi partes & membra, imperio obediunt mediatoris, qui in uniuerſo rerꝫ ambitu, eundem (ut antea oſtendimus) obtinet proportionis ſimilitudinem, quam in humana compagine cogitatiua tenet uirtus. Quod autem & certam temporis congruentiam, mediatoris preſentiam, requirat, ipſe rerum ordo & perpetua cauſarum ſeries declarat. Nam quemadmodum mycrocoſmum, ſic & macrocoſmum, certa uiciſſitudine temporum, ætatumq; periodis (maxime uero ſubluna rem machinam) circumagi & uariari conſpicimus, quod & Ariſtoteles Metheororum primo, de ſingulis terrẽi orbis partibus plane affirmat. Quum igitur perfectior mycrocoſmi operatio, perfectiorem ætatis periodum poſtulat. Perfectior autem ætas eſt ea, quam Phiſici cõſiſtentiæ ętatem uocant, erit utiq; & macrocoſmi perfectior operatio atq; effectus perfectiori conſiſtentiæ mundi ætati accommodanda, cumq; mycrocoſmi perfectior ætas ſit illa, quæ totius humanæ uitæ periodi medium tenet. Tenent autem mediũ (iuxta naturę curſũ) anni a triceſimo ſexto aduſq; quadrageſimũ. Eo quod ſeptuaginta, rariuſcule uero octuaginta annorũ circuitus mortalium uitæ, ſpatium metiri ſolet, & quia hæc conſiſtentiæ ætas, perfectior, & maioris roboris exiſtit, ideo Ariſtoteles politicorũ ſeptimo, optimum & diuinum (ut uocat) propagandi opus huic ætati in primis conuenire cenſuit. Si denicq; priſcis pariter & iunioribus Aſtrorũ contemplatoribus, & nonnullis Peripateticorum ſapientibus præſtanda eſt fides, qui octaui orbis circuitum in ſepties ſeptem milibus annorũ peragi ſtatuunt Si & diuinis oraculis danda eſt autoritas, quæ idipſum per ſeptem dies, per ſeptem dierum hebdomadas ſeptemq; annos per ſeptem quoq; annorum hebdomodas in myſterio denunctiant, ubi ſingulis mycrocoſmi annis centum in macrocoſmo reſpondent, Erit utiq; perfectior, & conſiſtentiæ mundi ætas, a ſublunarium rerum primordio (iuxta ſacrę hiſtorię traditionem) ſexcenteſimus, ultra tertium milleſimũ annus, aduſq; quarti milleſimi complementum, Quę quidem ætas, cũ ſit perfectior ætatũ mundi, conſentaneũ eſt, ætatem illam preſtantiorẽ huius terrẽi orbis produxiſſe effectũ: cum igitur nullus in orbe dari poſſit effectus, qui preſtantior ſit ipſo deo homineq; mediatore, reuincitur, illam conſiſtentię ętatem maximę Mediatoris naſcentię accommodari. Quod autem huic ipſi mediatori precipue conueniat, communem prębere ſemitam æternę ſalutis, conſtat ex eo, quod mediatorem (ut ante diſcuſſimus) uniuerſi generis humani principatũ & ſummũ obtinere oportet. Ad cuiuſq; autem generis ſuminũ ſpectat, ut in totam ſub ſe contentã rerũ latitudinem influat, uirtutemq; transfundat. Quemadmodũ ſolius cogitatiuæ uirtutis munus eſt rationales & elicitos actus in uniuerſum organicum corpus diſtribuere. Tria denicq; ſoli mediatori attribuenda hic collige,

Tria quę ſo li mediato= ri conueni= unt reperta ſũt in Chri= ſto Ieſu.

quorum primum internas animę & corporis ſumma perfectione dotes concernit. Secundum temporis indicat conſonantiam. Tertium promiſſi & exoptati effectus magnitudinem reſpectat. Cum igitur exploratum & compertum ſit, hæc omnia accumulatim reperta fuiſſe in Chriſto Ieſu, firmiſſime & abſq; ulla hæſitatione hunc uerum fuiſſe ſaluatorem diiudicamus. PHILAL. Quamuis certior iam factus ſim, tria hæc munera uni tantum mediatori competere, Veruntamen hæc ipſa conſumata eſſe in Chriſto Ieſu Mariæ filio, neſcio qua argumentandi lege conſtare poſſit. GOMET. Peripateticorum polliceris dogmata, & tritum illorum modo negligis fundamentum. PHILAL. Quorſum iſtud? GOMET. Quod ea quæ ſunt rerum ſingularium (ut primo de phiſico auditu traditur) nulla ratione uel diſcurſu, ſed ſenſu & fide tantum, & aliorum teſtimonio, ut Socratem & platonem extitiſſe ſapientes, tali parente, loco & tempore, natos deprehendimus. PHILAL. Quis ergo docendi modus, quo quęſitum iſtud, unde tota ſymboli tui pendet moles, ſolui queat? GOMETIVS. Id non aliunde innoteſcere potuit, quam ueridica, uulgataq; autoritate & fama eorum qui palpatu, & occulata fide geſtorum certitudinem cognouere, ſi enim priſcorum ſapientiſſimorumq; ſcripta & monumenta reuoluas, inuenies eos conformem, eandemq; de Chriſto Ieſu hiſtoriam texere, & eum tali tempore, loco & ſtemmate natum teſtari, eundemq; ſummis laudibus & præconiis decantare, quemadmodum locupletius ſequenti uolumine ſuperum nutu explicabimus. Vnum tamen inter reliqua datur inuiolabile huius certitudinis argumentum, longo latoq; experimento deſumptum, Videlicet, quod modo uniuerſa ferme hominum multitudo, qui naturæ & rationis lege gubernantur (ſpreto & reiecto execrando idolorum cultu) unicum deum rerum omnium conditorem colat atq; adoret. Et licet plurimi (per omne æuum) ſapientum & Prophætarum, præpotentumq; Regum nihil potius optauerint, nec in re aliqua tantum ſtudij & operis impenderint, quam ut a nefando & flagitioſiſſimo idolorum cultu ad unius dei creatoris obſeruantiam inducerent genus hominum, nullus tamen quantumlibet uitæ ſanctimonia, diuina & humana ſapientia, atq; potentiæ magnitudine antecellens id uoti, ne in propria quidē & modica gente peragere & explere potuit. Hoc enim nequiuit ſapiens & dilectus deo Abrahamus, nec ſacra eius propago Iſaac, neq; ille cœleſtis & uir integer Iacob, hoc non potuit omnium Prophætarum princeps & deo plenus Moſes, qui nouit uirgulæ ictu maris profundum ſcindere, ingentem Pharaonis cohortem & turmam ſali fluctibus demergere. De petra diuentium aquarum trahere ſcaturiginem. Qui quadraginta annorum ſpatio plus ſexcentis milibus uirorum cœleſti pabulo mannæ, in deſerti ſolitudine aluit. Idipſum efficere neſciuit magnus Iſraëlitarum dux Ioſue, qui rapaciſſimi Iordanis fluctus ſiſtens, uaſtæ multitudinis exercitum ſicco pede traduxit, qui ſyderibus Atherę imperauit ut ſtarent,

buccinæ

buccinæ clangoribus alta & inexpugnabilia ſubruit mænia Iericho. Sileo potentem Regem Dauidem, nūctium humanæ ſalutis. Diuinæ ſapientiæ oraculum Solomonem. Sancti ſpiritus delubrum Heliam, qui nubibus mandabat ut pluerent, flammis ut deuorarent holocauſta. Spiritui ut mortuum reſtitueret uitæ. Qualia & ille alter, cœleſte in terris numen Heliſeus quoq; agere non ignorauit. Si denicq; (ne in longius tendat oratio) ſingula & clariſſima quidem primæue ſynagogæ lumina, & eorum ſcripta ac geſta conſyderes, palam inuenies illos nec propriam et contribulem Iudęorum proſapiam, nedum ingentem & effrenem barbarorum aliarumq; exterarum gentium multitudinem ab ipſo nephario & exitiali idolorum cultu reuocare & auertere potuiſſe. Necid mirum quidem, quum uniuerſum mortalium genus, ad deum creatorem, & eius cultum atq; obſequium conuertere, per nullam creaturarum potentiam & uirtutem (ut antea tibi innotuit) peragi & expleri queat. Cum igitur ſalutare hoc opus ex ſola Ieſu Chriſti præſentia, doctrina & paſſione, effectum & conſumatum, longa lataq; experientia appareat, ſolido argumento concludimus, Ieſum Mariæ filium, uerum extitiſſe humanæ creaturæ mediatorem, deum, hominemq;. Quapropter & in eundem credere, ſpectat ad ueram ſemitam æternæ ſalutis. Hæc ſingula (mi Philalethes) ſi tecum ſolita mentis puritate conſyderas, in hoc ſcrutinio nihil incerti atq; ambigui tibi relinquetur. PHILAL. Nemo profecto adeo hebes, & rationis expers, qui dum his tuis, ſuperno lumine illuſtratis documentis mentem adhibet, quin ea omnia firma intelligentia & ſolida fide amplexurus ſit. Age itaq; mi parens & quod reliquum eſt abſoluere et explanare libeat. GOMETIVS. Si animi uires colligas & ſolita ingenij ſolertia, cætera in ſymbolo contenta perpendas, facile ad omnium eorum, quæ deinceps ponuntur, certitudinem peruenire poteris, imprimis uero occurrit clauſula dicens. Qui cōceptus eſt de ſpiritu ſancto. Natus ex Maria uirgine. Huius enim ueritas, palam ex præhabitis fundamentis ſequitur, cum enim oportunum ſit iuxta naturæ legem, ut ille quem mundi opifex, ſumma humani generis perfectione condonat, optimam craſim & corporis temperamentum, obtineat, optimum uero temperamentum ex ſanguineo prodire ſemine, rerum & naturæ ordo non patitur, ideo nec Chriſtus mediator, tali ſemine produci & naſci potuit, eo quod ſummum hominis temperamentum, ſummam genitoris, progenitorumq; temperiem, & ſummam quandam ſyderum concinnitatem requirit. Id autem plures uidelicet ſummi eſſe temperamenti inuiolabili rerum ordini longe repugnat, quia in ſyderum concentu, & in complexionum latitudine (quemadmodum in quouis genere rerum) unum tantum (ut noſti) datur ſummum optimumq;, non plura. Rurſus ſi genitorem progenitoremq; optimi & ſummi fuiſſe temperamenti contendas, cogeris eadem lege retro progredi, & omnibus progenitoribus uſq; ad ſeculi primordia, ſummum adſcribere temperamentum, hoc autem cum fieri nequeat, re-

Qui conceptus eſt de ſpiritu ſancto, natus ex Maria uirgine. Rerū ordo monſtrat Chriſtum mediatorē debere naſci de uirgine.

uincitur nullam hominis propaginem ex ſanguineo ſemine optimam craſim & temperiem ſortiri poſſe. PHILAL. Sperabam equidem me breui oratione & paruo negotio reliqua ſymboli apprehendere & penetrare poſſe myſteria, ſed crebra offendicula, & ſcopulorum frequentia me remorari, pedemq; ſæpiuſcule ſiſtere compellunt. Duo namq; ex dictis me modo offendunt. Primum, qua nam lege fateri oporteat, primum in terreſtri hoc orbe dari parentem, & non potius (ut plurimi Peripateticorum ſentiunt) dicere, in infinitum abire primogenitorum ordinem. Secundum, cum cognitum & admiſſum fuerit, dari protoplaſten, quid nam obſtabat, quin ille ipſe, ſummam humanæ compagionis ſortiri temperiem, & mediatoris munere fungi potuiſſe. GOMET. Oportere primum dari parentem, cognouimus ex eo, quod uniuerſum hunc terrenorum orbem, temporis ſubiiſſe primordia neceſſum ſit. Vnde & primi parentis idem erat plaſmationis modus. Decimo problematum Ariſtotelis teſte, quo & nunc quottidiano experimento, mures, talpas, muſculos, & id genus animalium ex putredine quadam gigni cernimus. Nam & ille, Arabum ſapientum princeps Auicenna decimoquinto Animalium, Validis argumentis demonſtrat, nihil prohibere ex certa elementorū mixtione, nō minus humanā, quam aliorū animantiū exoriri & produci formā, Videlicet, quando aquarū illuuies, aut caumatū ardore, animantia & terræ naſcentia deuaſtantur & pereunt. Nec Cordubenſis octauo de auditu, argutiæ contra hanc aſſertionem militant, qui duo inconuenientia, hanc ſequi poſitionem exiſtimat. Primum, quod ſequeretur, quamlibet formam ex quauis fieri materia, uel quodlibet ex quolibet. Secundum, quod fieri contingeret humanam ſpeciem, non natura, ſed caſu. Aſt neutrum (ſi conſyderas) admittendum. Primum quidem, quia non admittimus nos materiam, quæ ex putredine uel quauis elementorum congeſtione paratur, aliam eſſe ſpeciem ab ea quæ ex prolifico ſemine oritur, quia nec harum materiarum formas, diuerſas eſſe ſpecie probauimus. Eiuſdem enim ſpecificæ rationis eſt forma muris geniti ex putredine, cum forma muris, qui ex maris & fœminæ copula gignitur, quia eandem operationem, eandemq; figuram hos habere conſpicimus, quorum autem eadem eſt operatio, illorum utiq; eadem eſt natura & forma, Cum non aliunde formarum cognoſcamus diſcrimina, niſi ex uarietate operis & motus. Eaſdem autem utrūq; genus murium tenere operationes, clara experientia demonſtrat. Qui autem Ariſtotelis (primo de generatione animalium) ſententiam in contrarium noſtræ poſitionis adducunt, dicentem, Alterum eſſe genus eorum, quæ putredine naſcuntur, ab illis, quæ prolifico ſemine propagantur, hi minus Ariſtotelis mentem dijudicant. Ibi namq; (ſi aduertis) ſermo eſt ſolum de animantibus inſectis, quorum natura eſt, ut oriantur ex putredine, & talia non generant aliquid ſibi uniuocum, nec marem & fœminam. Noſter autem

Non repugnat naturæ, neq; rerum ordini hominem quēadmodum & alia q̄ plura animantia de putredine naſci.

Refellūtur Auerrois in contrarium argumēta.

autem hic ſermo eſt de his,quorum ortus natura quidem eſt ex propaga-
tionis ſemine,talia enim,cum aliquando ex quadam elementorū mixtio-
ne,uel putredine ędantur,tum Ariſtoteles minime uidetur renuere, quin-
mas & fęmina ,atq; uniuocum cum propagatis animal ędi & gigni poſſit,
fateor tamen (prout rei experientia oſtendit) ea quæ naſcuntur ex pu-
tredine,minus eſſe perfecta in ſuis operibus, quam ſui generis animantia,
quæ ex maris & fęminæ copula generantur, cuius imperfectionis ratio,
eſt putridæ materiæ, & loci ineptitudo, non tamen propterea tollitur,
quin eiuſdem ſint ſpeciei uniuocæ. Tritum enim in Peripateticorū ſcho-
la eſt,magis & minus, non uariare ſpeciem,quemadmodum homo qui
ex uero mutilus & mancus corpore & ſpiritu prodit, non tamen pro-
pterea tollitur,quin uniuoce dicatur homo. Stante igitur & ſtabilita ſen-
tentia, quod perfectorum animalium, quæ ex putredine generantur,
forma, eadem ſit ſpecie, cum eiuſdem generis animalium forma, quæ
per propagationē producuntur,conſequens erit,quod & ex proxima eo-
rundem materia, quoq; eadem ſpecie exiſtat,Ideo huius ſententiæ aſſer-
tor minime cogetur annuere, quodlibet fieri ex quolibet, ut Corduben-
ſis contendit. Mōſtrat præterea horum formam eandem eſſe ſpecie i-
dentitas cauſa efficientis. Vera ſiquidem generalis efficiens cauſa eſt,non
ipſum indiuiduū hoc. Id enim (ut ſecundo de generatione,xxv.iiij.& de
auditu octauo Cordubenſis ipſe probat) non gerit uices agentis, ſed in-
ſtrumenti & organi tantum, Veram autem agentem cauſam affirmat
calorem eſſe cœleſtem,qui (ut diuinæ ſapientiæ ſeptimo xxxi. Idem lo-
quitur) menſuratur arte quadam diuina. Cum igitur calor ille cœleſtis,
qui uera eſt cauſa generationis animantium,conſimilis & idem ſit ſpecie,
nihil prohibet,quin is,inſtrumento alio ab hoc indiuiduo homine, eun-
dem, licet non adeo exacte producat effectum, Artis enim peritia, non
uni præciſe obſtringitur iuſtrumento, tametſi commodius & aptius o-
peretur uno mediante quam alio. Ex quibus etiam facile colligere po-
teris, quod ſecundum ab Auerroi commemoratum inconueniens, mi-
nime ad hanc noſtram poſitionem ſequatur. Videlicet, quod hominis
ſpecies fieret caſu & euentu, non enim, quodcumq; in pauioribus ori-
tur,id fortuitu euenire dicimus, puta, iungi cum Saturno Martem, Io-
uemq; in uno zodiaci puncto,raro quidem & longo poſt tempore con-
tingit, Nemo tamen, hoc caſu euenire dicet, cum nihil aduentitium &
fortuitum ſuperis contingere poſſit. Sed caſu (ut ſecundo de auditu
traditur) aliquid fieri aſſerimus non quod ſimpliciter in paucioribus e-
uenit,ſed quod a tali uel tali cauſa in paucioribus procedit, ut auri inuen-
tio ab illiſione pedum. Sic & hominis naſcentia abſq; maris & fęminæ
copula,licet raro (& forſitan in uniuerſo huius orbis periodo niſi ſemel
tantum) contingat. Id tamen minime aduentitio & caſui adſcribendum,
ſtabilis enim & perpetuus rerum ordo requirit,ut quoties cœleſtia ſyde-
ra (ſummi conditoris nutu) certo amicitiæ (ut ita dicam) uultu &

Non omne quod raro fit,id fortuitu & caſu fieri dicimus.

concinnitate ſeſe reſpiciunt, tunc ſydera illa in rerum ſubcœleſtium indigeſtã molẽ. & chaos, benenoli uultus ſui radios dimittũt, quibus cõfuſa illa rerũ ſemina ita cõciliant, ut hoĩs denicp̃, quẽadmodũ alioꝝ animãtiũ et terrę naſcentiũ forma reſultet. Et cp̃uis illius, pthoplaſtæ formator & opifex ſit ipſe uniuerſoꝝ conditor deus, cœleſtia tamen ſydera materiam excolunt & temperant, eamcp̃ ſuſcipiendis & educendis formis adaptant, quemadmodum in mortuorum reſurrectione (ut aliquando tu latius intelliges) Angelos Cadauerum puluerem collectuors & exinde ad Archangeli uocem & magnæ tubæ ſonum mortuos ſurrecturos, ſapientum theologorum traditio affirmat. Cuius typum & cęlebre myſterium nouerunt uere allegorizantes, et orthodoxæ fidei cultores Cabalei, quemadmodum quarto huius operis uolumine latius (uolente Chriſto) intelligere poteris. Ex his denicp̃ omnibus conclude, quod ſi quodam elementorum temperamento, abſcp̃ maris & fœminæ copula hominem naſci contingat, non propterea turbari, quin potius perfici, rerum ordinem, & ſeruari decorem uniuerſi. Nam rude & torpidum aquæ & terræ elementum, multoties ſponte ſua contra propriæ naturæ aptitudinem, ſurſum mouetur, & uſcp̃ ad æthera pergit, ſic & Aer & ignis frequentius ruunt deorſum, petuntcp̃ abyſſum, non alia de cauſa, niſi ut caueant uacui conſortium, & locum euitent corpore carentem. Quanto ergo decentius & rationabilus eſt, credere, quod ſublimia illa & ſpiritalia cœleſtia corpora (quorum perpetua prouidentia & cura eſt, ut perennem mundi ſeruent decorem, & Archetypi orbis depromant hanc caducam in terris imaginem) prouideant & ſumma ope nitantur, ne decor & ornatus uniuerſi hoc nobili & diuino hominum genere careat, & ideo certum elementorum temperamentum, quod aptum natum & capax ſit humanæ mentis de limo terræ compaginari conentur. Hæc ſi tu cogites & tecum examines, facile intelliges rerum ordinem & decorem exigere, ut prothoplaſtes primuſue detur homo, certo elementorum temperie, abſcp̃ ſeminali propagatione natus, de quo tu pauloante imprimis dubitaſti. Modo igitur ad ſecundam quæſtionem, qua primum parentem arbitraris optimã ſortitum fuiſſe temperiem, & ideo mediatoris fungi potuiſſe munere, explanandam aggredior. Noſti enim ex dictis, quomodo parens ille primeuus, non niſi terreſtri quadam congeſtione ſit ortus. Terrena autem congeſtio, licet humanæ complexionis limitem pertingat, non tamen poteſt optimum ſortiri temperamentum, & hoc quidem non ex imbecillitate agentis, ſed (ut antea retulimus) ex ineptitudine & corpore recipientis, Idipſum in ſuper omnium aliarum rerum generabilium conditio & naturæ ordo oſtendit, omne enim (ut decimo Problematũ Ariſtoteli placuit) q̃dex nõ eſſe, ad eſſe, ſeu ex nõ ordne, in ordinem redigitur, Primo (quaſi infantiæ ætate) obtuſum & mancum producitur, ac deinceps ſenſim per ætates graditur & proficit, quouſcp̃ perfectionis

Sicut natura uacuum non patitur ſic neq̃ humani carẽtiam generis rerũ ordo permittit.

Quia non potuit prothoplaſtes optimũ ſortiri temperamentum. Ideo mediatorem pręſtare non ualuit.

fectionis ſuæ faſtigium ſtatumque pertingat, unde rurſus declinat tendens in occaſum & corruptionem. Quum igitur terreſtrem hunc orbem ob cœli quondam ſtatum a non eſſe, ad eſſe, a confuſo in diſtinctum, certo temporis exordio productum eſſe probauerimus, fateri oportet, terrenam hanc machinam primo rudiuſculam minuſue excultam prodiſſe, unde & humanæ compaginis temperies, quæ totius elementaris fabricæ finis & effectus dignoſcitur, tunc optima prodire non ualuit. Et quamuis homo ipſe primęuus eueſtigio ab origine ſua (nulla infantiæ & adoleſcentiæ ætate & nullo præeunte magiſtro maturus atque ſapiens prodierit, nihilominus prothoplaſtes ille, ſicut nec cætera generabilia, optimum temperamentum ſortiri non potuit, quod utique non modo ueridica & diuina Prophetarum teſtantur oracula, ſed & exterarum quoq; gentium ſcripta & monumenta paſſim denunciant, dum prioris hominum æui ruditatem atque inertiam recenſent & admirantur, quorum exinde pedetentim in temporis diſcurſu creuit modeſtia ſapientia & uirtus, donec ueniebant temporum ætatumq; plenitudo, quę tanquam perfecta conſiſtentiæ mundi ætas, perfectiſſimum mundi reſtauratorem protulit, Chriſtum Ieſum de Maria uirgine natum. Cum itaque cognitum & exploratum ſit, non potuiſſe primum parentem ſummum ſortiri temperamentum, concluditur (iuxta præhabita fundamenta, id quo tota noſtra hæc tendebat oratio, neminem ſcilicet qui ſeminalem a prothoplaſte ducit originem, optimam potuiſſe nec poſſe obtinere humanæ compaginis temperiem. Quum igitur mediatorem qui Deus & homo ſit, ſummi temperamenti eſſe oporteat, reuincitur, Mediatorem nullo ſanguineo aut uirili ſemine, neq; per aliquam plaſmatiuam ſeminis uirtutem concipi & naſci potuiſſe, ſed aliunde a poteſtate, cui ſit data facultas formandi temperatiſſimum mycrocoſmum, optimamque uniuerſi imaginem. Cum autem nulla, ad hoc peragendum ſuppetat poteſtas, niſi illa, quæ in ſe exemplar & paradigma complectitur uniuerſi, Complectitur autem hoc ſolus mundi architectus & conditor Deus, qui per ſpiritum ſanctum (ut alibi latius intelliges) cunctis largitur munus eſſendi & conſeruandi. Ideo conceptus & formatio mediatoris in uirgineo utero, iure quidem & præcipua ratione ſpiritui ſancto attribuenda erit. Quapropter aptiſſime profert clauſula, dicendo (qui conceptus eſt de ſpirituſancto) Quod autem eundem naſci oportuit de uirgine, compertum eſt ex eo, quod optimi temperamenti conceptum, & embrionis fœtuſque fomentum in aliquo temperato & incontaminato utero fieri neceſſe erat, alioquin fœtus ipſe (ſicut dulce limpidumque merum uitiatur, infecta lagena) a coinquinato utero uitiũ labemq; contraheret. Cum autem nihil uehementius ſordidet & contaminet uirgineum uterum quam libidinis ardor, & inquinati atq; putridi

Quo pacto Chriſtus dominus conceptus eſt de ſpiritu ſancto.

Quod oportuit eum naſci de uirgine.

feminis corruptela. Ideo mediatorem in illibato & uirginis utero cõcipi & foueri oportuit,& hoc multo quidem conuenientius eſt legi naturæ,& inuiolabili rerum ordini,quam animantium procreatio & ortus de limo & ex certa elementorum congeſtione in utero & uiſceribus terræ, eo quod longe quidem plus ſymboli & ſimilitudinis habet uirgineus uterus cum concepto fœtu,quam tetrum ſtolidumq; elementum terræ. Cum igitur exploratum ſit,oportere mediatorem concipi de ſpiritu ſancto, & naſci de uirgine,Ieſum autem Nazarenum,natum de Maria extitiſſe mediatorem iam plane cognouerimus,firmiter cõcludendum eſt,eundem Ieſum Nazarenum conceptum eſſe de ſpiritu ſancto , & Mariam de qua natus eſt, fuiſſe uirginem. Sequitur in ſymbolo clauſula dicens. Paſſus ſub Pontio Pilato,Crucifixus,mortuus & ſepultus. Chriſtum enim Mariæ uirginis filium paſſum eſſe ſub Pontio Pilato,Crucifixum mortuum,& ſepultum, ſolida hiſtoriæ teſtimonia declarant, Talia autem ipſi mediatori, qui Deus & homo eſt adſcribenda eſſe declarat præcipuum illud munus & opus quod ad mediatorem ſpectat,quum enim potiſſimum mediatoris opus et munus ſit,uniuerſum genus mortalium ad æternam inſtituere ſalutem, manifeſtum eſt ad eundem attinere,ut antea amoueat , tollatq; omnia ea quæ impediunt,& obſtacula præbent ſaluti,Obſtabat autem delictum et culpa primi parentis. Illius igitur labem,maculamq; prius eximere & detergere oportuit,non potuit autem,iuxta naturæ legem aliter aboleri, niſi mediator ipſe,amarulentæ mortis pateretur ſupplicium. Chriſtum itaque humani generis reſtauratorem,paſſum mortuumq; fuiſſe credere neceſſe eſt ad ſalutem. Duo autem hic aſſumpta , uberiorem explanationem requirunt,Primum quod parens ille primæuus deliquerit, & ita deliquerit, ut eius culpa non modo ſibi,ſed & cunctis mortalibus uiam obſtruxerit ad regnum cœlorum. Secundum quod culpa illa , per mediatorem , ſolo mortis tormento tolli & aboleri potuerit. Primum uero parentem deliquiſſe,nullo certo diſcurſu & ratiocinio innoteſcere potuit,cum in ſe res ipſa ad utrumlibet contingens erat. Nulla ſiquidem cauſa uel occaſio eſt, (ut ex Periermenijs & Ethicorum tertio colligis) quæ uoluntati uim aliquam inferre eamq; neceſſitatis legi ſubmittere ualeat , qua cogatur hunc uel illum elicere & explere actum. Suaſio quidem aliqua ipſam uoluntatem inclinare & allicere poteſt,compellere uero minime,Quapropter primum hominem præuaricatorem fuiſſe,nulla certa & cogente ratione,ſed duntaxat ſacræ hiſtoriæ autoritate & teſtimonio conſtare nobis potuit. Eundem uero prothoplaſtem ex corporis intemperie,procliuem pronumque ad delinquendum fuiſſe exploratũ habemus,ex eo quod a nobis paulante oſtenſum eſt , uidelicet non potuiſſe primum parentem optimam humanæ compaginis ſortiri temperiem. Corporis autem intemperies eius quoq; actionem diſtemperat,& coinquinat,At licet parens ille primæuus ab eius primordio omnifariam,ſapientia & prudentia condonatus fuerit, liberaq;

Paſſus ſub pontio pilato. Crucifixus, mortuus & ſepultus.

Precipuum mediatoris munus,mortis crucisq; ſupplicium & ſepulturã requirit.

Primum parentem pronum fuiſſe ad peccatum ratio demõſtrat,peccaſſe uero, ſancta oſtendit autoritas.

liberaq; uoluntate & electione egerit, Attamen quia maior & exactior erat unio arbitrij potentiæ cum distorto & coinquinato corpore, quam cū ipso creatore Deo, unumquodq; autem, quum promptius sit ad agēdum, secundum id per quod magis existit actu, & unum, idcirco prothoplastes ille, magis ad corporis, quam omnipotentis Dei trahebatur obsequium. Etenim serpens ille, si parumper sacro Aenigmate ludere fas est, et Draco qui in cœlestiū & nobilium orbium residet cacumine, quamuis ipse cū uniuerso generis sui agmine nullum imperium et potestatem teneat in mortalium mentem, suadet tamen fantasticæ uirtuti, & mulieri omnium uitaliū potentiarū matri, quæ quidem mulier cum in carne & hypostasi una sit cū marito, maritus autem non itidem unum est cum omnipotenti Deo. Ideo mulier ipsa, serpentis suasiōe inquinata mox supplantat uirum, & arbitriū detorquet mariti, quod tu si sapis consydera. Resume denicq; ex dictis, qđ de primi parentis peccato, nulla alia certitudo haberi possit, quam inuiolabile sacræ historiæ testimonium. Eundem uero suapte natura, & ex utero pronum fuisse ad delinquendum, lex naturæ & rerum ordo demonstrat, Quo cognito & admisso, uidendum est, qua ratione primi parentis culpa, traducta sit in posteros, ita quod uniuerso humano generi impedimentum obicemq; præbuerit, ne particeps fieret æternæ salutis. Scito igitur, quum primæuus ille parens diuinum consortium eiusq; adhærentiam delinquendo amitteret, terreniscq; inhæreat illecebris, mox cœlesti draconi & terreni orbis potestati (quam sacra eloquia principem Ioā. xij. huius mūdi uocant) factus est obnoxius. Tritum siquidem est ore sapiētum, quod solus sapiens, qui sublimioribus & superceleſtibus principijs adhæret, dominabitur astris, Qui autem superna illa numina deserit, deseritī & ipse, & ideo eum impellunt & suppeditant astra, quapropter & eius seminariam massam terrenæ concupiscentiæ fomite contaminari, & uersatili syderum gladio sauciari oportuit, quod non ignorauit ille tuus, quamuis prophanus suo carmine, uates cantando. Fœlix qui potuit rerum cognoscere causas, atq; metus omnis & inexorabile fatum, subiecit pedibus, strepitumq; Acherontis auari. Bifariam ergo, si aduertis primi parentis præuaricatio abstulit et turbauit ęternam humani generis salutem. Primo q; ipse quem præ cæteris mortalium decebat exhibere se mediatorem, factus præuaricator, seipsum & uniuersum genus hominum cœlesti orbauit parente & saluatore. Secundo, quod totā posteritatem, seruā fecerit peccati, & huius mundi principi, cœlestibusq; elementis reddiderit obnoxiam, quo factum erat, ut uniuersa hominum multitudo, nullo unquam studio, nulla potentia & ui, ab execrando idolorum & dęmonum cultu auocari, & diuelli potuerit. Quibus omnibus recte intellectis, primum quod accepimus assumptum, iam satis constare poterit, Aggrediamur modo secundum, quo positum est non potuisse aboleri præuaricationis culpam, nisi supplicio & morte mediatoris. In cuius pariter & prioris clariorem intelligentiam, unum naturæ & ordini rerum consentaneum absq; dari pe-

timus

Cum longe prestantior, ualidiorq; sit rationalis animæ potestas, q̄ ulla corporea uirtus, quid ergo in causa est, quod corporis illecebrę superent uincantq; rationalis animę affectus.

Quo pacto primi parentis culpa traducta sit in posteros.

Non potuit aboleri prothoplastis culpa nisi p ultimū supplicium mediatoris.

timus,quod non ſolum ſacri eloquij, & ſanctorum, ſapientiſſimorumq; probat autoritas, ſed & priſcorum Caldęorum,Aegiptiorum,Arabum, Platonicorumq; ſchola & uniuerſa Hebræorum Synagoga affirmat. Ariſtotelis quoq;,licet idipſum non tractet,minime tamen reſpuit,quod & ſimulachrorum olim reſponſa, atq; oracula plane demonſtrant,uide licet quoſdam exiſtere rationalis naturæ ſpiritus, in opacum hunc ſublunarem orbem detruſos,aſtrorumq; poteſtati adactos,quos dæmones appellari libuit,qui clanculum & ſubdole ſe mortalium mentibus ingerere, eoſq; ad ſui obſequium allicere & trahere moliantur,quibus ſi quis ſemel obtemperet,& cum eis ſeruitutis fœdera ineat, non poteſt deinceps,ſeſe iuxta naturæ legem ab illorum reuocare imperio,niſi grauem rebellionis ſuæ luat pœnam, & pro eorundem dæmonum nutu,mulctam rependat. Et ſi aliquem deo creatori ſuo fidelem & cordatum hominem, nullo ſtudio & dolo fallere,& ad cultum ſui detorquere ualeant,obicem tamen & uaria offendicula (prout rerum iuſticia permiſerit) ponere, laqueoſq; innectere,nullo quidem momento deſiſtunt.Nam quemadmodum cuilibet rerum exiſtentium,ſic & dæmoni inditum eſt deſyderium operandi et producendi ſibi ſimile,arcendi & expellendi quod repugnat. Hoc igitur admiſſo,dicendum.Primi parentis,nequaquam tolli & aboleri potuiſſe culpam,niſi cruentio mediatoris ſupplicio atq; interitu, ex eo quod non potuerat (iuxta rerum ordinem) genus humanum principis huius mundi obſequio & ſimulachrorum cultui mancipatum redimi, & priſtinæ libertati reſtitui,niſi ipſe rebellionis & redemptionis autor, pœnam lueret, & pro uiolato fœdere reportaret ſupplicium, ac licet ineuitabilis atq; immenſa fuerit redemptoris poteſtas uiolare tamen non licebat ius principis huius mundi,neq; ſeruitutem humani generis,quam princeps ille iure naturæ obtinuit, uiolentia & contra perpetuum rerum ordinem adimere, Vt denicq; rē paucis explicem,dico,quod non potuit abſq; mulcta et pœna ſupplicij fieri redemptio,niſi ille qui redemit,ipſum dæmoniorū principem,cum uniuerſa eius clientela perdidiſſet, aut in aliam tranſmutaſſet naturam.Eſt enim mali dæmonis (ut diximus) conditio & pertinax deſyderiū, hominem ad ſui trahere obſequium,et in perpetuam ſeruitutem redigere,a quo quidem uoto & ſtudio reuocari non poteſt dæmon, quam diu exiſtit dæmon,niſi prius ſaciata fuerit eius appetitio, & uindictæ libido. Quemadmodum rigidi & immaniſſimi tyranni non prius ceſſat in hoſtem furor,quam ipſum hoſtilis exercitus ducem & contracti olim fœderis uiolatorem triumphans captiuum ducat, plectat, ignominiaq; & contumelia afficiat, tot denicq; & tantos inferat mortis cruciatus, quantos mortalis naturæ conditio & ſenſus pati & ſuſtinere queat. Quum igitur compertum habeamus, Ieſum Chriſtum de Maria Virgine natum, & ſub Pontio Pilato paſſum, uerum extitiſſe mediatorem, qui de manu truculentiſſimi Principis eruit miſerum mortalium genus, operæpræcium erat pro iuſtitia & inuiolabili naturæ lege ſeruanda,

Dantur rationales ſpiritus quos dęmones uocant.

Mali dęmonis tentatio ſtudium q; uindictæ.

uanda , proprium & innocentem ſanguinem ſuum , redemptionis præcium tradere , & amarulentæ mortis crucisq; ſupplitia repen/dere . Idciro eundem Ieſum Chriſtum redemptorem paſſum fuiſſe, crucifixum , mortuum & ſepultum credere oportet ad ſalutem , dico ſepultum , quia conſumata iuxta naturæ legem mors eſt , cum ex ter/ræ elemento natum , terrenum elementum recondat, Exinde eiuſmodi paſſio & crux redemptoris in caracterem facta eſt ,ueluti pentaculum, quoſe munire ſolent exorciſtæ aduerſus maligni ſpiritus noxam , ut quo/tiens mens humana , & fantaſtica uirtus paſſionem & hanc crucem reco/gitet,nulla ſubdola dęmonis ſuggeſtio hominem ſupplantaro & fallere poteſt,eo quod dęmon cui data eſt illabendi,nō quidem in mentem, ſed in fantaſticam potentiam tantum, quoties paſſionis facinus ,crucisq; ſigna/culum ei obĳcitur,memor ſit triumphi,quo ipſe in ſupremū humani ge/neris ducem graſſatus fuerat,qui exinde ſeruitutis debitum pro toto hu/mano genere perſoluerit,& contracti fœderis Chirographum deleuerit, tunc ſtatim ſeſe per iuſtitiæ legem,cohibet & nihil audet ſuggerere noxiĳ. Hęc autem æternæ ueritatis ſacramenta,minus abſtruſa atq; aliena appa/rent his qui naturæ & rerum archana & maxime ſacrificandi ritus my/ſteriaq; cognouerint.Si enim nō ſolū Moſaice legis ſectatores,ſed et quot/quot fuerūt ab æuo gentilium et barbarorū ſapientes,pariter & idiotę, ar/bitrati ſunt hircorum & taurorū ſanguinę,propitios ſibi reddi ſuperos,& ſua complacari numina,quanto magis admittendū eſt quod innocentiſſi/mi hominis ſimul & dei mediatoris effuſus ſanguis,in reconciliationem et ſempiternam fideliū ſalutem redundet. Cui alludit ſacra ſecundo Regum xxi.de Gabaonitarum gente hiſtoria,qui cum Regis Dauid permiſſione crucifixiſſent ſeptē innocentes de ſtemmate Saulis,mox repropiciatus eſt deus terrę.Quemadmodū & ca.iĳ.quarto Regum legitur , de Moabitarū/Rege hoſtibus obſeſſo,qui dum ſuper muro obtulit holocauſtū,innocen/tem filium ſuū , magna facta eſt indignatio ſuper Iſrael,et ſtatim obſidio/ne ſoluta,reuerſi ſunt hoſtes in terram ſuam . Hęc tecum penſita & mente reuolue : His igitur cognitis & rite perſpectis,Reliqua ſymboli Myſteria abſq; magno negotio apprehendere & penetrare poteris . Quod enim Chriſtum decebat deſcendere ad inferos atq; reſurgere,palam conſtat ex eo,quod redemptoris munus erat,illos recuperare atq; eruere, qui primi parentis culpa relegati & mancipati erant ad inferos, eoſq; diuino reſti/tuere conſortio.Nullum autem medium reconciliare poteſt extrema ,ni/ſi & uni alteri extremorum inhæreat, quapropter Chriſtum mediato/rem,præſcriptis ad inferos patribus,tanquā alteri extremorū quoq; ad/iunge oportuit,quod non niſi per deſcenſum ad inferos fieri potuit, Qua aūt legi deceat intellectualē ſubſtantiā,deumq; omniū ſęculorum Regem ſurſum deorſumq; locali tranſitu petere,non eſt preſentis negotĳ perqui/rere. Nam quemadmodum octauo de auditu non dubitauit Stagirita primo motori qui uniuerſum inhabitat, certam cœli plagam,ut propri/um

Sepultū eſſe mediatorem credere opor tet ad ſalutē.

Caracter ꝙ dęmonis ca= uetur noxa eſt ſignacu= lum crucis ſaluatoris.

Deſcendit ad inferos.

um illi locum adſcribere, ſic eodem & ſolidiori quidem argumento, Chriſti ſaluatoris humanitati, loci mutationem, deſcenſumq; ad inferos attribuere fas eſt. Chriſtum quoq; reſurrexiſſe, oportunum eſt credere ad ſalutem, quia exacta (ut in ſequentibus audies) hominum fœlicitas & ſalus expoſtulat, ut animus deo creatori ſuo ſimul & organico corpori inhęreat. Hanc autem reſurrectionem fieri debuiſſe tertia præcipue poſt mortem die, nulla in promptu datur ratio, quæ idipſum demonſtret, ſed inteמerata diuinæ hiſtoriæ autoritas hoc inſinuat. Chriſtum uero mediatorem aſcendiſſe ad cœlos, credendum eſſe ad ſalutem, quis unquam dubitauerit, cum illic quęrendus ſit per fidem, ubi potiſſimum ſedem et thronum gloriæ collocauit. Poſuit autem (ut pauloante ex Peripateticorum principis ſententia recenſui) in cardine cœli, illucitaq; ſe conferat oportet mens mortalium quæ ſemitam petit æternę ſalutis. Chriſtum autem ad dexteram dei patris ſedere credendum eſt, quia corporea natura, ut antea diſcuſſimus, ipſius exemplaris & Archetypi naturæ habitudinem tanquã imago deſignat: conſtat autem iuxta Peripateticorum dogma, cœleſti corpori dextrum attribui atq; ſiniſtrum. Ideo & Archetypo principio, unde cœlum dependet atq; natura, ſublimiori modo dextrum & ſiniſtrum iure adſcribendum erit. Hinc tota Pythagoreorum, quemadmodum & priſcorum Allegorizantium ſchola inter reliqua rerum principia dextrum & ſiniſtrum enumerat. Reſident autem a dextris dei patris, puræ nudæque intellectuales ſubſtantiæ, & animæ beatorum, quorum omnium caput & princeps exiſtit Chriſtus Dominus, a ſiniſtris uero ſedent uirtutes, quę corporeæ naturæ adactæ & obnoxiæ ſunt. Et propterea cum uenerit iudex uniuerſorum, dicetut (ueritatis auctor loquitur. Matth. xxv.) omnibus a dextris, Venite benedicti, Hędis uero, qui a ſiniſtris, dicet, Diſcedite male dicti. De quibus quarto huius operis uolumine latius ſuperum ope diſſerere conabimur. Quod autem inde uenturus ſit iudicare uiuos & mortuos, conſpicuum erit, quum iuditij ratio cognita & perſpecta fuerit. Iudi-tij namq; appellatio nihil aliud hic nobis inſinuat, niſi rerum conſumationem & finem, in quem res ipſæ per naturam, aut per acquiſitum habitum inclinatæ & propenſæ ſunt. Conſumatio autem & finis comitabitur futurum (ut oſtenſum eſt) ſtatum cœli, Ideo et futurum iudicium omnino admittere cogimur. Quod autem rerum cõſumatio ſtatum cœli ſequatur, apparet ex eo, quod ſtatum cœli mixtorum omnium diſſolutio ſequitur, Mixtionis enim atq; mixtorum (ut octauo de auditu & Metheororũ primo colligimus) efficiens & conſeruans cauſa eſt, motus cœli: Quũ igitur mixtorum diſſolutio nihil aliud ſit quam conuerſio, & translatio miſcibilium in id, ad quod per naturam aut per contractum habitum inhiant & adſpirant, Eiuſcemodi autem conuerſio, ultimus cuiuſq; rei finis et cũſumatio ſit, idcirco futurum eſſe iudicium, per ſtatum cœli hauddubie cenſendum erit. Intellectiua uero hominis natura (licet ſubſtantia ſit, uera mixtione carens) quia tamen ſe habet ad omnia intelligibilia, tanquam tabula raſa &

Tertia die reſurrexit.

Aſcendit ad cœlos.

Sedet ad deteram dei patris.

Inde uenturus eſt iudicare uiuos et mortuos.

Finis et conſumatio rerũ cœli ſtatum ſequitur, conſumatiõem uero, finemq; rerum iudicium comitatur.

raſa & munda ad pulchram & ad turpem ſuſcipiendam imaginem. Ideo multis uariiſq́, tum corporeis tum intellectiuis implicatur habitibus, qui ſpiritalem quandam mixtionis ſpeciem, unde iuxta habituum uarietatem, uaria animæ inclinatio, & promptitudo reſultat: habitus namq́ quem ingerit terrenorū ſollicitudo, animum ad terrena inferoſq́ detorquet, quemadmodum & dæmon, qui cum a primordio nudam & angelicam ſortitus ſit naturam, ſola tamē uoluntatis malicia & impietate ad opacum hunc caducorum orbem perpetuo detruſus & damnatus eſt exilio. Sic & longe quidem facilius intellectiua humana forma, corporis pondere grauata, terreniſq́ allecta & coinquinata illecebris, per contractum terrenorum habitum a cœleſti abdicatur conſortio, ad teterrimū caduci orbis carcerem mancipatus. Habitus autem, quē ex mentali exercitio & opere adipiſcitur, animum depurat, ſubleuat, & ad ſuperum contubernium tollit. De his igitur conquiſitis habitibus, qui magis inſident & occupant animam, illi ipſi eandem conuertunt & transferunt ad cœleſtia uel terrena obiecta, circa quæ habitus ipſi uerſantur. Qui autem minus inditi & fixi ſunt, habitus, pedetentim abolentur, & penitus euaneſcunt. Cum itaq́ peracto cœli periodo, omnis commixtio & concretio diſſolua tur, neceſſum erit, ut commixti & compaginati terreni cum cœleſtibus habitus ſecernantur, ita ut qui magis prævalent, magisq́ irradicati ſunt, ſoli permaneant, alijs qui minus inſident abolitis & extruſis. Vnde terreni habitus relicti, trudent ad inferos, Et cœleſtes depurati, extollent ad ſuperos, Et tali pacto extremum iudicium cœli ſtatum comitabitur, quo purum ſeiungetur ab impuro, & bonum a malo, cui alludit carmen illud Maronis dicentis. Donec longa dies peracto operis orbe, Concretam exemit labem, purumq́ reliquit, Aethereum ſenſum. Tu hæc ibi relege et conſydera. Quod autem per Chriſti aduentum atq́ præſentiam hæc futura ſint, conſtat ex eo, quod Chriſti ſaluatoris præſentia & gratia, licet ubiq́ & ſemper omnibus præſto ſit, eam tamen non capeſſunt mortales, niſi ablatum ſit uerſatilis gladij interſtitium, & gyrus motuſq́ cœli deſinat. Quando igitur cœli ceſſabit motus, mox tolletur obſtaculum, et codē momento præſto erit aduentus & gratia Chriſti redemptoris, cuius clara præſentia bonis quidem cum eodem ſaluatore ſymbolum habentibus, ſalus erit & uita, Malis autem, quorum ſordidi & terreni habitus redemptoris puritati (ut tenebræ luci) aduerſantur, erit idem ſaluator in perpetuam miſeriam, & exterminium irreuocabile. Inſitum enim cuiuſq́ rei naturæ eſt, ut adſocietur ſibi ſimile, & protinus eliminat quod aduerſum eſt. Iudicium itaq́ futurum eſſe cum Chriſti mediatoris aduentu præſentia, ex his plane dijudicare licet, Et ſic uerum reuincitur, Chriſtum uenturum eſſe iudicare uiuos & mortuos. Quæ ſequitur clauſula, Credo in ſpiritum ſanctum, ex prehabito trinitatis myſterio manifeſta eſt, Inexhauſta enim ſpiritus ſancti largitate omne donum gratiæ & miſericordiæ a patre luminum, per mediatorem Chriſtum Dominum, in nos

Extremum iudicium nihil aliud eſt, quam ſeparatio puri ab impuro, & boni a malo idq́ p Chriſti præſentiā futurum eſt.

Credo in ſpiritum ſanctū

Sanctam ecclesiam Catholicam. Sanctorum communionem.

transfunditur. Subnectitur prędictæ clausulæ: Sanctam Ecclesiam catholicam: quam oportere credere ad salutem, ipsa salutis ratio demonstrat. Admisimus enim in nostræ disputationis initio, ueram salutem esse statum, quo quis bonorum summum possidet, & eo fruitur: hoc autem nemo nisi per adhærentiam & unitionem, cum eodem illo summo bono consequitur. Exactam autem hanc unionem non nisi in unico mediatore dari ostendimus: Si ergo singuli uel plęriq; hominum, ueræ salutis participes fieri debeant, necesse est, ut mutuo nexu, ueluti uaria unius indiuidui hominis membra sese amplectantur, & inuicem cohæreant, qui omnes in mediatore copulantur cum ipso bonorum summo, sicut in cogitatiua uirtute uniuntur omnes corporeæ uires cum intellectiua hominis forma.

Qua ratione credere S. Ecclesiam catholicã, sanctorumque communionem, necessarium sit ad salutem.

Quum igitur sancta Ecclesia catholica nihil aliud nisi bonorum, sanctorumq; hominum cœtum denunctiat, cui adsociari & inhærere necesse sit ad æternam salutem, merito credere oportet, non modo sanctam dari Ecclesiam catholicam, sed & sanctorum communionem, qua participes effimur, omnium perfectionum quas in se continet uniuersi mystici corporis compago. Verum quia anima mortalium effugere & cauere nequit, quin terreni & luculenti corporis contagio quoquo modo sordescat, et uitium contrahat. Qui aũt mystici corporis Christi membrum effici desyderat, opus est, ut omnem uitiorum et peccatorum sordem, labemq; deter-

Remissionẽ peccatorum

gat, quam quidam emundationem, nos remissionem peccatorum uocitamus. Ideo prædictis adijcere conuenit peccatorũ remissionem. Quoniam uero cuiusq; rei consumata perfectio, est totũ id obtinere, qđ sua innata facultas & aptitudo requirit. Rationalis autem anima (cum sit corporis actus in orizonte æternitatis & temporis collocata) suapte natura Dei creatoris sui simul & corporis consortium effiagitet: Sequitur, ut anima (quũ semel corporis consortiũ amiserit) nunq̃ exacte particeps sit æternę salutis, nisi cũ amissum corpus recupet, qđ necessario cęlestem periodũ, et sæculi consumationẽ, extremũq; iudiciũ sequitur: quandoquidem iudiciũ (ut pauloante exposui) exigit, ut unum quodq; compositorũ dissoluat, et id demũ pertingat, in qđ suapte natura, aut per acquisitũ habitũ inclinat. Cũ igitur mortuorũ resurrectio nihil aliud, nisi semel amissi corporis reas-

Carnis resurrectionem.

sumptionẽ designet, iure subdit clausula proferens, Carnis resurrectiõem.

Sed cogitabis forsitan tecũ, & ambiges dicendo: Si ultimũ iudiciũ nihil aliud est, q̃ omniũ cõmixtorũ dissolutio: quomõ igitur credẽda erit in illo iudicio mortuorũ resurrectio, et organici corporis reassumptio, in quo cõmixtio est omniũ generabiliũ maxima. Scias igit̃, q̣ corpora resurgentiũ nõ erunt mixtione cõpaginata, sed potius ignis resolutiõe purificata: cor-

Transmutatoria peritia quam Alchimiam uocãt resurgẽtium corporũ naturã doteſq; declarat.

pora nãq; illa, minime transmutatiõi & alteritati erunt obnoxia, ut cętera corpora cõgesta p̣ motũ, sed ignis cõflagratiõe, examinata et purgata (stellarũ elementi instar) resurgẽt lucida, agilia & undiq; pura. Eadẽ sane lege, qua et nũc certo ignis artificio, ex quacũq; re mixta, trahit̃ substãtia, quã illius artis piti v. essentiã uocãt: nõ q̣ reipsa aliq̣d v. cęlestis sęz elemẽti insit,

sed quod

ſed quod illi proportione quadã reſpondeat. Hæc enim ignis examine limpida (ut ſenſus dijudicat) & pura educitur, terreſtri, & craſſa, atq; opaca, nulliuſq; frugis maſſa remanente: Et id quod eductum eſt, non modo nihil omittit uigoris, ſed longe etiam exactius & ſublimius uirtutem opuſq; ſuum exercet: horum namq; reſurrectio magnæ cœleſtis tubæ ſonum periodumq; camitabitur, & igne conflagrante, mixtorum fiet diſſolutio, rerumq; omnium expiatio, & ſeparatio puri ab impuro, & boni a malo.

Cur ſęculi conſumatio per ignem, & non potius p aliud exterminij genus peragatur.

Verum adhuc clanculum te tecum (nec ab re) dubitare et quærere uideo, quænam ratio ſuadeat, quod ſęculi conſumatio iudiciumq; futurum ſit conflagratione ignis, et non potius aquarum clade, uel quouis alio euentu & exterminio. Ad hoc attende & ſapias, quod eadem ex cauſa, quã cœli ſtatus ſequitur, peruenit etiam ſęculi conſumatio per ignem. Cœli namq; ſtatus (ut noſti) contingit ex eo, quod anima motrix cęli, in ipſo deſyderatiſſimo rerum omnium conditore, ſuum denicq; figit intuitum, unde tanto uehementiori (ut pauloante ex Cordubenſis ſententia recenſui) gaudio & exultatione tunc anima illa afficitur, quanto pulchriori & amabiliori conſpectu fruitur. Cum igitur anima cœli motrix ſuapte natura corpori inhæreat, fieri non poteſt, quin ingens ille animę affectus in adiunctum ſibi corpus, corporeo modo redundet. Ingens autem gaudium & animi exultatio, uehementem calorẽ ardoremq; in omnes corporis artus depromit: quemadmodum in nobis qui mycrocoſmus ſumus claro experimẽto percipimus. Ex triſti enim animæ cogitatiõe, corpus ipſum riget, ſquallet, torpeſcitq;, & in tabem denicq; redigitur: Ediuerſo gaudio & animi iucunditate incaleſcit, nitet, agilecq; redditur. Quemadmodum igitur ex ſtabili & firmo cœleſtis animæ intuitu, ſtatus cœli ſequitur, ſic ex gaudij exuberantia & ineffabili animæ iocunditate, uehemens & præter ſolitum mobilium cœlorum ordinem, ſplendor lumenq; in ipſo cœleſti & elementari corpore refulget, quo ardor, æſtus & caumata per uniuerſum terrenum orbem diffunditur, unde ignis conflagratio, & rerum omnium diſſolutio, conſumatio, purgatio, denicq; & carnis reſurrectio ſequitur. Quod uero ultimo loco ſymbolum claudit, ſcilicet uita æterna, omnium prędcedentium ratio & finis eſt, cuius ueritatem, tanquam uniuerſi negotij ſcopum, baſim, & fundamentum, tu una cum fratribus tuis, Philadelpho & Philoſomato, longo examine & exquiſitiſſimis rationibus aſtruxiſti, quapropter in huius ulteriori ſcrutinio minime immorandum exiſtimo: Sed hæc prout yſagogæ et compendij ratio requirit, ſatis uidentur ad ueram credendorum intelligentiam, & ad ſemitam ſempiternæ ſalutis: Reliqui autem horum appendices, & quicquid ſacra Theologorum ſchola tractat circa hæc ipſa, ueluti uniuerſæ fidei & diuinæ ſapientiæ cardinem uerſantur, quorum omnium certitudinem percq; facile & nullo labore perdiſcere et comprehendere poteris, dummodo ſingula compendij huius examina ſedulo & iterata lectione penſites atq; reuoluas. PHILAL. Omnium iam (optime parens) quæ ſacro hoc ſymbolo contenta ſunt, patet mihi aditus, unde

Et uſtam æternam.

firma me ſpes tenet: his iactis fundamentis, facile nulloq; labore uniuerſam Theologicæ ſapientiæ machinam ſuperſtruere poſſe. Veruntamen quatenus ſolidiori intelligentia & fide, hęc cœleſtia ſacramenta reportem, pauliſper obſecro aures præſtare libeat, an iuſto & recto calle, hæc longa orationis ſerie per te explanata reſumam. GOMET. Pia ſane & laude digna petitio. Age igitur (mi fili) & cuncta ut lubet retexe. PHILAL. A primordio nos animæ immortalitatem, tanquam omnium appetibilium finem (ut Sagittarij ſignum) præfiximus, ex cuius certitudine reliqua omnia ad ſalutem credenda, hunc in modum intuliſti. Datur humana beatitudo, quam ultima ſymboli clauſula, uitam æternam appellat: Beatitudo uero, ſtatum ſignificat bonorum omnium perfectiſſimum. Inter reliqua autem, quæ ad perfectiſſimū animæ ſtatum ſpectant, hoc unum enumeratur, quod anima, dum diuino conſortio atq; intuitu fruitur, corpori etiam (ad quod anima ipſa ſuapte natura inclinatur) ſimul inhæreat, & amiſſum recuperet. Quod in ſymbolo carnis reſurrectionem nuncupari libuit, idcirco hanc ipſam credere oportet ad ſalutem: At quoniam æterna uita & beatifica unio (ſicut & quorumcunq; ſeiunctorum copula) ſimilitudinem & conformitatem depoſcit. Deus autem, cui adhærere uita æterna eſt, puriſſimus ſanctiſſimuſq; intellectus exiſtit: Ideo & animam ipſam Deo unibilem, depuratam expiatamq; neceſſe eſt, quod peccatorū remiſſionem ſymbolum pronunctiat, hanc igitur credere quoq; neceſſe eſt, ad ſalutem. Quumq; uita æterna omnium bonorū cumulum requirat, hoc aūt ſoli mediatori rerum ordo permittat, cæteri uero mortalium, alij in uno, alij in alio munere & dono præcellant, opus erat ad hoc, ut ſinguli omniū bonorū fierent participes, omnes & quotquot fuerint ſaluandorum conflari in unum, quos ſimul iunctos, Sanctam eccleſiam Catholicam uocitamus, ideo hanc una cum ſanctorum communione credere, oportunum fuit ad ſalutem. Quoniam uero ſanctorum unio fieri nequeat, niſi ſpiritali quadam uirtute, quæ uaſtam, uariamq; membrorum multitudinem compaginet, & in unum redigat: Talis autem uirtus eſt ipſe uerę unitatis, omniumq; bonorum largitor Spiritusſanctus deus, ideo in hunc ipſum credere neceſſum eſt ad ſalutem. Quoniam uero uita æterna tam ſpiritalem, q; corpoream mortuorum exigit reſurrectionem: mortuorum uero reſurrectio ſęculi periodum & iudicium (ad quod Chriſti præſentia ſequitur) expoſtulat: idcirco credere Chriſtum uenturū ad iudicandum uiuos & mortuos, omnino ſpectat ad ſemitam æternæ ſalutis. Quumq; ad bonum & perfectionem animæ humanæ ſpectat, ut Deo creatori ſuo ſimul & corpori inhæreat, ideo eundem mediatorem reſurrexiſſe, & in cęlum aſcendiſſe credendū eſt ad ſalutem. Quoniam uero nemo ablq; peccatorum remiſſione condonari poteſt uita æterna: primi autem parentis originiſue peccatum, remitti nequiuerat, niſi per mortem, paſſionem, & ſepulturam mediatoris, & per eius deſcenſum ad inferos: Ideo Chriſtū paſſum, mortuum et ſepultum, ad inferoſq; deſcendiſſe credere oportet ad ſalutem.

Epilogus.

lutem. Præterea quia nullus mortalium adhæret Deo creatori, niſi interceſſu mediatoris, qui perſonali unitate unus ſit cum eo, unde mediator ille ex nullo ſanguineo naſci potuit ſemine. Cum igitur compertum ſit, talem mediatorem extitiſſe Ieſum, Mariæ filium, in hunc igitur ipſum Ieſum Chriſtum filium Dei unicum, de Spiritu ſancto conceptum, & de Mariæ uirgine natum, credere requiritur ad ſalutem: quoniam uero æterna uita prouenit ex conformitate humanæ mentis cum mente diuina, cui præcipuum eſt Trinitas perſonarum cum reali unitate naturæ, quam patrem, filium, & ſpiritum ſanctum appellari placuit, ideo una cum filio & ſpiritu ſancto in deum patrem omnipotentem, creatorem cœli & terræ, credere eſt neceſſe ad ſalutem. Hæc, niſi me ingenij tenuitas, & lapſa memoria fallat, ſunt ea, quæ tua ſyntheſis, a ſermonis exordio, ad hunc uſq; finem, longa oratione diſcernit: Quod ſi aliqua manca, uel minus recta, & mentis tuæ penetralibus conſona a me fuerint recenſita, tuum erit (cœleſtis animi uir) ut ſuppleas, corrigas, atq; reſartias. GOMET. Scite admodum & iuſto tramite, cuncta per nos excuſſa, breui hoc perſtrinxiſti Epilogo, Deo optimo, maximoq; ſit laus, gloria & honor, qui te de hoc tenebroſo et ſqualido ignorantiæ carcere eruit, quicq; petẽtibus dat, quærẽtibus inuenitur, exorabilis eſt omnibus inuocantibus nomẽ eius. Perge itaq; mi fili, perge quæſo, & iam accenſam in te lucernam ne ſub modio recondas, ac imprimis edoctum hunc fratrem tuum Philadelphũ, una cum altero germano Philoſomato, in rectam ſemitam dirige æternæ ſalutis, atq; hoc ſacrum, quod intraſti, Chriſti tabernaculum cuſtodire, roborare, et multigena eruditione tua, decorare ne deſieris: Qui enim (ut cœleſtia, Danielis ultimo, pollicentur oracula) edocet, multoſq; erudit ad iuſticiam, futurus eſt ut ſplendor firmamenti, & fulgida cœli ſydera in perpetuas æternitates.

Explicit liber primus.

SECVNDI VOLVMINIS DE COELESTI AGRICVLTVRA PRAEFATIO,



ERACTA ET expleta iam ſcabri & deſolati philoſophantium fundi cultura, modo ad petroſum lapideumq; ludæorum agrum excolendum, reſartiendumq; ſuperũ ope conuertimur. Quoniam uero nullius rei defectio, uitiumq; tollitur, quin prius defectionis ratio cognita atque perſpecta fuerit, ideo primum uidendum, unde nam tanta, & tam dura, ac pertinax ludæorum ignorantia habeat originem: oſtendẽdum exinde, quo pacto defecta & mutila ſit illorum fides, & nõ ſufficiens ad ingreſſum regni cœlorum: ultimo deniq; loco monſtrabitur, quod quemadmodum Chriſtianæ pietatis cultor fateri cogitur, nullum ludæorum participem fieri uitæ beatæ, ſic ediuerſo Iudæus (iuxta phariſaica et Talmudica fundamenta) in confeſſo habeat, omnem Chriſti fidelem uerũ eſſe Iſraelitam, & conſortem fieri æternæ ſalutis.

TRACTATVS PRIMVS, QVID IN cauſa ſit ludæorũ peruicatiæ & ſtolidæ eorũ ignorantię.



Etuſtatis tanta eſt ſemper uulgo auctoritas, ut de illa dubitare uel in eam inquirere maximum flagitium & ſcelus eſſe ducatur, & eo magis, quo eiuſcemodi uetuſtatis ſedulitas, non quidem fallacibus humanis coniecturis, & nutanti rationis curſu, uerum cęleſtibus, diuiniſq; afflatibus edocta et inſtructa fuerit. Vnde miſera poſterior Iudæorum ſynagoga ueterum ſuorum exorbitãtia ſeducta pernicioſiſſimi erroris ſui, & ſtolidæ ignorantiæ originem habuit, et incrementum rudi & pertinaci cogitatione ſibi perſuadens, fieri non poſſe ut prior illa Iudæorum uetuſtas ſpiritalis ſapientiæ, ſacrorumq; eloquiorum alumna, cui præ cæteris mortalium fidei & archanæ ueritatis ſacramentum, a ſæculorum ferme origine innotuit, in tam uaſtum ignorantię & uęſani erroris profundum, adeo præceps delapſa ſit, ut ipſum uitæ auctorem & Dominum gloriæ, longo antea tempore, prænunctiatum ſibi ſaluatorem, atq; familiari inter ipſos conſuetudine uerſatum, docentemq;, ſtupenda inſuper ſigna & miracula operantem, ſic truci & hoſtili animo cõtempſerit, ſputis, colaphis, flagellis, amarulenta deniq; morte, et horrendo crucis ſupplicio affecerit, uerum quidem in tantum horum uęſania & perfida ignorantia præualuit, ut obdurato iam & ſtupido corde nihil ſolidæ ueritatis, ſpiritaliſue ſcripturarum intelligentię requirant, nec quærentes inueniant neq; intelligant, quorum uſq; adeo hallucinatur et miſere cęcutit animus, ut pſeudophariſæorum impietatem atq; hypocriſim a uera & ortho-

& orthodoxa illorum uetuſtate ſecernere & dijudicare neſciant. Id autem ut clarius ipſi intelligant, & nefandum ſuum errorem agnoſcant, nonnulla Talmudeorum, quibus indubitatam ipſi fidem præſtant, in mediũ proferam teſtimonia, quæ & Flauij Ioſephi fide digna hiſtoria, & intemerata Euangelij probat auctoritas. Dicendũ itaq; iuxta Aegyptij Rabi Moſis (libro directo. is) ſententiam. Omnis ignoratio, contentio, atq; ſimultas tribus de cauſis, altitudine ſcilicet rei cognoſcendæ, ineptitudine cognoſcentis, uindictæ, gloriæ & cõcupiſcentiæ libidine contingere ſolet, quorum ſingula ſeorſum uel iunctim cauſam extitiſſe Iudaicæ perfidiæ, uarijs quidem locis haud obſcure Talmudeorũ traditio demonſtrat. Cũ enim fidei ueritatis baſis & fundamentũ in ſolo Chriſti ſaluatoris aduẽtu, eiuſq; redemptionis myſterio cõſiſtat, cuius tanta eſt altitudo atq; ſublimitas, ut neq; angelis quidem miniſtrantibus, nedum mortalium menti id ſatis (iuxta Talmudeorum documenta) reuelatum aut cognitum fuerit. Ideo nihil mirum uideri debet, quod idipſum pſeudopharilęorum feci, & Saducæorum impietati minus cognitũ & perſpectum extiterit. Scribunt enim codice Senatorum cap. Helek Talmudei, ubi plura de Meſſiæ aduentu et eius redemptione longo examine tractant, uel maxime de illo Eſaiæ uaticinio lxiij dicente: Quia dies ultiõis in corde meo, et annus redemptionũ mearũ uenit. Ait ibi Rabi Iohenanus, Scribitur enim in corde meo, quaſi dixerit, cordi meo hoc reuelaui archanum, membris uero meis minime. At iuxta rabi Labiſci placitũ, ſenſus eſt: Cordi meo reuelaui, angelis uero miniſtrantibus minime. Ad quod cõuertitur illud Euangelicæ ueritatis oraculum, De die autem illa uel hora nemo ſcit, neq; angeli in cœlo. Declarat inſuper huius myſterij altitudinem, tam uaga & multiplex ueterum & ſapientiſſimorum quidem Talmudeorũ, de aduentu ac dotibus redemptoris opinatio, quod ego alibi breui clauſularum diſtinctione latino ſermone perſtrinxi, id ſtudioſus ueritatis indagator ibi requirat. Pari modo de hebetudine & inſipientia eorum, qui in redemptoris aduentu inuenti ſunt Hieroſolymæ palam (eodem capite) Talmudeorum ſcripta teſtantur, Sæculo (inquiunt) quo uenturus eſt filius Dauid, pauci erunt ſtudioſi ſapientiæ: Iqualebunt enim & tabeſcent præ mœrore & gemitu corporis & animi uires: Rurſum ſęculo (inquit Rau nehemias) quo uenturus eſt filius Dauid, magna & execranda erit procacitas filiorum Adæ, uniuerſumq; regnum conuertetur in hæreſim, nec ulla maiorum proderit correptio, ſcribitur enim, Videbit quod infirmata ſit manus, id eſt, qđ' prȩualeat manus proditorum, ſeu quod deficiant ſtudioſi ſapientiæ, Hæc ille. Quod aũt nõ de ultimo (ut quidam proteruiũt) ſed de primo ſaluatoris aduentu, hæc audiẽda ſint, apertius declarat, codice ſabbatorum, Raui auctoritas, dicentis: Non eſt euerſa & deſolata Hieruſalẽ, niſi quia defecerunt in ea uiri fideles. Rau Iudas uero aſſerit ꝓpterea deuaſtatã eſſe Hieruſalẽ, ꝙ in ea cõtemptui habiti ſint ſapiẽtes: ubi palã de tranſacto (paulo poſt crucẽ redemptoris) Hieroſolymitano excidio enunctiat. His igitur

Talmudeorum aſſertis, liquido conſtat, quanta ſit myſterij redemptoris altitudo, utpote quæ nec angelis quidem miniſtrantibus cognita & perſpecta ſit, & quanta inſipientia & ineptitudo fuerit phariſæorum, qui dominicæ paſſionis tempore inuentæ ſunt Hieroſolymæ. De ipſa quoq; illorum gloriæ & concupiſcentiæ libidine, teſtimonium præbent eadem quæ attulimus Talmudeorrm placita, quod manus præualuerit proditorum, quod nulla profuerit correctio, quod uniuerſum Hieroſolymorum regnum uerſum ſit in hæreſim, Id amplius & clarius intelliges, ſi horrendas Phariſæorum cum Saducæis ſimultates atq; diſſidia (uel maxime Hircano Simonis Maccabęi filio regnante) quæ aduſq; eiuſdem urbis euerſionem perdurabant, attendas: Hircanus nanq; (ut codice de ſponſalitijs, & Senatorum uolumine tradunt Talmudei) regalem ſimul & pontificiam dignitatem obtinuit: Is quadrageſimo pontificatus ſui anno, a quibuſdam proceribus phariſæorum prouocatus, & in furorem adactus, ex Phariſæo factus eſt Saducæus: acer & truculentus phariſaicę religionis perſecutor & hoſtis, qui numeroſam illius ſectæ multitudinem tunc Hieroſolimæ agentẽ, impio & crudeli animo trucidari & perdi iuſſit, quo factum eſt, ut reliqui potiori nomine, eruditione, & uitæ honeſtate phariſęi coacti ſint in fugam, euagantes per Aegyptum, Aſſyriam, Babyloniam, cæteraſq; Barbarorum & Paganorum gentes, aduſq; Hieroſolymitanum exterminium: quemadmodum & Flauius Ioſephus, grauis de Iudaica antiquitate ſcriptor, latius decimotertio antiquitatũ libro recenſet. Cæteri uero Apoſtatæ & Pſeudophariſæi Hieroſolymæ perſeuerantes, factioni & impietati conſentiebant Saducæorum, qui nulla fidei & religionis honeſtate, ſed inanis tantum gloriæ & uindictæ cupidine agebantur. Quos ille ipſe mortalium uitæ & orbis reſtaurator Chriſtus dominus exprobrando, hypocritas, infideles, uanos oſtentatores, immundos, dealbata ſepulchra, cęcorum duces, lupos rapaces, pauperum deuoratores, iuſti ſanguinis effuſores proclamat, omniumq; ſcælerum & flagitiorũ inſimulat. Quapropter minime admirandum, ſi huiuſmodi inſipiens et ſcęleratũ phariſæorũ genus, in tanta reconditi myſterij altitudine cœcutiet, ſimul & maligne in ipſum ſolidum et inconcuſſum angularem lapidẽ impegerit, aberraueritq; arcto illo tramite uitæ & ſemita æternæ ſalutis. Hęc igitur indiſcreta & æquiuoca Phariſæi nominis appellatio, Iudęorum inſcitiam & ſtolidam eorum ignorantiam, in blaſphemũ & perniciosiſſimũ errorem perduxit. Vnde ad hodiernũ uſq; diem, nullo ſtudio, opere atq; labore, diuelli & erui potuerunt, nec id ſperandum eſt in poſterum, quouſq; ueniet iudex ille uniuerſorum cum nubibus cœli, qui pollicetur die illa, ſe impietatem auerſurum a Iacob, et tunc (Apoſtolo teſte) omnis Iſrael ſaluus erit.

Roman. xj.

TRA-

TRACTATVS SECVNDVS, QVOD defecta & non ſatis ad cœlorum regnum ſit fides Iudæorum.

HAbita igitur & intellecta Iudæorum perfidiæ cauſa, modo ad reliquum hoc loco pertractandum, ſuperum nutu, accedo, ubi uaſanam Iudæorum pertinatiam propheticis, ſuiſq; Talmudicis confodiam & uincam telis, ita ut fateri cogantur multa, quæ ad beatam requiruntur uitam, deeſſe illorum fidei fundamentis, unde manca & irrita credulitas eorum reuincetur. Quatenus uero hæc ipſa, & ea quæ deinceps traduntur, clariori intelligentia doceri, & percipi poſſint. Primo Iudæorum fidei (quas ipſi radices uocant) in medium proferam fundamenta. Exinde ſacrum Apoſtolorum & Euangelicæ ueritatis ſymbolum, ſua uerborum ſerie ſubnectam.

Moſaicæ igitur legis (ſecundum Talmudeorum traditionem) radices tredecim Aegyptius Rabi Moſes enumerat, de Deo, quia eſt, quod unus, quod incorporeus, quod rerum omnium primus, quod ſolus adorandus, quod prophetiæ donum mortalibus datur, quod propheta fuerit Moſes, quod de cœlo tradita ſit lex, quod hæc in aliam legem non ſit permutanda, quod Deus omnia nouit, quod præmium pœnamq; iuxta cuiuſque opera retribuit, quod expectandus ſit Meſſias, quod futura ſit mortuorum reſurrectio, hæc Aegyptius Rabi Moſes, primo capite codicis Senatorum. Albenſis uero libro Radicum in duobus (quantum ad nos ſpectat) ab hac uariat ſententia, de aduentu ſcilicet Meſſiæ, & de perpetua legis obſeruantia, quæ ipſe ſolidis quidem argumentis & ſcripturarum teſtimoniis, minime inter Moſaicę legis fundamenta enumeranda eſſe demonſtrat: Quo admiſſo, perquam facile uidere licet, quomodo Iudæus iuxta fidei ſuæ fundamenta fateri cogatur, omnem Chriſti fidelem participem eſſe futuri ſæculi. Veruntamen ut nullus cauillandi & effugij locus ſuperſit aduerſarijs, dabo & concedam, hæc duo pariter inter Iudaicæ fidei radices eſſe collocanda. Nihilominus negare non poterit Iudæus, quin & Chriſtianæ fidei cultor uerus ſit Iſraelita, & conſors regni cœlorum, Hæc ſunt quæ defecta, ac minime ſalutaris Iudæorum fides complectitur. Orthodoxæ autem fidei fundamenta, breui hac tabella, Apoſtolorum ſymbolum dicta, explicantur.

Credo in unum Deum, patrem omnipotentem, creatorem cœli & terræ. Et in Ieſum Chriſtum filium eius unicum, Dominum noſtrum: Qui conceptus eſt de Spiritu ſancto: Natus ex Maria uirgine: Paſſus ſub Pontio Pilato, Crucifixus, mortuus, & ſepultus. Deſcendit ad inferos: Tertia die reſurrexit a mortuis. Aſcendit ad cœlos, ſedet ad dexteram Dei patris omnipotentis: Inde uenturus eſt iudicare uiuos & mortuos. Credo in Spiritum ſanctum: Sanctam Eccleſiam catholicam: Sanctorum communionem: Remiſſionem peccatorum: Carnis reſurrectionem: Et uitam æternam. Hæc ueluti totius

fidei

fidei,ueritatis ratio,baſis & fundamentum,una omnium fidelium ſententia probatur. Singula uero hoc ſymbolo contenta diſcutere,uel cauſas indagare, propter quas in multis uarient a Niceno & Athanaſij ſymbolo, & cur hæc ipſa inter ſe diſſonent, nec eadem ad amuſſim enunctient, minime ad noſtrum ſuſceptum hic munus ſpectat,quinetiam omnia eiuſcemodi ſymboli myſteria,in præcedenti uolumine,longo ſcrutinio,ex naturæ et ſenſibilium rerum concinnitate expoſui : illuc ſe transferat,qui naturalia fidei ueritatis teſtimonia & ratiocinia audire & ſcire deſyderat.

Si igitur recenſitas Iudaicæ credulitatis radices ad orthodoxę fidei ſymbolum retuleris, palam inuenies, quod Iudæorum fides (tametſi omnes eius radices approbatæ & Apoſtolorum ſymbolo compræhenſæ ſint) multa tamen quæ ad ueritatis fidei complementum ſpectant,deeſſe comperies: Et ideo illorum credulitatem minime ad uitam beatam ſufficere. Beata ſiquidem uita exigit,ut Deum uitæ auctorem, trinum,unumq;, & incarnatum colamus, eundemq; profiteamur ex uirgine natum, paſſum, mortuum & reſurrexiſſe, quorum nullum explicat fides Iudæorum. Quod autem hęc omnino atq; neceſſario credenda ſint ad ſalutem, id aut ex ipſo naturæ ordine,rerumq; ſenſibilium teſtimonio conſtat: aut ex reuelata & intemerata diuinorum eloquiorum authoritate oſtenditur. Primo autem modo, id, præcedenti uolumine plane ueritatem cupientibus expoſui. Secundo uero modo,idipſum præſenti tractatu, ſuperum nutu,perſoluere conabimur. Prius tamen arduam & difficilem, quæ ſeſe hic tacite offert, quæſtionem explicandam, pauciſq; enodandam duxi. Dubitabit enim non minus Chriſtianæ pietatis,quam Iudaicæ fidei profeſſor dicendo,cum diuina miſericordia (Ezechiele teſte) non uelit mortem peccatoris, ſed ut conuertatur & uiuat: Quæ etiam (ut ad Timo-
j. Timot. ij. theum Apoſtolus loquitur) uult omnes hoimnes ſaluos fieri,& ad ueritatis agnitionem peruenire. Vnde nam fiat,quod diuina eloquia plurima mandatorum repetat obſeruanda,et uaria temporum geſta perquam ſollicite commemoret, Quorum tamen credulitas minus oportuna ſit ad ſalutem: Hæc autem, ſine quibus nullus particeps eſſe poteſt regni cœlorum,adeo ancipiti,& obſcura ſententia protulerit,ut iam multorum inde perfidia,blaſphemiq; errores exorti ſint,qui & indies magis magisq; pullulent, & ſubeant incrementum. Ad hoc dicendum, potiorem (ut antea noſti) huius rei cauſam extitiſſe altitudinem rei cognoſcendæ, quæ licet a nullius ſe reuocet,uel abſcondat obtuitu, miſera tamẽ mortalis creaturę conditio tantũ lucis candorem (quaſi noctuæ uiſus) capere & ſuſtinere nequit,Et ꝓpterea incarnationis (ut pauloante ex Talmudeorũ auditi ſententia) redemptionis myſterium,nec angelis quidem miniſtrantibus cognitum & perſpectum erat: Vndę ſeptimo de ciuitate Dei docet Auguſtinus, Multos uerbum prædixiſſe de incarnationis ſacramento,
Eſaiæ xxix. quod ipſi tamẽ minime futurum cognouerint. Erat enim uiſio omnium, ſicut uerba libri ſignati, quia clauſi (inquit Dauid) ſunt ſignatiq; ſermones,

nes, uſq; ad præfinitum tempus. Hæc igitur una eſt cauſarum, qua ſub tanta caligine, & ancipiti ſacri eloquij ſermone expoſita & prænunctiata ſint Trinitatis, incarnationis, paſſioniſq; ſacramenta: Alia uero celandi ratio erat, ne Iudæorum multitudini daretur occaſio reuertendi ad uomitum Idolorum, & gentibus in eorundem cultu perſeuerandi. Idolorum namq; ſeruitus gemino errori innititur, quod & creaturam pro creatore colunt, & pro unico omnium ſęculorum rege Deo, plures adorant. Cum igitur Trinitatis ſacramentum pluralitatem quandam probet in diuinis incarnationis quoque arcanum exigat humanam creaturam, de fœmineo utero natam, ſimul cum diuina natura colendam eſſe, facile ſuſpicio ſuboriri poſſet, quaſi & plures Deos, ſimul & creaturam latriæ cultu adorare fas ſit. Idcirco propherarum aliorumque primorum, & ſapientum phariſæorum prouidentia, licet Trinitatis, incarnationisque myſteria enucleatius forſitan quam ipſi proferant, cognouerint: Attamen ne incauta & alioquin ad idolorum cultum prona Iudæorum turba, in priſtinum errorem, alienos Deos colendi relaberentur. Ideo ſub ænigmate & Amphibologia enunctiarunt recondita hæc fidei fundamenta. Acceſſit ad hoc fidelium tunc Iudæorum metus, quo auſi non erant, palam ea, quæ fidei ſunt profiteri, quod ille Cabaleorum & Allegorizantium princeps Rabi Simeon (Rakanate teſte) perplane edocuit, ſuper illud Deuteronomij præcipuum Trinitatis ſacramentum: Audi Iſrael, Deus deus tuus Deus uiuus eſt: non eſt (inquit) noſtris ſæculis alicui data facultas reuelandi, quouſq; ueniat Meſſias. Huic etiam adſtipulatur in magna gloſſa dicta breſchis Raba, clara ſapientum Talmudeorum auctoritas, ſuper illud Geneſis (Faciamus hominem) Scribunt enim ea hora, qua ſanctus qui eſt benedictus Deus Moiſi exprimeret, faciamus hominem, admirabundus ſciſcitabatur Moſes, inquiens, O moderator & conditor orbis, cur obſecro, hæreſiarchis occaſionem dari permittis aberrandi? Reſpondens dixit, Scribe, & qui aberrare uoluerit, erret: Vnde duo, quæ hic ad rem faciant, attende. Primo, quod explicita in diuinis pluralitas cauſam tribuit inſipientibus, quo pertinatius Deorum multitudinem credant & colant. Secundo, quod hæc de pluralitate in diuinis credulitas neceſſaria ſit ad ſalutem, alioquin ſatius tutiuſq; fuiſſet (ne execrando & lœtali errori locus daretur) ſingularitatem quam multitudinem in hoc opere creationis exprimere. Deuter. vj.

DEVM TRINVM ESSE ET VNVM, diuinorum eloquiorum, pariter Talmudeorum teſtimonia denunctiant.

COgnita igitur cauſa, qua Trinitatis & incarnationis myſterium ſub uerborum caligine & typo ſint tradita, iam redeundum unde digreſſus eſt ſermo. Et primo quod Trinitatis credulitas modis omnibus neceſ-

ſaria

ſaria ſit ad ingreſſum uitæ, ex manifeſtis ſacri eloquij & Talmudeorum monſtrabo teſtimonijs: Ex multis uero tria duntaxat breuitatis cauſa in medium hic proferam. Primum eſt illud præmemoratum Deuteron. oraculum: Audi Iſrael Deus deus noſter, Deus unus eſt. Vbi idem Rabi Simeon libro ſplendoris dicto Zohar, tria hæc nomina perſonarum Trinitati adaptat, patrem, filium, & ſanctum ſpiritum palam pronunctians. Quod autem in breui hac clauſula magnum & ſalutare latitet fidei ſacramentum, conſtat ex eo, quod codice benedictionum, unanimes Talmudei conſtituunt & mandant, ſcilicet ut quiuis Iudaicæ religioni addictus, per ſingulos dies mane & ueſperi, ſumma reuerentia & animi puritate, eiuſcemodi uerba uiua uoce exprimat, & animo meditetur, eo quod in hoc beatitudinis uis tota conſiſtat, iuxta matutinarum precum laudumq; ſuarum teſtimonium, quas ipſi uetuſta conſuetudine decantant dicentes: Beati nos quam bona, quam iucunda ſors, & decora hæreditas noſtra: Beati nos qui ſingulo die, mane & ueſpere dicimus, Audi Iſrael Deus deus noſter, Deus unus eſt. Quod ſi tu Iudæos & recentiores Talmudeorum interroges, quanam ratione tanta & tam ſalutaris in his uoculis ſita & collocata ſit uirtus, ut eorum pronunctiationem meditationemq; beatitudo & ſalus æterna comitetur. Nihil conſentaneum rationi reddere poſſunt, niſi hi qui Cabaleorum forſitan dogma, ſcriptaq; euoluerint, quemadmodum fuſius quarto huius operis uolumine audies. Secundum individuæ Trinitatis teſtimonium perhibet illud Pſalmorum: Deus deus dominus locutus eſt, & uocauit terram: Vbi priſci ſapientum Talmudeorum in contione Pſalmorum dicta Medraſtitim quærentes: Cur repetita ſint ſacra hæc Dei nomina, Reſpondent. Quia per hæc ipſa tria nomina creauit deus uniuerſum. Conſtat autem unanimi ſententia, opera creationis, per nullum medium uel organum eſſe producta, ſed ſola incomprehenſibili diuina potentia, ſapientia & uoluntate emanare, creata & condita eſſe uniuerſa. Idcirco tria hæc nomina nihil aliud inſinuare, niſi diuinam naturam cum perſonarum pluralitate intrepide cenſendum & iudicandum eſt. Tertium conſtantiſſimum Trinitatis teſtimonium eſt, Eſaiæ vi. oraculū dicens: Sanctus, Sanctus, Sanctus, Deus exercituū, plena eſt omnis terra gloria eius, quod uniuerſa Iudæorum ſynagoga bis ſingula die magna ueneratione & cultu profert & meditatur. Trina autem eiuſdem nominis repetitio, quidnam aliud, quam illam Trinitatem & diuinam eſſentiam, quæ ſola adoranda eſt, inſinuare & indicare potuit. Qua autem lege eiuſcemodi perſonæ ſeſe mutuo, diuinamq; eſſentiam reſpectent, & quæ eſſentialium, perſonalium, notionalium (ut uocant) attributorum, & id genus nominum ſint diſcrimina, non eſt noſtri hic muneris perquirere: de quo etiam quarto huius operis uolumine, nonnihil, ſuperum nutu, referare conabimur.

INCAR-

INCARNATIONIS SACRAMENTVM, ET DIuinitatis Moſſiæ arcanum, uaria prophetarum & Talmudeorum auctoritas oſtendit.

DE incarnationis autem myſterio, & diuinitate ſaluatoris, ſimiliter tria ſacri eloquij clara documenta, & totidem Talmudeorum adducam teſtimonia. Primum eſt illud Hieremiæ xxiij. iij, de ſuſcitando germine Dauid præſagium. Hoc inquiens, eſt nomen quod uocabũt eum, deus iuſtus noſter, ubi Caldei interprætis, aliorumq; omnium gloſſatorum ſententia de Moſſia ſaluatore ſermo eſt. Et licet Iudęorum perfidia hanc quoq; literam ſolito more, per uarios diſtrahat amphractus, Illorum tamen peruicatiam & ignorantiam, retundit ſolida Talmudeorum in contione Trenorum (dicta Medraſchecha) auctoritas, ubi de nomine Meſſię quęſtio eſt, & inter multa & uaria (iuxa multiplicia ſaluatoris myſteria) quę ibi pronunctiantur nomina, demum ipſius Rauahe in medium proferũt ſententiam, aſſerentem, deus fore nomen Moſſias, eo quod ſcriptum ſit, & hoc eſt nomen eius, quod uocabunt eum, deus iuſtus noſter, Secundũ eſt Zachariæ capite duodecimo uaticinium dicentis. Effundam ſuper domum Dauid & ſuper habitatores Hieruſalem ſpiritum gratiæ & miſerationum, & aſpicient ad me, quem confixerunt. Vbi deus qui ſpiritum gratiæ effundit, ſeſe transfixum pronunctiat, quod nefandum & execrabile quidem eſſet auditu, niſi diuinitatem in una hypoſtaſi, carnem humanis paſſionibus obnoxiam adſumpſiſſe probauerimus. Idipſum Zachariæ præſaguium ueteres Talmudeornm (Dauide kimhi teſte) de Meſſia Ioſephi filio audiendum eſſe uolunt. Quem (ut libro credendor; Rabi Seadias tradidit) interiturum dixere in bello Gog Magog & reſuſcitandum per Meſſiam filiũ Dauid, De quo bello, iuxta Talmudeorũ gloſſam (Rabi Salomone teſte) innuit pſalmus. Quare fremuerunt. De quo etiam apertius enunctiant Ezechielis xxxviij. uaticinia, & Apocalipſis oracula. Per filium uero Dauid Allegorizantes intelligunt ſapientiã, Aeternum dei filiũ, per quem ſuſcitanda erit humanitas Moſſias filij (ut putabatur) Ioſephi. Tertia incarnationis myſterij auctoritas eſt illud Yſaiæ ix. Puer natus eſt nobis, filius datus eſt nobis, & erit imperium ſuper Humerum eius, & uocabitur nomen eius admirabilis, Conſiliarius, deus fortis, Pater æternitatis, princeps pacis. Vaticinium hoc, licet Iudęorum proteruia de Rege Eezchia dictum eſſe cõtendat, Caldeus tamen interpres (cuius auctoritas aliorum omnium poſt Aiographa auctoritati eſt anteponenda) de Moſſia ſaluatore explanat. Cui etiam Aegyptij Rabi Moſis in Epiſtola ad Affricanos adſtpulatur teſtimoniũ. Quamuis uerba, quæ diuinitatem Saluatoris deſignant, ad diuerſum & diſſonum intellectum conuertat. Hoc igitur uaticinium ſaluatorem (ſecundum quod homo erat) puerum natum uocat. Quatenus uero a diuina na-

tura adſumptus, deum fortem, patrem æternitatis & principem pacis appellat. Singula uero harum rerum Archana, latius proſequi, non eſt præſentis negotij, ſatis enim erit intelligenti ut ex prophetarum prædictionibus, ex ueterum quoq; Talmudeorum teſtimonio compertum habeat, in Moſſia ſaluatore, diuinam naturam in unum conflari cum natura humana, Et eundem Chriſtum Meſſiam, deum & hominem credere & profiteri neceſſe ad ſalutem. Talmudeorum teſtimonium primũ, eſt magni Eliazaris Capitulorum ſuorum tertio, dicentis, Latus anguli Aquilonis creauit ſanctus, qui eſt benedictus, & non compleuit illud, propterea, ut cum quis dixerit & aſſeruerit ſe eſſe deum, ueniat ille ad hunc, quem reliqui angulum, & compleat illum, tunc omnes cognoſcent eum eſſe deum. Hinc aperte intelligendum, primo dari hominem, qui ſeſe deum eſſe profiteatur. Dari inſuper ſignum aliquod, efficax & ſufficiens illius diuinitatis teſtimonium. Tertio, quale ſignum illud ſit hic inſinuari, uidelicet Aquilonis anguli complementum. Tu autem poſterius ſcies, quo pacto per Allegoriam, Aquilo ſiniſtram, Auſter uero dextram teneat Throni altiſſimi. Viæ autem Prouerbiorum iiij. (inquit Sapiens) quæ a dextris ſunt, nouit deus, peruerſa uero ſunt quæ a ſiniſtris. Et propterea ſcribitur, Cor ſapientis in dextra eius, & cor ſtulti in ſiniſtra illius. Vnde & ſummus ille Iudex uniuerſorum, ouibus qui ſtatuentur a dextris, dicet. Venite benedicti. His autem qui a ſiniſtris, diſcedite a me maledicti in ignem æternum. Quia igitur extremus Archetypi mundi Angulus (Animus ſcilicet filiorum Adæ) Aquilonem & ſiniſtrum orbis latus contingat eiq; inhæreat, ideo uitio & peccato carere non poteſt. Septies enim (inquit Sapiens Prouerbiorum iiij.) in die cadit iuſtus. Nec eſt homo iuſtus in terra, qui faciat bonum & non peccet. Sola igitur diuina & omni creatura ſublimior poteſtas, hunc Aquilonarem Angulum a peccato imũnem & perfectum reddere potuit. Cum ergo Moſſias ſaluator. Iuxta Cabaleorum traditionem, omnem peccandi libidinem & concupiſcentiæ fomitem uincere & peſſundare debeat, eundem utiq; ſaluatorem & deum & hominem fateri oportet. Quod & Cabaleorum princeps Rabi Symon libro ſplendoris (Rakanate teſte) ſuper illud Geneſeos, Et tu dominaberis illius, perplane his uerbis recenſet. Gloria (inquiens) dei quæ uocatur Ata, dominabitur Angelo mortis, & ſtatim idem Cabaleus ſubiungit dicens, uocabulum Ata indicat ſapientiam dei, hæc ille. Tu autem noſti dei ſapientiam ſeu filium idem eſſe quod deus, qui ſolus peccati, fomitis & tentatoris domitor, exterminatorq; (iuxta prædictum Eleazaris ænigma) expectandus erat, quemadmodum quarto uolumine latius ſuperum nutu explicabo. Secundum Talmudeorum de incarnationis myſterio, teſtimonium eſt, codice ſenatorum,

capite

capite Heleck ſuper illud Iſaiæ. liij. de ſaluatore præſagium. Ecce intelliget ſeruus meus, exaltabitur plus quam Abraham, eleuabitur plus quam Moſes,& ſublimis erit plus quam Angeli miniſtrantes. Cum uero ſolus rerum conditor deus, celſior ſit uniuerſo Angelorum choro, conſequens eſt (iuxta Talmudeorum placita) eundem Meſſiam ſaluatorem, deum eſſe & hominem. Tertium Talmudeorum teſtimonium eſt in contione pſalmorū dicta Medraſch Thilim (prout Rakanates ſuper Geneſis tertio ex Rabi Barachiæ ſententia commemorat) ſalus inquiens Iſraelis, ſalus eſt ſancti & benedicti dei, eo quod ſcriptum eſt, Iuſtus & ſaluatus (non autem ſaluator) Ad cuius rectam intelligentiam ſcito, ubi de Meſſia uaticinatur propheta. Ecce Rex tuus ueniet iuſtus & ſaluator. In Hebræorum ibi exemplari legi, paſſiua uoce noſcha, quod non ſaluatorem, ſed ſaluatū deſignat, Vnde ſapientiſſimus ſenex ille Barachias hunc iuſtum, deum ſaluatum uocitat, & ideo Meſſiam deum ſimul & hominem eſſe cenſuit, quem ideo ex Iſraelis ſalute ſaluatum dicit, quod iuxta Cábaleorum, pariter & Apoſtolorum dogma omnes ueri Iſraelitæ compaginata quedam membra ſunt capitis Moſſias ſaluatoris. Et propterea cum gloriatur unum membrum, congaudent (inquit Apoſtolus i. Corint. xij.) omnia membra, unde membrorum ſalus quoquomodo in capitis ſalutem redundat, de quo alibi latius. Ex his denique clara & ſolida prophetarum & Talmudeorum de diuinitate & de incarnationis ſacramento collige teſtimonia & tecum reuolue.

CHRISTVM SALVATOREM debere de uirgine naſci, Prophetarum necnon & Talmudeorum plane oſtendit autoritas.

QVod autem Moſſias ſaluator naſciturus erat de uirgine primo Iſaie Cap. vij. teſtimonium declarat, propter hoc (inquiens) dabit deus ipſe uobis ſignum, Ecce uirgo concipiet & pariet filium, & uocabit nomen eius Emanuel (id eſt) nobiſcum deus. Vbi omiſſa proterua Iudæorum explanatione, quatuor hinc de ſaluatore colligamus ſacramenta. Primum paſſionis, dum pauloante legitur. Nunquid parum uobis eſt moleſtos eſſe uiris, quoniam moleſti eſtis & deo meo, Hæc enim increpatio in Regem Achazum eſſe non potuit, cum nihil redargutione, ſed laude potius dignum protuleret dicendo. Non tentabo deum, Moleſtiam igitur paſſionis ſub nubilo uidit & innuit propheta quam impia de domo Dauid phariſaica lues intulit. Incarnationis quoque hic myſterium exprimitur, ſimul & eius naſcentia de uirgine, dum ait. Ecce uirgo con-

go concipiet,& pariet filium. Tertio eiuſdem diuinitatem deſignat,cum præſagit eum fore uocandum, nobiſcum deus Emanuel, quod de Ezechia (ut cauillantur Iudęi) minime audiri potuit, qui nouem annis, antequam regni gubernacula ſuſceperat Achas, iam natus erat,ultimo deniq; loco,eius immunitatē a peccato inſinuat dicendo,Et ſciet reprobare malum & eligere bonum,quod (etiam Talmudeorum teſtimonio) ſtatim ex utero materno futurum indicat propheta. Prætermiſſis autem permultis alijs ſacri eloquij locis, ubi Iuniorum Iudęorum perfidia alteri cari poſſet,Duo dumtaxat irreuincibilia Talmudeorum in medium proferam teſtimonia,Primum in contione Threnorū dicta Medraſchecha,ſuper illud,Pupillæ facti ſumus,Ait Rabi Berachias, uos dixiſtis coram me, orphani facti ſumus abſqu patre, redemptor enim quem ſuſcitabo ex uobis, abſque patre erit. Secunda Talmudeorum auctoritas eſt in contione dicta Medraſch Ruth in Calce uoluminis, Aiunt enim,ſcriptum eſt,poſuit mihi deus ſemen aliud pro Habel ,quem occidit Kain. Ipſum ſcilicet ſemen, quod ab alio prouenit loco, id eſt Rex Moſſias hæc illi, Ad quod conuertitur illud Eſaiæ Generationem eius quis enarrabit,quia deriuatus ſeu deductus eſt de terra uiuentium.

PASSIONIS MYSTERIVM MVLtiplex prophetarum & Talmudeorum probat aſſertio.

TRia prophetarum ,totidem & Talmudeorum de paſſione ſaluatoris explicabimus teſtimonia,Primum eſt illud Eſaiæ. Verum languores noſtros ipſe tulit, & dolores noſtros ipſe ſuſtinuit. Quod ueteres Talmudeorum de Moſſia explanant, licet recentiores ad aliena ſolito more retorqueant. Nec puduit eos, uel maxime gloſſatorum ſuorum principem Salomonem docere, & aliorum ignorantiam commonefacere , ut (ad præcauendum traditionem & fidem Chriſtianorum, quos hæreticos uocant) minime attendant priſcorum Talmudeorum, neque Caldaici interprætis,ſumma auctoritate uiri, gloſſemata, literæ contextum , quouis interprætamento ad alium ſenſum conuertant . Quod idem ille Rabi Salomon,apertius explicat ſuper Pſalm.Deus in uirtute tua lætabitur Rex (inquiens) Bonum eſt pſalmum hunc de ipſomet Dauid exponere pro reſponſo obijciendo hæreticis,ex eo uide licet,quod ibi paſſionem ſaluatoris palam pſalmus ipſe expreſſerit. Tu igitur conſydera an mirum ſit,quod is lucem non uideat,qui ſponte ſua palpebras comprimit, & a claro lumine ad tenebroſam caliginem obtuitum auertit. Secundum de paſſione ſaluatoris teſtimonium, eſt apertiſſimum

apertiſſimum illud Zachariæ oraculum dicens, Et reſpicient ad me, quem transfixerunt, quod priſci Talmudeorum (Rabi Sadias in libro credendorum teſte) de Moſſia filio Ioſephi (ut antea commemoraui) audiendum non dubitant. Tertium teſtimonium eſt Pſalmo. v. Deus in uirtute tua lętabitur Rex, Quem etiam Caldeus interpres de Moſſia ſaluatore exp lanat, legitur enim ibi, Quoniam declinauerunt in te mala, cogitauerunt conſilium quod non potuerunt ſtabilire, ubi dicendo, declinauerunt in te mala, palam de paſſione ſimul & diuinitate præſagit redemptoris. Talmudeorum de hoc teſtimoniū primum, eſt codice Senatorū (dicto Sanhedrim capite Heleck, ſuper illud Eſaias) iuxta latinam æditionem. Et replebit cum timore Domini, ait enim Rabi Alexander, litera oſtendit ipſum Moſſiam mandatorum & ærumnarum ſarcina, quaſi lapidis molaris pondere onerandum. Secundum teſtimonium eſt eodem capite Heleck, ubi de nomine Moſſias quęritur, aiunt ibi Rabini, ulcera ſeu plagæ domus Rabi eſt nomen eius, quod dictum eſt. Languores noſtros ipſe tulit. Tertium ibidem teſtimonium, quo dubitant, inter uiuos ne, an mortuos iam eſſet Moſſias, ſi de numero uiuentium (inquit Rau) credendus ſit Moſſias, tunc ille eſt Rabi noſter ſanctus. Si uero de numero mortuorum, tunc credendum eſt hunc fuiſſe uirum deſyderiorum Danielem, ubi Rabi Salomon cauſam aſſignans, cur unus uel alter iſtorum cenſendus ſit Moſſias, quia uarijs (inquit) ambo languoribus & ærumnis fuerunt obnoxij, Vnde animaduerte, quod non modo paſſionem probat redemptoris, ſed dubitant & ſuſpicantur eius iam præterijſſe aduentum, prout Apoſtolicum ſymbolum & ueritatis probat fides, & nos idipſum paulopoſt argumentis pluribuſq; teſtimonijs oſtendere conabimur.

MOSSIAM SALVATOREM DE bere, e mortuis reſurgere, diuina docent oracula, & Talmudeorum probat traditio.

DE Reſurrectione autem ſaluatoris, primum eſt illud uaticinium Amos ix. In die illa ſuſcitabo tabernaculum Dauid, quod cecidit. Id enim etiam Talmudeorum (capite Heleck ſententia) De Moſſia ſaluatore audiendum eſt, ubi Talmudiſta (Rabi Menahemo auctore) Moſſiam filium caſus uocitat, ex eo quod ſcribitur, in die illa ſuſcitabo tabernaculum Dauid quod cecidit. Per caſum tabernaculi mortem innuens ſaluatoris, per ſuſcitationem, eiuſdem reſurrectionem denuncians, Ad quod conuertitur & illud æternæ ueritatis ſacramentum. Soluite templum hoc & in tribus diebus excitabo illud. Secundum reſurrectionis teſtimonium eſt illud Hieremiæ. Seruient (inquiens) domino deo ſuo, Ioan. ij.

ſuo, atque Dauidi Regi ſuo, quem ſuſcitabo, ubi ſecundum Talmudcorum & Caldaici interprætis placitum, de ſuſcitando Moſſia ſaluatore præſagium eſt, quem Dauid, hoc eſt, de dauidica ſtirpe natum uocat, quemadmodum teſtatur et propheta Oſeas dicens, poſt hoc reuertentur filij Iſrael, & quærent dominum deum ſuum, & Dauidem regem ſuum. Tertium ſacri eloquij teſtimonium eſt Habacuch inquiens, iuxta hebræum exemplar, Adhuc uiſio ad certum tempus profert ad finem, & non mentietur, ſi moram fecerit expecta illum, quia ueniens ueniet, & non tardabit, & paulo poſt ſequenti capite ſubnectit, dicens. Deus audiui auditionem tuam & timui, Deus opus tuum, in medio annorum uiuifica illud, in medio annorum notū facies: hæc ille. Vaticinium hoc, licet plurimi gloſſatorum, de Babilonicæ capitiuitas redemptione explanent, Talmudei tamē capite Helek idipſū de Moſſia ſaluatore intelligunt, aſſerentes oraculum hoc (ob myſterij altitudinem) penetrare atque deſcendere uſque ad abyſſum, Etenim qui recta mente huius uaticinij uerba penſitet, plane dijudicabit, quod propheta cum de Babilonica redemptione uaticinatus fuerit, tunc aliud etiam (prophetici ſpiritus more) de geremino Moſſias aduentu ſugeſſiſſe arcanum, dicens, Adhuc (uidelicet præter Babilonicam) uiſio alterius redemptionis futuræ, Quarum una erit ad certum tempus, alia ad finem, quæ licet moram fecerit, tamen expectanda eſt, quia non mentietur uiſio iſta, Alia autem propior erit, quæ non retardabit, & propterea replicat propheta illius aduentum, dicendo, quoniam ueniens ueniet, unde de ipſa reſurrectione ſubnectit. Deus (inquiens) opus tuum in medio annorm, ſeu ætatum & ſeculorum mūdi, prout in præcedenti uolumine latius expoſui. Quod ſi tu uerborum hic, hebraicæ uocis ſonum ad amuſſim perpendas, audies prophetam uociferare & dicere, Deum opus eſſe de, iin medio annorum uiuificandum, reueladumq;, & tu conſydera. Talmudeorum de ſaluatoris reſurrectione teſtimonium, eſt expreſſa Rabi Seadias libro credendorū auctoritas, aſſerētis (ut ante commemorauimus) Moſſiam Ioſephi filium moriturū in bello Gogmagog, & reſuſcitandum per filium Dauid: quod & ueteres probāt Talmudei ſuper illud Zachariæ, & aſpicient ad me, quem tranſfixerunt. Quemadmodum Rabi Dauid Kimechi ibidem recēſet. Hæc denicq; de reſurrectione ſaluatoris teſtimonia ſatis fore exiſtimo illis qui ueritatis arcana ſedulo audire & perdiſcere deſyderant, Priſci nāq; & prouidi Talmudeorum ſapientes (ut ſecundo huius uoluminis tractatu protuli) ne rudis & indocilis ſemper ad malum prona Iudęorum & gentium turba in priſtinum creaturarum & Idolorum cultum, uel in pernicioſum de deorum multitudine errorem relaberentur, tum etiam proteruiam & inſolentiam metuentes infidelium ſub nubilo & uelaminum uarietāte circumtecta, tradebant hæc ueritatis fidei ſacramenta.

PRIMVM

PRIMVM MOSSIAS PRAETERIISSE aduentum, Et hunc Ieſum fuiſſe Nazarenum, ſolida argumenta & auctoritas ipſa demonſtrant.

DE aduentu ſaluatoris licet Iudęorum credulitas cum fide orthodoxa ſentiat, de tempore tamen & perſona redemptoris longe a ueritatis tramite poſteriores Iudęorum exorbitant, qui eum ad ſaluandum adhuc uenturum expectant, & Ieſum Nazarenum Chriſtum domini promiſſum extitiſſe ſaluatorem negant protinuſq; reiiciunt. Priſci uero Talmudeorum (Aegyptio, Rabi Moſe, ultimo ſuo de iudicibus libro teſte) nihil certi de tempore Moſſias enunciant, Nam & ille Talmudeorum anteſignanus Rabi Ekiua (Hadriano Cæſare imperante) cuidam Iudaicæ mi litiæ & factionis duci Ben Cuzeba (de quo & quarto Eccleſiaſticæ hiſtoriæ libro Euſebius meminit) ſeſe aſſeclam atque miniſtrum exhibuit, eundem Moſſiam ſaluatorem eſſe exiſtimans, qui tamẽ miſeranda clade & nouo Iudaicæ gentis exterminio, in oppido Bether cum uniuerſa illi adhærente multitudine, extinctus & deletus eſt. Quemadmodum igitur iſte ſapientiſſimus phariſæorum falſa credulitate arbitratus eſt illum extitiſſe Moſſiam qui non erat, ita pari errore & fallatia Ieſum Nazarenum negabat fuiſſe ſaluatorem, qui uerus Moſſias & orbis reſtaurator extiterat. Nos uero conſtantiſſimis prophetarum, necnon & primorum Talmudeorum teſtimonijs Chriſtum ſaluatorem ueniſſe, & hunc Ieſum fuiſſe Nazarenum, ſub Pontio Pilato paſſum, oſtendere conabimur, duobus tamen præiactis fundamentis. Primo quod duo (ut antea innuimus) credendi ſint Meſſiæ aduentus, prior ad redimendum, alter ad iudicandum. Secundo quod redemptio ſaluatoris (iuxta Talmudeorum placita) ſpiritualem potius, quam mundanam ſalutem concernat. Primum per diuerſa & diſſona prophetarum uaticinia oſtenditur, quæ de uno eodemque Moſſias aduentu intelligi nequeunt. Zacharias namque propheta, ſaluatorem pauperem uenturum, & ſuper aſinum equitantem, denunciat. Daniel uero eundem cum nubibus cœli, filij hominis inſtar, uenientem dicit: de qua repugnantia plurimum (libro ſenatorum capite Helek) dubitant, & admirantur etiam Talmudei. Cum igitur de uno eodemque aduentu hæc audiri non poſſint, reuincitur, ut duo ſint Moſſias aduentus. Primus in habitu pauperis, ſuo nos ſanguine redempturus. Ecce (inquiens) Rex tuus ueniet tibi iuſtus & ſaluator, qui pacem loquetur gentibus: & paulopoſt ſubnectit. Tu quoque in ſanguine teſtamenti tui emiſiſti uinctos tuos de lacu. Secundus uero aduentus eſt ad iudicandum, Iudicium inquiens ſedit & libri aperti ſunt, & ecce cum nubibus cœli ueluti filius hominis, cui omnes populi, tribus & linguæ ſeruient.

Hæc Daniel. De hoc etiam duplici aduentu palam teſtatur ſenis Rabi Barachiæ contio ſuper illud Eccleſiaſt. Nihil eſt recens ſub ſole, ait enim, Quemadmodum primus redemptor (uidelicet Moſes) apparuit, iterumque diſparuit, Sic & ultimus redemptor apparet, & exinde iterum occultatur (intellige aduſque ſecundum aduentum in fine ſęculi) Quod autem Moſſias pro ſpiritali potius, quam mundana ſalute ſperandus ſit, Varijs ſacri eloquij & Talmudeorum dictis oſtenditur, Et primo ex hoc, quod ipſi Talmudei inter reliquas radices, quæ omnino credendæ ſunt ad ſalutem, enumerant credulitatem de aduentu & redemptione per Moſſiam, quæ quidem fides minime neceſſaria eſſet ad ſalutem, ſi mundana intelligenda ſit redemptio, cum clara habeatur Talmudeorum ſententia, quod bonorum operum merces, in cœlis & non in lubrico & caduco hoc ſęculo expectanda ſit. Iuxta illorum gloſema ſuper illud Deutero. ſeptimo. Quæ ego mando hodie tibi ut facias, aiunt enim ut facias hodie, ſed non ut hodie mercedem ſuſcipias, autumantes mandatorum præmium minime in hoc ſęculo ſperandum. Quum ergo redemptio per ſaluatorem (ut ipſi docent capite helek) non ſit ſperanda niſi per pœnitentiam & opera bona, Bonorum autem operum retributio minime in hoc ſęculo danda ſit, Reuincitur ꝙ redemptio per Meſſiam ſpiritalis potius, quam mundana ſit expectanda. Idipſum plane docet magnus ille Caldeus interpres Ionathan explanans illud Pſalmi duodecimo. Haurietis aquam cum gaudio de fontibus ſalutis (ubi omnium ſententia de Moſſia uaticinium loquitur) dicit ibi, & diſcent nouum dogma ab electo Iuſtorum. Sic & plurimi priſcorum Talmudeorum, quando in ſacris eloquijs de terra promiſſionis, de Hieruſalem, de Zion legitur, de ſpiritali ſalute audiendum uolunt. Et inprimis ubi (ſenatorum Codice capite Helek) monſtrare nituntur, Omnem Iſraelitam participem eſſe futuri ſęculi. In medium producunt illud Eſaiæ lx. dicens. Populus tuus, omnes iuſti, in perpetuum hæreditabunt terram. Vnde & Aegyptius Rabi Moſes, tractatu de pœnitentia, uarijs (inquit) metaphoris & tropis ſempiternam uitam inſinuant prophetæ, puta monte domini, loco & uia ſanctuarij, Atrio domini, ſuauitate domini, templo domini, porta domini, & id genus, quibus perplane intelligere licet redemptionem per Moſſiam ſpiritalem potius, quam mundanam polliceri ſalutem. Duobus igitur his ſtabilitis fundamentis, dicendum Moſſiam ſaluatorem ueniſſe, & hunc fuiſſe Ieſum Nazarenum ſub Pontio Pilato paſſum, idque gemino argumento oſtendam. Primo ex eo, quod illud tempus, quo prophetæ uenturum ſaluatorem deſignant tranſactum ſit a tempore aduentus Ieſu Nazareni. Secundo, ex eo quod ſalutare opus illud, quod ex ſaluatoris ſperatur præſentia conſummatum iam ſit per eundem Ieſum Nazarenum Chriſtum domini. Primum ex Iacobi uaticinio monſtratur dicente, Non auferetur ſceptrum de Iuda

& dux

& dux (ſiue legifer) de fęmore eius, donec ueniat ille, qui mittendus eſt, & ille erit expectatio gentium. Hoc præſagium uim habet conditionalis, cuius parte antecedente admiſſa, continuo ſequitur ueritas conſequentis, dicendo. Quando auferetur ſceptrum de Iuda, ueniet ille qui mittendus eſt. Sceptrum uero illud ablatum eſt in aduentu Ieſu Nazareni, ergo tunc uenit, qui mittendus erat. Nec ualet hic Iudęorum cauillatio, qui effugium quęrunt contendentes, quod longo temporis tractu, ante Ieſu Nazareni præſentiam ablatum fuerit ſceptrum de Iuda, quando Machabei de tribu leui, una cum pontificia dignitate potiti ſunt regali ſceptro, Etiam quod multis annorum luſtris poſt Ieſum Nazarenum perſeuerabat eorum regnum in terra Iſrael. Ex quibus inferunt Ieſum Nazarenum minime fuiſſe illum qui mittendus erat, ignorant namque miſeri regnum ſceptrum ue Iudæ, dici non ex eo quod Rex ipſe de ſtemmate ſit, & ſanguine Iudæ, Quemadmodum Romanum Imperium dicitur non ex eo, quod qui imperauerant fuerint ſemper (ut noſti) de Romanorum propagine, ſed quia per Romanorum exercitum & Magiſtratum electi, uel admiſſi & conſtituti erant ad imperandum. Sic & regnum Iudæ dictum eſt, eo quod populi & magiſtratus atque tribus Iudæ una cum conſtituto rege gubernacula tenerent terræ Iſrael: Et licet tribus quoque Beniamin incolæ tunc erant Iudeæ, potior tamen & numeroſior pars erat Iudæ. A quo tota illorum terra nuncupata eſt Iudęa. Minime etiam conſyderat Iudęorum hallucinatio, quod hæc temporis nota (donec) non ad amuſſim horam hanc diemque & annum aduentus ſaluatoris denunciat cum cuiuslibet rerum euentus detur exordium, progreſſus & ſtatus, quæ certum uariumque temporis ſpacium complectuntur, prout Aegyptiacæ captiuitatis tempus Moſis ore prænunciatum declarat, Ait enim Gen. decimo quinto & affliget eos quadringentis annis. Et Exod. duodecimo alibi, habitatio (inquit) filiorum Iſrael quo manſerunt in Aegypto fuit triginta & quadringenta annorum. Tu autem ſi uniuerſum incolatus illorum in Aegypto tempus computes, non amplius quam ducentorum & decem annorum numerum inuenies. Talmudei uero hunc nodum ſoluunt, autumantes, Aegyptiacæ afflictionis annos, exordium habuiſſe, a natiuitate Iſaac, & tu conſydera. Secundum diuini eloquij teſtimonium, eſt Danielis nono præſagium, ſeptuaginta inquiens, hebdomadæ deciſæ ſunt ſuper populum tuum, & ſuper urbem ſanctam tuam, ut conſumetur præuaricatio, & finem accipiat peccatum, & deleatur iniquitas, & adducatur iuſticia ſempiterna. Vbi iuxta Talmudeorum traditionem in libro de ordine mundi dicto ſederalem (Rabi Moiſe gerundino teſte) per iuſticiam ſempiternam:

piternam, Moſſias ſaluator oſtenditur, licet hebdomodarum computum, Iuniores ſolita peruicatia ad alienum ſenſum retorqueant, literæ tamen ſeries palam ſeptuageſies ſeptem annos denunctiat, qui nonaginta ultra quadringentes annorum ſummam deſignat, quam a Babylonica captiuitate, uel ab exitu reuelati ſermonis aduſque dominicæ paſſionis, aut gratiæ tempora extendi comperies, atque ſingula hoc pronunctiata oraculo tunc ſortita eſſe effectum plane dignoſces. Hæc autem ſi latius audire deſyderas, ſcriptorum ampla hoc loco gloſſemata euolue. Tertium ſacri eloquij teſtimonium eſt illud Agei præſagium, Adhuc unum (inquit) & modicum eſt, ueniet deſyderatus cunctis gentibus, Vbi etiam Talmudeorum ſententia uel maxime, prænominati Rabi Heliæ (capite helek) de Moſſia ſaluatore ſermo eſt, quod uaticinium, hauddubie tranſfactum iamdiu Moſſiæ aduentum deſignat, alioqui falſum eſſet præſagium, modicum promittens temporis ſpacium futuri ſaluatoris aduentus, cum ab huiuſmodi prædictionis tempore ad hunc uſque diem, iam ultra duo milia effluxerint anni. Talmudeorum uero, tametſi plura huc adduci poſſent, tria tamen compendij cauſa in medium proferam teſtimonia. Primum eſt libri ſenatorum, capite helek, Vbi Collegium (inquiunt) Hellię tradidit ſex milia annorum perduraturum eſſe mundum, duo milia inane, duo milia legis, & duo milia dies Moſſias, hæc illi. Tu autem duo, quæ ad noſtrum hic propoſitum ſpectant collige, unum ꝙ legis obſeruantia limitatum habeat tempus. Alterum ꝙ iam tranſactus ſit Moſſiæ ſaluatoris aduentus, eo quod ſecundum computum Iudęorum a mundi primordio ad hunc uſq; diē (quo. ſ. edita ſunt præſentis uoluminis ſcripta) nonaginta ſeptem ultra ducenteſimum & quintum millenarium enumerantur anni. Quod ſi anni Moſſias numerantur (ut Talmudiſta aſſerit) ab initio millenarij quinti, fateri neceſſe erit de tempore & diebus Moſſias, Mille ducenta & nonaginta quinq; effluxiſſe iam annos, ſumpto uidelicet exordio a Conſtantini magni temporibus, quibus potiſſimum diffundi & ſtabiliri cępit per orbem gratia ſaluatoris & fides orthodoxa. Secundum Talmudeorum teſtimonium, eſt eodem capite helek, Vbi (Rabi Iuda autore) ſcribitur ſęculum quo aduenit filius Dauid, domus ſydonalis in lupanar conuertitur, & deuaſtatur Galilea. Vnde palam audire licet ꝙ aduentus Moſſiæ, eo tempore ſperandus erat, quo Iudei magiſtratum gererent, & gubernacula tenerent Galileæ & terræ Iſrael. Tertium Talmudeorum teſtimonium, in magna gloſſa Threnorum dicta Echa rabſi, ubi enarratur de Moabita uiatore, qui dum quendam arantem uidiſſet in agro colonum dixit illi, liga boues tuos, liga poculum & hidriam tuam, quia natus eſt Moſſias, hæc illi. Iuniorum uero Talmudeorum tanta & tam proterua eſt ignorantia, ut ille gerundinus Rabi Moſes in diſceptatorio ſuo aduerſus P. Burgenſem tractatu, nullum aliud in hoc loco refugium inueniens, dicere non

cere non abhorruit, non fore inconueniens, quandoque Talmudeorum nonnulla dicta minime admitti. Quod tamen ab uniuerſa Iudęorum ſynagoga crimen,ſcæluſque nefandum ducitur. Si denique ſingula Talmudeorum eodem capite helek dicta attendas, plane & in promptu conſpicies omnia illa atteſtari Moſſiæ aut præterijſſe aduentum ad ſaluandum, aut in fine ſęculorum futurum ad iudicandum. Secundo loco Ieſum Nazarenum uerum fuiſſe ſaluatorem oſtenditur ex ipſo ſalutari opere, quod effectum eſt per ipſum,potiſſimum ſiquidem (ut Deutero.i.legitur) ad generis humani ſalutem requiritur,& cuius gratia uniuerſa lex mandatorum tradita eſt Iſraeli,nihil aliud eſt,niſi ut ſoli omnium rerum conditori Deo ſeruiat,fide & dilectione inhæreat, execrandumque idolorum cultum protinus eliminet. Ego (inquit) ſum Deus tuus,non habebis deos alienos coram me, & propterea ſtatuunt Talmudei, ꝙ quicumque cultum reſpuit idolorum,uniuerſæ legis cultor & operator reputabitur. Ediuerſo, Quicumque idolorum cultum amplectitur, totius legis præuaricator & contemptor iudicandus erit. Quum igitur eiuſcemodi letalem idolorum cultum (quem nulla primorum ſanctorum, neque prophetarum autoritas, uel ſuper cœleſtis illorum uirtus, neque ulla præpotentum, ſapientiſſimorumꝙ regum prouidentia, & ampla poteſtas, ab una contribuli Iudęorum gente tollere & extirpare potuit) id ipſe pauper, mitis,& humilis corde Ieſus Nazarenus Chriſtus dominus, ſpiritu oris ſui, Apoſtolorumque ſuorum uirtute & opere de uniuerſo tunc cogniti orbis ambitu exterminauerit, funditusque perdiderit & extinxerit (iuxta illud Zachariæ præſagium) Et erit (inquiens) in die illa dicit dominus exercituum, diſperdam nomen Idolorum de terra & non recordabuntur ultra: Solido concluditur argumento hunc ipſum Ieſum Nazarenum, ſub Pontio Pilato paſſum, uerum et prenunctiatum extitiſſe ſaluatorem,in cuius nomine omne genu flectitur cœleſtium, terreſtrium & inferorum, Cui ſit laus, gloria & honor. Ex uniuerſo denique & longo prædictorum examine, reſumæ, æternæ Trinitatis fidem, & dominicæ incarnationis, paſſionis,reſurrectionis & redemptionis ſacramenta,adimpleta eſſe per Ieſum Nazarenum,ſub Pontio Pilato paſſum, Et ꝙ hæc omnia credere neceſſe ſit ad ſalutem, Quorum cum nihil explicet Iudęorum credulitas, manifeſte ſequitur,defectam,& non ſatis ad cœlorum regnum fidem eſſe Iudęorum. Qui tamen iuxta credulitatis ſuæ radices, modis omnibus (ut ſtatim explicabitur) fateri coguntur, omnem Chriſti fidei ſectatorem participem fieri ſempiternæ ſalutis.

TRACTA-

TRACTATVS TERTIVS, IVDEVS IVXTA fidei ſuæ fundamenta fateri cogitur, omnem Chriſti fidelem participem eſſe regni cœlorum.



RIta enim & indubitata apud Talmudeos (ſenatorum codice, capite helek) ſententia, omnem Iſraelitam partem habere futuri ſęculi, cumq; compertum fuerit, omnem Chriſti fidelem uerum eſſe Iſraelitam, Conſequens erit (ex Talmudeorum aſſertis) eundem partem habere futuri ſęculi. Ille ſiquidem uerus dicitur Iſraelita qui præmemorata tredecim, uel (ſecundum aliorum placita) undecim Moſaicę legis profitetur fundamenta, profitetur autem hęc ipſa, omnis Chriſtianæ pietatis cultor, hunc ergo uerum eſſe Iſraelitam fateri oportet. Quod autem omnis Chriſti fidelis, ſingulas Iudaicę credulitatis radices probet, facile quidem erit intelligere, ſi quas enumerauimus illorum fidei radices, cum orthodoxo ſymbolo contuleris. Reperies enim utriuſq; ſymboli contenta, aut aperte, aut per concomitantiam ad amuſſim eadem profiteri. Reliqua autem, quæ adiicit & ſupplet fides orthodoxa, etſi minime Iudęorum ſymbolo compræhenſa ſint, in nihilo tamen (ut in ſequentibus audies) repugnant. Quinq; enim (ſi aduertis) dantur Iudaicæ credulitatis radices, quæ plane eadem cum fide orthodoxa enunciant. Quia deus eſt, q; unus, q; præmiat et puniat, q; expectandus Moſſias, q; futura ſit mortuorũ reſurrectio. Ne autem uocum affinitas, rei intelligentiam confundat, ſcito q; Meſſia hæbraico idiomate Chriſtum ſeu unctum ſonat. Vt illud pſalmorum; & aduerſus Chriſtum eius, hebraicæ. Meſſiho cũ hes litera, Moſſia uero ſaluatorem deſignat, ut illud Iudicum. Clamauerunt ad dominum & ſuſcitauit eis ſaluatorem, hæbraice Moſſia, cum Ain, quod tu ubiq; memento. Harum igitur radicum primam & ſecundam explicat ſymbolum dicendo, Credo in unum Deum. Tertiam cum quarta profert. Inde uenturus eſt iudicare uiuos & mortuos, Quintam explicat in ſymbolo carnis reſurrectio. Nec obſtat, quo minus radix de aduentu Moſſiæ ſaluatoris eadem ſit apud Iudęos & Chriſti fideles. Nempe quod Iudęi illum uelut ſaluatorem, fides uero orthodoxa, ut iudicem uenturum ſperet, ſiquidem aduentus ille, licet uel maxime quidem futurus ſit ad iudicandum, Iudęis tamen erit ad ſalutem, Iuxta illud Apoſtoli, Cœcitas ex parte contigit in Iſrael, donec plenitudo gentium intraret, & ſic omuis Iſrael ſaluus erit. Vnde uigeſimo de ciuitate dei Auguſtinus inter reliqua, octo quæ in illo iudicio, uel circa illud iudicium uentura ſunt fidem quoq; Iudęorum commemorat, Quod & ipſa Caldaica ędition (cui æqua ſerme cum Aiographis eſt apud Iudęos authoritas) ubi Oſeas uaticinatur. Poſt hæc (inquiens) reuertentur filij Iſrael, & quęrent dominũ deum ſuum, & Dauid regem ſuum. Ibi uertit Caldeus interpres, obedient Meſſiæ filio Dauid regi ſuo. Quapropter radix de futuro Iudęis ſaluatore ab orthodoxo minime deuiat fundamento, Et nihil quidem prohibet

qui Iudęi

qui Iudęi in ultimo iudicio, temporis longo tractu, ante ſęculorum finem, fidem ſuſcepturi ſint orthodoxam, in qua ad finem ſęculi perſeuerent. Incertum namq; eſt (iuxta eiuſdem Auguſtini, ſapientumq; Theologorum traditionem) per quot dies aut annos futurum hoc tendetur iudicium. Iudicium inquam diſcuſſionis, quod multis protrahi poterit annorum luſtris, non autem retributionis, executioniſq; iudicium, in quo finiet & deſinet ſęculorum ordo. Quinq; igitur Iudaicæ credulitatis radices palam Apoſtolorum ſymbolo explicari manifeſtum eſt. Supereſt modo ut Iudęorum reliquas radices octo in eodem ſymbolo per concomitantiam comprehendi declarem. Tres igitur harum radicum, uidelicet q; incorporeus ſit deus, q; omnium primus, q; ſolus ſit adorandus, ad primū fidei fundamentum, quo niſi unum Deum credimus, ſtatim ſequuntur. Deus enim cum ſit ens, nulla conditione dependens, Corpus autem, & quicquid ei inhæret a partibus ſuis, & aliquo eius efficiente dependeat, corporeus utiq; deus credi non poterit. Sic & de primatu dei idem militat argumentum, qui cum ſit omnipotens & omnium primus, ipſe nimirum ſolus erit adorandus. Adoratur autem credendi actu, quo non ſolum deum, & deo credimus (ſic enim & dæmones credunt & contremiſcunt) ſed in ipſum charitate & ſpe ferimur, quod iam fieri non poteſt, niſi carnalis concupiſcentiæ refrenata & ſubacta libido fuerit. Id cum nonnulli noſtra tempeſtate mycrologi minus conſyderent, omnia externa uirtutum & mandatorum opera floccipendunt, & ueluti futilia & irrita (in multorum præcipitium & perditionem) pronunciant, prout latius tertio huius ſuſcepti operis uolumine, iuuante Chriſto, explicabimus. Tres autem deinceps Iudaicæ credulitatis radices de prophetiæ dono, q; Moſes propheta extiterit, q; lex de cœlo ſit tradita, neceſſario præexiguntur ad hoc, ut ſanctam eccleſiam catholicam credamus. Niſi enim creditum fuerit, diuinam dari mortalibus inſpirationem, tam præſentia quam futura denunciantem (quam prophetiam appellari libuit) inutile quidem, & uanum eſſet ſanctam Eccleſiam Catholicam credere ad ſalutem, cum per ipſam ſanctam & Catholicam Eccleſiam, nihil aliud quam Apoſtolorum & prophetarum, aliorumque ſanctorum cœtum iunctim intelligamus. Iuxta illud Auguſtini. Solis (inquit) Apoſtolis & prophetis hic honor exhibendus, ut quæcumque dixerunt, hæc ipſa uera eſſe credantur. Synodali uero ſanctorum authoritati eatenus credimus & obtemperamus, quatenus ſana ratione, & lege naturæ conſtare nouerimus, uel ſuper Apoſtolorum & prophetarum ſtructa & ſolidata fuerit fundamentis, uel eiſdem ſaltem non repugnent, Iuxta illud Apoſtoli & Epheſeos ij. ſuperædificate ſuper fundamento Apoſtolorum & prophetarum. Sic igitur niſi & Moſen dei prophetam extitiſſe crediderimus, nullam firmam & ſtabilem fidem Moſis traditionibus præſtare poſſemus: Veruntamen, quamuis prophetiæ donum, & Moſen dei prophetam admiſerimus, nihilominus, quia non

ſemper præſto eſt præphetis, ſanctus & ſupercœleſtis ille ſpiritus, quan-doquidem & Moſen maximum prophætarum, & Apoſtolorum prin-cipem Petrum nonnunquam exortabitaſſe, & a ueritatis tramite ab-erraſſe legimus. Ideo niſi uniuerſam Moſis legem cœlitus tradi-tam dixerimus, nutaret utiquæ, & in ancipiti uoluerettur mens fide-lium, An omnia ſancita & monita legis omnino credenda eſſent ad ſalutem. Idcirco quicumquæ ſanctam Eccleſiam catholicam profitetur, is & uniuerſam Moſis legem de cœlo traditam eſſe fateatur oportet. Cur autem de cœlo & non potius a deo dicatur lex tradita, iuxta illud Exodi, uos audiſtis quod de cœlo locutus ſum uobis, & ad Galat. Apoſto-lus, lex (inquit) data eſt per Angelos in manu mediatoris, Id non eſt præ-ſentis negotij diſcutere. Radix autem, quę Moſis legem in permutabilē, in aliam dei legem ſtatuit, licet in frōte pugnare uideatur cum fide orthodo-xa, quę nouam legem, nonnunq; mandatum & teſtamentum profitetur, Attamē ſi recta & ſana intelligentia inſpicias, nihil penitus inuenies, quod in hoc diſſonet fidei fundamentis, Radix enim iſta bipertitum ſonat intel-lectum, aut enim ideo lex creditur immutabilis, quia cuncta eius mandata iugum imponant & ligent, ut imperpetuum opere ſint adimplenda, Aut quia nulla alia factorum lex a deo tradita, uel tradenda ſit inpoſterum pro lege Moſis, Primum & Apoſtolicæ quidem ueritati, & Moſaicæ legis inſtituto aduerſum eſt. Qui enim poſt euulgatam fidei & gratiæ legem ſe-ſe ſubiecit legi factorum Moſis, is (ut Apoſtolus docuit) ſe ſubdit maledi-cto, & gratiam cōtemnit ſaluatoris, q ſuo nos ſangnine & crucis ſupplicio a maledicto redemit. Aduerſatur idipſum Moſaicæ quoq; legis documē-to, quo frequētius admonet, ꝙ omnia legis præcepta (præter decalogū) neminem ad ſui obſeruantiam obſtringunt, niſi dum regnum & guber-nacula tenerent terræ Iſrael, Tenuerunt uero uſque ad Chriſti ſaluato-ris tempora, iuxta prophetæ Balami præſagium, Nō auferetur (inquiēs) ſceptrum de Iuda, & dux ſeu legifer de fæmore eius, donec ueniet ille, qui mittendus eſt. Quo miſſo, et ſub pontio pilato paſſo, paulo poſt ablatū eſt illis ſceptrum, & ſimul cum regno legis iugum & uinculum ſolutum eſt, prout lex ipſa Deutero. iiij. clare præmonuit dicens, Ecce docui uos cære-monias & iudicia ſicut mādauit mihi dominus deus meus, ut faciatis ſic in terra quā poſſeſſuri eſtis, Et paulo inferius. Denūciauit (inquit) uobis fœ-dus ſuum quod præcepit uobis, quod faceretis decem uerba, quæ ſcripſit in duabus tabulis lapideis, mihi q; mandauit in illo tempore ut docerem ceremonias & Iudicia quæ facere deberetis in terra, quam poſſeſſuri eſtis. Hæc Moſes. Vnde duo conſyderatione digna animaduerte, Primum, quo pacto decem uerba ſingulari appellatione fœdus ſuum uocitet, ex eo quod uniuerſæ legis inſtitutum, ab una hac lege decalagi, ueluti ſummo cardine pendet, quēadmodū latius tertio ſententiarū uolumine uniuerſa Theologorū ſchola explanat, quod Talmudeorū quoq; dogma, uel max-imeliber credendorū Rabi Seadi, longa oratione demōſtrat. Secundū ue-

ro Conſyderatione dignum eſt,quod decem hæc uerba abſq; ulla tempo/ris uel loci conditione,perpetuo ſeruanda expoſita & præcepta ſunt, de/cunctis uero reliquis legis mandatis,mox loci conſequenter, & temporis pactum ſubnectit (inquiens) Quę facere debetis in terra quam poſſeſſuri eſtis,quod ſępius & uariis Deutero v.vi.xij.xxij. locis repetitum legimus. Ex quibus denicq; reuince,q; primus dictæ Radicis intellectus,nec cum or/thodoxa pietate,necq; cum Moſaicæ legis inſtituto ſtare poſſit. Secundus uero eiuſdem Radicis intellectus,cū Apoſtolicæ ueritatis ſymbolo,cū ſa/cris eloquiis,& ſanctorum traditionibus,non modo in niholo diſſonat uel repugnat,quin potius illorum traditiones & dogma plane ſequitur. Lex enim abſoluta appellatione dicitur,eo quod liget hominē ad eius ſancita, quæ externo opere cauenda uel adimplenda ſint,quorum tranſgreſſorem præuaricatorem iudicat & punit, qualis unica a deo per Moſen lata lex creditur. Gratiæ autem & fidei lex (quam uſurpato uocabulo legem uo/citamus) per Chriſtum dominum reuelata, & uniuerſo mortalium ge/neri, tradita & expoſita eſt, iuxta illud Iohannis. Lex per Moſen data eſt,gratia & ueritas per Ieſum Chriſtum facta. Quam & ſapiens Archi/tectus Paulus Apoſtolus fidei legem uocat,Moſis uero legem, factorū le/gem appellat. Dum igitur fides orthodoxa, nouum mandatum & teſta/mentum proponit,fidei tantum & gratię legem denunctiat, Factorū au/tem a deo traditam legem nullam aliam præter Moſis legem profert, quę quantum ad decalogi mandatum, quæ præcipua diuinæ pariter & hu/manæ legis fundamenta exiſtunt,perpetuo quidem obſtringit hominem ad ſui obſeruantiam:cuncta uero reliqua legis mandata,nullam iam obli/gandi & iudicandi uim ſibi reſeruant. Non enim iterum (inquit Apo/ſtolus) accepiſtis ſpiritum ſeruitutis in timore,ſed ſpiritum adoptionis fi/liorum,in quo clamamus Abba pater. Cui adſtipulatur Allegorizantium Talmudeorum traditio,ſuper illud Eccleſiaſtis Aenigma. Qui diſſipat ſe/pem,mordebit eum coluber:per ſepem namq; (quam & Apoſtolus ma/ceriæ interſtitium uocat) factorum & mandatorꝝ legē intelligunt, quam qui irritam facit mordebit eum uirulentia & fomes peccati, quem Calli/dus ſerpens ille prothoplaſtis immiſit & per traducem transfudit in po/ſteros: hoc (inquiunt) colubri uirus,non deletur aduſq; Moſſiæ aduen/tū. Quo extincto atq; deleto,minime opus erit ſepe atq; macerię legis,quę p ſanguinē Chriſti Meſſiæ diruta eſt. Et factum eſt (ut Apoſtolus loqui/tur) ex utraq; unum:omnes ſiquidem tūc docibiles erunt deo. Iuxta illud Prophætæ. Delectabitur infans ab ubere ſuper foramina aſpidis,quia re/pleta eſt terra ſcientia domini. Quibus omnibus rite perſpectis, plane ſe/quitur,unumquemq; Chriſti fidelem,omnes Iudaicæ credulitatis,ample/cti profitericq; radices, & ideo (iuxta Talmudæorum aſſerta) omnem Chriſtianæ pietas cultorem uerum eſſe Iſraelitam,& partem habere fu/turi ſęculi.

TERTII VOLVMINIS DE COELESTI AGRICVLTVRA PRAEFATIO.

PRINCEPS PACIS ET MVNDI Restaurator Christus dominus inter sanctissima & saluberrima eius moniaimprimis mutuæ dilectionis,pacisq; obseruantiam commendat, Qua ueluti Anchora,& summo humanarũ rerum cardine,æterna mortalium beatitudo,& tota huius uitæ pendet felicitas. Non enim dissensionis (ait Apostolus) sed pacis deus est. Et propterea unanimitatem & concordiam sacro altaris muneri anteponendã ueritas ipsa admonuit.Relinque (inquiens) munus tuũ ante altare,& uade prius reconciliare fratri tuo. Quinetiã dissensiones & schismata usq; adeo diuina sollicitudo abominatur & odit, ut ad nefandissimum Idolorum cultũ magis quam ad contentiones & dissidia conniuendum esse docuerit.Particeps (inquiens) Idolorum effraim, dimitte eum, diuisum est cor eorum, nunc interibunt. Vnde magnus & pientissimus Cõstantinus princeps,scribens ad Alexandrũ et Ariũ,de Trinitate,maximo fidei sacramẽto altercantes, & Christiani Gregis unitatem scindentes,omnimodũ illis silentiũ imposuit, prout ex eiusdẽ Cõstantini epistola plane uidere licet,quam in calce huius uoluminus subnectendã duxi,ut eam pius & prouidus lector secũ reuoluat,& ad turbulẽtã miserãq; nostri tẽporis cõditionẽ referre,& boni cõsulere noscat. Tot siquidẽ horrẽdę dissensiones,& formidanda dissidia,longe lateq; iam impetunt,seuiuntq; per uniuersum Christiani nominis orbẽ, ut nisi ꝓuide & maturius consultũ,atq; sollicita cura euigilatũ fuerit, uerendum sit, ne paulo post,latius prorũpente sedicioſorũ impetu, inemẽdabilẽ (superi auertant omen) Martis uiolentiam,atq; animarũ cladẽ experiamur, Quę non aliunde,q; ex distorta quorundã intelligentia,& effrẽni carnalis concupiscentiæ libidine ducunt originẽ.Quorũ emẽdatio seu correctio (quã uis diuinę ꝓuidẽtię moderamina eiusq; seueritatẽ & misericordiã reqrãt) Nos tamẽ supmi illius patrisfamilias cõductos oparios et sãguinis sui prętio emptos colonos,culturę diligentiam laboremq; nostrũ ꝓ uiribus adhibere est opus.Plantabimus igitur rigabimusq; nos, ille uero cœlestis agricola deus dabit incrementum. Elaborato igitur & exculto iam scabro,aridoq; incredulorũ philosophantitũ agro,necnõ & petroso ac sterili insipientũ Iudęorũ fundo,opima & uberiori gleba referto ,modo quorũdam aberrantium fidelium campum errorum tribulis & sentibus oppressum expurgandum instaurandumq; superum nutu aggredimur. Quoniam uero multiplex & grandis quidem exorbitantiũ fallatia & error dignoscitur,quem si singulatim refellere & extirpare uellẽ, deficerent quidẽ me,& sub oneris magnitudine succũberent uires,antequam suscepti

ij. Thim.iij.

Math.v.

Pax & concordia quibuscumq; mãdatis & legum institutis est anteponenda. Oseæ.iiij.x

negotij labor absolueretur, nimiumq; lectoris animus fastidiret longiorē disceptando orationem, eo maxime q; permulti iam subierunt hoc munus manibusq; & dorso, id uoti peragere conati sunt, Quorum nonnulli, licet strenue quidem, pleni eruditione & zelo negotiū pertractauerint, in eoq; nō parū ꝓfecerint, aliorum tamē quorundā micrologorum, ueluti anserē inter olores obstrepentiū, tam rudis est disceptatio, tam insolens et lubrica oratio, ut quicquid illi pie & prouide doceant, instruant atq; resartiant, isti sua petulantia et uirulenta rabie ꝓtinus subuertant, ac irritū faciant, et nihil denicq; nisi hydrę fabulā reportent. Idcirco ꝓ corrigenda & reconci-liāda una & altera dissidentiū partiū, consultius tutiusq; fore existimaui nequaq; triuiali redargutione, uel edirecto aberrantium ꝓteruiam & ig-norantiā retūdere, ne ex supercilio (ut solet humana fragilitas) et pertina-ci animo, etiam agnitę ueritati reluctentur, & quamuis uicti, cedere tamē errorēq; suū agnoscere recusent: ꝓinde solida atq; pręcipua quedā a cūctis Euangelicæ fidei cultoribus cōcessa & approbata theoremata ꝓponere et explanare statui, q̄bus exorbitantiū animus clā ac pedetētim ad ueritatis scopū dirigi & per se fieri possit cōscius recti, per hæc siquidem theorema-ta ratio et methodus dabitur sane intelligendi et interprętandi sacra eloq̄a. Perpēdere inde quoq; licebit, quid fides, quid opera pręstent, quę respuē-da uel amplectēda sit humana authoritas: hinc denicq; ꝓuidus et pius Euā-geliæ ueritatis sectator, & tutor honesti sęuissimas, quæ modo in sacra Christianorū Repub. ad exitium usq; grassantur, dirimere poterit lites, ac dissonā incōcordiā, pacemq; redigere optimā rerū. Id uero cū arduū quid-dam imbecilliumq; uiribus longe impar munus uideatur, ideo ad superos, cœlestemq; parentem conuersus, spiritalem eius gratiam auxiliumq; hūc in modum supplex imploro.

Consulta & prouida au thoris intē tio.

HIC SILENTIVM SIMVL ATQVE ELO-quium author pollicetur.

QVis dabit linguæ meæ custodiam, legemq; dictandi ori meo, ne me ducat in pręceps lubricitas, neq; socordię culpā pariat silentiū. Silere namq;, dum insipientū ore pietas ueritatisq; religio confunditur, in-humanū & grāde est impietatis uitiū, nefanda quoq; impudentia eloqui, ubi ueritatis sacramētū recōditur. Si.n. de terrenis, quę sensus palpitat, nu tat & fallax est humana ratio, de cęlestibus, atq; immortali seculorū Rege, quid nam præsumet fragilis & lutulenta mortaliū forma, putredo & uer-mis. Et si ne sanctis quidem suis credit, & in sublimi Angelorū cetu reperit prauitatem, quid firmum, quid stabile sibi tribuet tenuis, molliscq; in cęno agitata hirundo, cinis & terra. Quid ergo infœlix ego audebo homuncio, Quid denicq; ne in alterū pręuaricer, cūsulam mihi miser. Eloquar ne? an sileam? quando silentiū socordiæ & sermo datur impudentię? An forte ab uno & altero temperabo, dū iungā utrūq;, simulq; loquar & sileam? Silebit autem quicquid in me meum, quia totum inane est. Loquetur aūt q̄ aliunde refulget, cęlestis atq; æternę sapientię spiritus, qui perpetuo

foris clamitat, uocatq; miniſtros ad arcẽ. Ille dabit linguæ meæ cuſtodiã, legẽq; dictandi ori meo. Audiam itaq; quid ſanctorũ ore loquatur in me deus, quid admoneat uiuus ille & omni ancipite humana intelligentia penetrabilior dei ſermo.

DEVM (INQVIT) TIME ET MANDATA eius obſerua, quoniam hoc eſt omnis homo. Eccle. ulti.

Cur in huius uoluminis thema timoris potius quam dilectionis mandatum autor aſſũpſit.

NOs autem in huius operis thema præceptum ſumpſimus timoris, ob uirulentum & execrandum quorundam errorẽ, omniũ quidẽ flagitiorum & ſcelorum cauſam atq; fomentum, quo externam mandatorum obſeruantiam, & quecq; humanæ prudentiæ ſancita tanquam futilia, & nullius emolumenti opera contẽnunt atq; reijciunt: aſſerentes illum, qui per externa opera aliquid meriti reportare præſumit, diffidere de miſericordia, paſſione & meritis ſaluatoris Chriſti, qui languores noſtros ipſe tulit, & in remiſſionem quorumcumq; peccatorum dolores, & dira mortis tormenta ſuſtinuit: unde ad pernitioſum & inemendabile præſumptionis peccatum trahant incautam fidelium multitudinem, eamq; in barathrum æternæ perditionis præcipitant, docendo ſatis fore ad ſalutem, ut quiſq; diuinam ſperet miſericordiam, et firmiter credat ſe abſq; ullo externo pœnitentiali opere, ueniam & remiſſionem conſequi peccatorum, non attendentes, illud ſapientis monitum. Quod etiam miſericordia dei diſtribuitur, & facit locum unicuiq; ſecundum merita ſua: quanto magis illius hoc faciet ſeueritas atq; iuſticia, quæ unicuiq; (ut Apoſtolus loquitur) Reddet ſecundum opera ſua. Nemo enim Chriſtum ſequitur, niſi crucẽ ſuam tollat, corpus caſtiget, ipſumq; in ſeruitutem redigat mandatorum dei. Cum igitur deteſtandum & exitiale hoc præſumptionis peccatum, ſolo dei timore (ut in ſequentibus audies) tolli & exterminari queat, Ideo ſumptum eſt in huius operis thema illud ſapientis elogium. Deum time, & eius mandata obſerua, quoniam hoc eſt omnis homo.

Eccle. 16.

Rom. 2.

AD HOC FACTVS EST OMNIS HOMO ut adhæreat unde emanauit, æternæ uitæ origini.

EST enim inditum a natura rebus, ut ad illud cuncta inhient a quo dependent, & repetant ſuam quecq; rerum originem. Puluis (inquit ſapiens) in terram reuertitur, unde erat & ſpiritus redit ad deum qui dedit illum. Hinc & Moſes: Illi (inquit) adhæreas, ipſe enim eſt uita tua. Et Apoſtolus: Qui adhæret deo unus (inquit) ſpiritus eſt cum eo, diuinæ eius naturæ (ut Petrus loquitur) quæ fons eſt uitæ conſors factus.

Deut. 30. 1. Cor. 6. 2. Pet. 1. Pſal. 25.

ADHAERET PER DILECTIONEM.

OMnis enim unitionis & adhærẽtiq; ratio eſt dilectio et amor, ideo pre-

cipit

cipit & Moſes dilectionē,ut inde adhærētia ſequatur. Diligas inquit dominum deum tuum,atq; uoci eius obedias,& illi adhærebis,Quemadmodū & ſeruus quem diligit (inquit ueritas) domino adhæret,& quem odit contemnit. Hic uero ſuſceptum negotium & rei ſeries poſtulat,ne ſilentio præteream, id quod quidam neotericus & non parui nominis ſcriptor aduerſus hoc theorema, in quibuſdam diſputatis per eum propoſitionibus,contendit & nimium inſolenter obtrectat, aſſerendo, impietatem eſſe ſentire,q; dilectione dei conſequamur remiſſionem peccatorū. Quia id eſt ſentire, q; propter noſtrum opus,non propter Chriſtum,habeamus remiſſionem peccatorum. Ita meritum Chriſti tolleretur,& obrueretur. Hæc ille. Sed ego non ſatis mirari poſſum,quomodo uir iſte,impietatem dicat,q; propter,ſeu per opus noſtrum remiſſionem conſequamur peccatorum,cum et fidei actus,qui eſt credere in Chriſtum ſaluatorem,opus quoq; ſit noſtrum,& magis quidem proprium nobis quam dilectio, cū ipſa dilectio etiā competat creatori,qui & ipſa eſt charitas. Impium igitur (iuxta hanc ſuam hypotheſim) erit ſentire q; per fidem iuſtificemur, & remiſſionem conſequamur peccatorum, quod tamen ſecundum eiuſdem aſſertiones & dogmata maxime inconueniens eſt & execrandum auditu. Quoniam uero tota fidei,pietatiſq; moles & uniuerſa fere contentio,quæ iam uerſatur & ſçuit in ſacroſancta republica Chriſti,pendet ex diſtorta huius thematis intelligentia, ideo latius hic parumper euagandum, & altius examen hoc repetendum cognoui. Dico igitur q; hæc coniunctiō propter,ſeu per,uel quęuis alia cauſalis dictio uarium (iuxta multiplex cauſarum genus) cauſalitatis modum deſignat,finis efficientis, formæ atque materiæ,finis quidem ut illud Matthei quinto. Beati qui perſecutionem patiuntur propter iuſticiam: efficientis ut illud Ioannis decimo quinto. Iam uos mundi eſtis propter ſermonem quem locutus ſum uobis: formæ ut illud Apoſtoli ad Romanos octauo. Viuificabit & mortalia corpora ueſtra propter inhabitantem ſpiritum in uobis: materiæ ſeu ſubiecti,ut illud Apoſtoli ad Epheſios quarto. Alienati a uita domini per ignorantiam,quæ eſt in illis propter cęcitatem cordis ipſorum. Sic & reliqui,quotquot fuerint modi & conditiones rerum,omnes quidem ad unum horum quatuor modorum reducantur neceſſe eſt. Si igitur cauſalis dictio,de finali efficiente, aut formali cauſa in hoc themate intelligenda ſit,tunc ſecure cum illo contradictore ſentio,falſum & impium eſſe,dicere,quod propter dilectionem dei conſequamur remiſſionem peccatorum,& non ſolum propter dilectionem, ſed etiam quod propter fidem,ſpem,& propter quodcumque opus noſtrum remiſſionem conſequamur peccatorum: ſi autem cauſalis dictio,modū indicat cauſalitatis, materiæ aut diſpoſitiōis ſubiecti,tum iuſtum & pium eſt ſentire q̄d ꝓpter opus noſtrū,uel maxime ꝓpter dilectionem (quę fidem ſ. prꝫexigit quaſi forma materiā) peccatorū remiſſionem cōſequamur: ſicut enim nulla forma uel ꝑfectio,ſic nec lumē gratię infunditur,niſi ſecūdū ꝓuiā diſpoſitionē

Deute. 30. Luc. 16.

Sibiipſi diſceptator plane repugnat

Maximus quorūdā error ex æquiuoca cauſalis coniunctionis intelligentia oritur.

Matth. vij & aptitudinem recipientis. Secundum enim menſuram (inquit ueritas) qua menſi fueritis, remetietur uobis, & qui habet (uidelicet gratiam præuenientem) dabitur ei ſubſequens gratia, quæ iuſtificat. Ad quod cõueritur illud prouerbiorum, Reuela domino opera tua, & dirigentur cogitationes tuæ. Et illud Apoſtoli, Iuſti iudicij dei, qui reddit unicuiq; ſecundũ opera eius. Niſi enim præparatio & aptitudo requireretur ad gratiam iuſtificantem, fruſtra et uana fuiſſent tot ſaluatoris Apoſtolorumq; mandata, tot tantaq; conſulta et monita, de Ieiunijs, Eleemoſinis, pudicitia, carnis mortificatione et id genus. Neq; eſſet adeo arcta uia & anguſtus introitus ad cœlorum regna. Dicet hic forte aduerſarius, hæc omnia eſſe mortalia, & legis naturæ mandata, quæ omnium ſententia exiguntur ad uitam beatam, Secus autem eſſe de cęremonijs conſtitutionibuſq; humanis, quæ minime oportuna ſunt ad ſalutem. Reſpondeo & fateor equidem, hæc, uel illa cęremonialia, uel humana prudentia ſancita, non omnino exigi ad ingreſſum uitæ, eo q; uerbum dei non eſt alligatum: quia tamen lex naturæ implicita & communia præcipit, ideo eorum explicatio ſingulatim, pro idiotis, rudibuſque fidelium requiritur, qui neſciunt habere modum.

Roma. ij.

ij. Tim. ij.

Quæ potiſſima cęremoniarum ratio & cauſa eſt.

Eiuſcemodi autem diuina uel humana explicatio, ſeu determinatio legis naturæ, nihil aliud eſt, quam cęremoniarum inſtitutio, puta ſobrie uiuere, uel ieiunare, legis quidem naturæ eſt. Hac autem uel illa die, ut in Apoſtolorum, uel beatæ uirginis profeſto, ieiunare, ad cęremonias ſpectat. Sic indulgere nonnunquam quieti legis naturæ eſt, Sabbati autem uel dominica die ociari, cęremoniale eſt. Subuenire pauperi & ei impartire de frugibus terræ, legis naturæ eſt, decimam uero illi diſtribuere partem cęremoniale eſt. Quod de ſingulis utique diuinis uel humanis cęremonijs iudicandum. Cum igitur determinatio legis naturæ neceſſaria ſit pro communi Reipub. ſalute; reuincitur quod aliquæ iſtę, uel ille cęremoniæ omnino ſint admittendæ. Quod ſi aliquæ dandę ſunt cęremoniæ, Cur rogo non potius amplectendæ ſunt, quæ a ſanctorum ſynodis, & a primoribus, ſapientia & ſanctimonia uiris conſtitutæ; & tot ſęculis obſeruate & cuſtoditæ ſunt (immodicas tamen & pernicioſas multorum nunc abuſiones excipio) q; ut quiſque pro arbitrio uetera adimere & noua ſancire præſumat, unde nihil niſi pauperum offendicula, & totius reipub. exterminium ſequitur. Noſti enim quod Ethnicus ille Peripateticorum princeps moralis atque polliticæ uitæ magiſter ſecundo polliticorum libro admonuit. Conſtat inquiens, errata quædam eſſe toleranda, legundatorum & magiſtratuum, non enim tantum proderit, qui corrigere pergit, quantum nocebit aſſuefactio ſuperioribus non parendi. Hæc ille, quæ & tu ſi ſapis conſydera. Quibus demum concludendum, q; propter opera noſtra, per modum præparandi & coaptandi diſpoſitionem recipientis (non autem per modum agentis, finis uel formæ) remiſſionem peccatorum, & adhærentiam, gratiamque iu-

Qui habet aures audiendi audiat.

que iustificantem consequimur. Veruntamen licet hæc ipsa facultas disponendi se ad gratiam iustificantem (uel non rebellandi contra eum) sit quoque gratia, quam uocant præuenientem, quæ omnem actum uoluntatis, & elicitum opus nostrũ præcedit. De qua Apostolus ad Romanos ix. scribens, Non est (inquit) Volentis neque currentis, sed dei miserentis. Est tamen gratia ista manca & imperfecta (aures habentibus loquor) quæ in nobis non statim refulget a patre luminum, sed secundarum causarum serie & opere naturæ intercedente, fundata in lutulenta hac massa, per quam fabricatur (ut Apostolus loquitur, de eadem massa, uidelicet remota & prima materia) uas ad honorem, & per eiusdem gratiæ carentiam fabricatur, uas contumeliæ & iræ. Hæc igitur gratia præueniens, quamnis dei donum sit, est tamen donum minus perfectum & uarijs (ut in sequentibus audies) naturæ casibus expositum. Illa autem subsequens gratia, qua statim nullo mediante iustificamur, est quam Iacobus bonum perfectum & datum optimum appellat, quod absque intercapedine, & ullo secundarum causarum adminiculo, desursum uenit, descendens a patre luminum, per quam nos dei dilectionem, remissionemq; peccatorum consequimur, Et adhærentiam cũ æternæ uitæ origine.

Gratia preueniẽs omnem uolunta is actum præcedit.

DILIGIT PER CONFORMITATEM.

SOlidum namque dilectionis fundamentum similitudine & conformitate consistit, Quemadmodum in sermone de communi sacramentorum ratione latius disserui, Quia enim mulier os ex ossibus, caro ex carne uiri, Ideo relictis parentibus uxori adhæret uir, Omne enim animal (inquit sapiens) diligit sibi simile, & omnis homo simili sibi sociabitur: quam obrem sanctos (ut Apostolus docuit) prædestinauit deus conformes fieri imagini filij eius, ut per conformitatem consortes fierent diuinæ naturæ.

Eccle. xiij.

Roman. viij i. Pet. i.

CONFORMATVR PER ANIMAE puritatem.

ANima namq; humana licet a creationis suæ primordio pura & conformis ad imaginem & similitudinem dei, humano corpori adsocietur, ex eiusdem tamen lutulenti corporis contagio & pondere longe deprimitur & auertitur ab æternæ uitæ origine, Fecit (inquit Solomon) deus hominem rectum, & ipse se immiscuit quæstionibus multis: hinc docuit æterna ueritas paruulos (quia ipsorum non usq; adeo polluta est anima) præ cæteris capaces esse regni cœlorum, & quod eorum angeli perpetuo faciem cœlestis parentis conspiciunt, & ideo perquam sollicite ueritatis autor admonuit, dicendo. Amen dico uobis, nisi conuersi fueritis & efficiamini sicut paruuli, nõ intrabitis in regnũ cœlorũ, cõuerti aũt & effici ut paruulus, nihil aliud est, q̃ animam ipsam a uanis sordidisq; terrenorum affe-

Eccle. vij.

Matth. xix.

Matth. xviij

rum affectibus diuertere,& eam congenitæ puritati reſtituere,unde conformitatem;dilectionem & adhęrentiam conſequi ualeat cum æternæ uitæ originæ.

ANIMAE PVRITAS CORPORIS ET uitæ mundiciam requirit.

Sapient. ix. CVm enim corruptibile (ut ſapientia loquitur) corpus aggrauet animam,et terrena habitatio deprimat ſenſum multa cogitantem,ideo quo impenſius carnis illecebris mortale hoc corpus deditum fuerit,eo impurior & fęculentior anima redditur, longiuſque auertitur a ſua origine.

Eſa. 50. Iniquitates enim (ait Propheta) ueſtræ (id eſt ſordida & intemperantia opera ueſtra) diuiſerunt inter uos & Deum ueſtrum, & peccata ueſtra abſconderunt faciem eius a uobis. Ad quod conuertitur illud

Matth. xiij. Euangelicæ ueritatis documentum. Sollicitudo (inquiens) ſęculi, & fallatia diuitiarum ſuffocat uerbum Dei,& ſine fructu efficitur: & quia animæ puritas corporis & uitæ mundiciam requirit,ideo pſallit prophę-

Pſalm. xxiij ta. Quis aſcendet in montem domini,aut quis ſtabit in loco ſancto eius? Innocens manibus & mundo corde: hinc & uir Dei Iacobus,Mundate (inquit) manus peccatores,& purificate corda duplices animo.

Ioan. iij. Idipſum ſancti Baptiſmatis myſterium deſignat. Niſi enim quis renatus fuerit ex aqua & ſpiritu ſancto,non poteſt intrare regnum dei; Aqua enim corporis & uitæ mundiciam,ſpiritus animæ puritatem oſtendit. Moſes quoque totam bonorum operum & uitæ rationem in conformitate & ſimilitudine collocat,quam breui hac clauſula perſtringens. Sancti (inquit) eſtote, quoniam ſanctus ego ſum. Quam & ſapiens fidei Architectus apertioribus uerbis ad Colloſſenſes cap. iij. explicuit, dicendo. Si conſurrexiſtis cum Chriſto, quæ ſurſum ſunt quærite,ubi Chriſtus eſt,quæ ſurſum ſunt ſapite,non quæ ſuper terram,mortificate membra ueſtra,induentes nouum hominem,qui renouatur in agnitione dei,ſecundum imaginem eius qui creauit eum: Qua quidem imagine uniuerſa conformitatis,dilectionis & adhærentiæ ratio conſiſtit. Operępręcium igitur eſt,ut qui animæ puritatem deſyderat,corpus ſuum a terrenæ concupiſcentiæ lue emundet, eiuſque membra (ut Apoſtolus loquitur) mortificet & hoſtiam exhibeat uiuentem,quo cœleſtium corporum inſtar,ſedes & teniplum fiant ſancti ſpiritus & arma lucis.

MVNDICIAM HANC PRAESTAT MANdatorum obſeruantia,Animę puritatem operatur diligens dei timor.

CVm enim corporis & uitæ mundicia nihil aliud ſit quam ſobrietas & modeſtia humanorum operum, uel ad ſeipſum, uel erga Deum,aut ad proximum, quam humana imbecillitas ad amuſſim

compræhendere & limitare neſcit. Quia cogitationes mortalium (inquit Sapiens) timidæ,& incertæ prouidentiæ eorꝫ, ac ſola ſapientia dei omnia intelligens deducit (ut idem loquitur) hominem in operibus ſobrie,Idcirco diuina inſtructione & directione per eius mandata, eſt opus. Mandatum (inquit Salomon) lucerna eſt,& lumen lex, propterea diuinitus (ait Apoſtolus) inſpirata eſt ſcriptura,ut ſit utilis ad docendum, utꝙ ad omne opus bonum inſtructus ſit homo dei. Quamobrem ſi ad uitam uis ingredi (ait Veritas) ſerua mandata dei,Et quia timor,& animę puritas;corporis mundiciam,per obſeruantiam mandatorum requirit,ideo timorem,& mandatorum cuſtodiam,ſępius in unum præcipit diuina autoritas,Dominum deum (inquit) tuum timebis, & illi ſoli ſeruies. Et illud pſalmorum, Timete deum & ſeruite illi,Et cum metu (inquit Apoſtolus) & tremore ueſtram operamini ſalutem. Animæ autem puritatem operatur dei timor,ſcilicet,qui fidem cum dilectione ſequitur, eo ꝙ animæ purificatio in nullo alio (ut antea memorauimus) conſiſtit, ꝙ in tergendo terrenarum cogitationum ſordem, atꝙ rubiginem, quæ animã ſuapte natura purã maculant ac coinquinant,ut in ea relucere nequeat æternæ ueritatis imago,hanc autem deterſionem operatur ſolus, qui fidem cum dilectione ſequitur,dei timor. Omne enim peccatum(inquit Sapiens) expellit dei timor,& propterea coronam & plenitudinem ſapientiæ timorem dei, qui ſuper omnia ſe ſuperponit appellat. Dico autem timorem,qui fidem cum dilectione ſequitur. Quia cum omnis timor atque dilectio ex aliqua præcunte ſenſus,aut rationis uel fidei notitia oriatur, At ſenſus & rationis actio,cum in alteritate fundetur & motu,non poteſt ſummum illud & immutabile bonum attingere,fides uero & firma credulitas (quia actio eſt ſublimioris potentiæ,fundatæ in ſtatu) ideo per eandem fidem, ſummum illud & immutabile bonum conſequimur. Quam utique fidem cum dilectione comitatur uerus dei timor:Fidem cum dilectione dico,Quia & dæmones quidem (ut Iacobus loquitur) credunt & ex eorum credulitate prouenit ut timeant & contremiſcant, talis autem timor minime purificat dæmonis ſpiritum, quia prodit ex fide, quæ dilectione & adhærentia caret,ſed timent formidine pœnæ, de qua fide Apoſtolus affirmat dicendo. Si habuero omnem fidem, ita ut montes transferam, charitatem autem non habuero,nihil ſum,Fides uero cum dilectione, parit timorem, non formidine pœnæ,uel amiſſionis cuiuſcumque rei creatæ, ſed metu deſerendi ſummum appetibile, & amabile bonum, quod qui uere timet, nihil aliud in uniuerſo rerum ambitu metuit (Iuxta illud Sapientis) Qui timet Deum, nihil trepidabit,& non pauebit, quoniam ipſe eſt ſpes eius.

Sapien. ix.

Prouer. vi. ij. Tim. iij.

Matth. xix.

Deut. x.

Pſalm. ij. Phil. ij.

Eccle. i.

Fides perfectior eſt ſumma, quia perfectioris potentiæ, & circa nobilius obiectum eſt actus.

i. Cor. xiij.

Eccle xxxiiij

TIMOR

TIMOR (INQVIT SAPIENS) NIHIL est niſi præſumptionis adiutorium, proditio cogitationis auxiliorum.

Sapien.xvij

Cur uetern autoritas timorē anteponit, Euangelica autem ueritas dilectionem commendat.

PRius uero cꝫ de timore ſermonem aggrediar, non ab re exiſtimo, eam quæ ſe hic tacite offert quæſtionem ſoluere. Dubitabit (& iure quidem) auditor, ſi timorem tanti facit primorum autoritas, quid eſt quod Chriſti ſaluatoris & Apoſtolorum ore paſſim uerſentur, dilectionis, amoris & charitatis documenta, potius quam præcepta timoris (Remittuntur inquit) ei peccata multa, quoniam dilexit multum, Qui diligit me, diligetur a patre meo, Si quis diligit me ſermonem meum ſeruabit. Nec ſimoni Ioannis paſtoralem cuſtodiam commiſit, quin prius ter approbauerit eius dilectionem atꝫ amorem. Superuacaneum uero duco commemorare, quot in locis Ioannis, aliorumꝫ Apoſtolorum ſcripta, charitatis mandata referunt, nulla mentione facta timoris, Quinetiam timorem prorſus excludit Ioannes, quod timor non ſit in charitate, & perfecta charitas foras mittat timorem. Scias igitur imprimis & nota myſterium, dilectio, quam toties Chriſtus dominus diſcipulis mandat, non eſt illa, quam nonnunꝫ præcipit Moſes, Ille nimirum dei patris, Chriſtus uero ſui dilectionem commendat, nec iniuria, quod mediatoris conditio eſt conciliare extrema, omnium rerum principium deum, & ultimum creaturarum hominem. Conciliare autem non poteſt, niſi & uni & alteri extremorum inhæreat, Inhæret autem per dilectionem, propterea qui diligit me, diligetur (inquit) a patre meo, & ego diligam eum: quam quidem dilectionem ſequitur id quod ait, ego in eis & tu in me, ut ſint conſumati in unum. Eiuſcemodi uero unitas abſꝫ mediatore, nobis de corruptibili ſemine natis, dari non potuit, Ignis enim conſumens eſt deus, cum mediatore autem non facilis, Arcta namꝫ uia eſt & anguſtior introitus, ubitamen per ueram fidem & dilectionem quis pulſat aperitur ei. Attende rogo & ſedulo adhibe aures, legiſti enim, quando Heliſeus ab Helia cœlum ſcanſuro per turbinem petebat, obſecro (inquiens, iuxta latinam æditionem) ut fiat in me duplex ſpiritus tuus. Vbi non audiendum, ut plꝛiꝫ ſentiunt, quod uir dei Heliſeus, adeo enorme petierit ſpiritum duplo intenſe uel extenſe (ut aiunt) potiorem ſpiritu Heliæ, ſed Heliſæi ſi conſyderas, petitio erat, ut ſpiritus ille duplex Heliæ, uel rectius illud duplum quod erat in ſpiritu Heliæ, eſſet ad ipſum Heliſæum. Id uero an eſſentia alius ſit paracletus, de quo inquit ueritas, & ego rogabo patrem, & alium paracletum dabit uobis, aut ſolo effectu duplum, non eſt hic diſcutiendi aut explicandi locus, Petit igitur Heliſæus duplicem ſpiritum Heliæ, cui Helias, rem difficilem poſtulaſſe reſpondit, Nihilominus ſi uideris me (inquit) quando tollar a te, erit tibi quod petiſti, ſi autem non uideris, non erit. Conſydera queſo, Quamuis omne ſpiritale donum deſurſum ueniat a patre luminum, non tamen dixit ad Heliſæum Helias, ſi mentem tollas in altum, ad omnium bonorum largitorem deum, ſed ſi uideris me, quando tollar a te. Iuxta illud Ioannis,

1.Ioan.iiij.

Nota myſterium.

Ioan.xiiij.

Ioan. xvij.

Deut. xiiij.

Attende magnum pietatis ſacramentū.

Ioan. xiiij.

Iacob.i.

lud Ioannis, Si ergo uideritis filium hominis aſcendentem ubi erat prius, tunc ſcilicet aderit ſpiritus qui uiuificat: Caro enim inquantum caro, non prodeſt quicquã, ſed quatenus ſpiritui adiũcta, & eius ſale condita: Quia denicꝙ capax erat Heliſæus uidendi Heliã, tolli et ſcandere ad ſuperos, clamitando, Pater mi, pater mi, uoti compos, & ſpiritus Heliæ particeps factus eſt. Quod tamen cꝫdiu in hoc ſolo uerſabatur cum eo Helias, ſecundum rerũ ordinem fieri non potuit, ſed tunc primũ licuit, cũ ſublatus fuerat, iuxta illud archanæ ueritatis oraculũ, Nondũ eñ erat ſpiritus datus, quia Ieſus nõ erat glorificatus. Et illud: Si nõ abiero, paracletus non ueniet ad uos: Si autem exaltatus fuero a terra, omnia traham ad meipſum. In eo ſiquidem (ut Apoſtolus loquitur) inſtaurata ſunt omnia, quæ in cœlis & quę in terra ſunt, per paſſionem & ſanguinẽ crucis, Cuius quoꝙ ſacramentum aperit facinus illud, quod paulopoſt Heliſęi myſterium Regum hiſtoria recenſet. Illud inquam regis Moab, qui ſuper muro obtulit holocauſtum, innocentem filium ſuum primogenitum, quo magna facta eſt indignatio ſuper Iſrael. Videibi ſcriptorum gloſſemata, & conſydera. Ad quod etiã conuertitur illud Gabaonitarũ, qui cũ crucifixiſſent ſeptem innocentes de ſtemmate Saulis, quos tradidit ad ſupplicium Dauid, mox repropiciatus eſt deus terræ, quæ tu tecũ reuolue. Redeundo denicꝙ, unde nos myſterij magnitudo, et quorundã ſiniſtra in ſacris literis intelligentia diuertit, dicendum: Primores igitur Iudæorũ nulla in parte mandatũ uel documentũ decebat diligendi Chriſtũ mediatorem, nondum humanitus natũ, neꝙ ab illis ad amuſſim præcognitũ, ſed eis maxime congruebat Dei timor, cuius tantã ſęueritatem et plagarũ terribilia uiderunt in Aegyptios, qui etiam ingenti terrore, horrẽdis tonitruis, fulgoribus, flammarũ portentis, & horriſono tubæ clangore, formidabiliꝙ omnipotentis uoce decalogi legem acceperint in ſolitudine deſerti: & ubi nõnihil commiſerũt delicti, mox nulla longanimitatis mora, gladio, terræ uoragine, flammarũ incendio, ſerpentum ictu, & patibuli ſupplicio pœnam luebant culpæ. At Apoſtolos, alioſꝙ Chriſti aſſeclas, qui in carne uidebant ſaluatorẽ, maxime decebat mandatũ dilectiõis, et modis oñibus amicitię atꝙ amoris. Cũ eñ biformis ſit omnis amicitiæ ſocietas, una inſtinctu naturæ, alia deforis aduenticia: Prima ex innato rerũ ſymbolo & cõcinnitate oritur, puta reciproca, parentis & filij, fratris cũ fratre, uxoris et uiri: Altera ex ſuperaduenticio, boni, utilis, iucundi atꝙ honeſti, utrũꝙ amicitiæ genus auget familiaris conſuetudo, & ipſa preſentia. Cum ergo Chriſti ſaluatoris nobiſcum amicitia, accumulatim & longe ſublimius, hęc omnia amoris incitamenta cauſaſꝙ cõtineat, Quis obſecro tam impius uel rudis intelligentiæ homo, qui renuere aut ambigere uelit, quin Chriſtus dominus prę cęteris quibuſcũꝙ mortalibus, immortalibuſꝙ, ſit ſummo dilectionis & amoris ſtudio colendus: quia eñ Deus humani generis propagator ut parens diligendus, quia homo & primogenitus Dei filius, ut proximus & cohæres frater amandus. Rurſum quia in eo omnium uirtutũ culmen, ut bonum

Ioan. vij.

Ioan. xvj. & xij.

Fphes. j. ij.

Tu qui ſapis intellige.

Iudæis maxime conueniebat præceptum timoris, Chriſti uero ſectatoribus mandatum amoris.

Amicitia fit aut naturæ inſtinctu, aut ex aduẽticio.

honeſtum obſeruandus: Quia per eum,& in eo æterna dulcedo,gloria et gaudium,ut bonum ſumme iocundum amplectendus: quia uitę beatęre/ ſtaurator,ut ſupremum utile maximo deſyderio proſequendus:urget au/ getq; in immenſum dilectionem præſentia,familiaris conſuetudo, ingens & inauditus,atq; claro experimento cognitus amor,quo ꝑ confratribus proximiſq;, nobis tot uitæ incõmoda,ſputa,flagella,& amarulentæ mor/ tis ſupplicia non abhorruit: unde nihil mirũ,ſi ſanctorũ Chriſti fideliũ do gmata frequentius dilectionis,q; timoris mandata cõmemorare legimus: Qua de cauſa Chriſtus dominus ad ſuos ait, Iam nõ dicam uos ſeruos,ſed
j.Corint.iij. amicos. Et illud Apli, Fidelis Dus,per quẽ uocati eſtis in ſocietatem filij eius. Accedit ad hoc,cum olim gens Iudæorũ uili & ſordidę Aegyptio/ rum ſeruituti eſſet adacta,et incultis barbariſq; illorũ moribus coinquina/ ta,opus erat ad illius eruditionem & ueræ pietatis religionem inſtituendã, duro rigidoq; pædagogo,& iugo mandatorum,quo illorum excuteretur ignorantia,& indomita carnis libido,flagellorũ potius formidine,q; ami/ citiæ fœdere compeſceretur. Chriſti uero ſectatores politioribus iam mo/ ribus imbutos,atq; per Chriſtum optimum uitæ magiſtrum ſapientiæ & intelligentiæ ſpiritu edoctos,nullo pædagogo,nullo ſeruitutis præcepto,
Roma. viij. ſed libertatis & amoris lege erudiri & moderari licuit:Non enim iterum (inquit Apoſtolus) accepiſtis ſpiritum ſeruitutis in timore, ſed ſpiritum adoptionis filiorum,in quo clamamus Abba pater: Vbi enim eſt ſpiritus Domini,ibi & libertas: Et ſi ſpiritu ducimini,non eſtis ſub lege. Ad quam ueram Chriſtianorum libertatem inſtituendam, uocat ad ſe mitis noſter
Matth.xj. & humilis corde bonus Ieſus,clamitans: Venite ad me omnes,qui labora/ tis & onerati eſtis, & ego reficiam uos: iugum enim meum ſuaue, & onus meum leue. Moſaicæ ſiquidem legis obſeruantia tanti erat oneris,ut Apo
Actor.xv. ſtolis u ſum ſit iugum importabile,iuxta illud Petri: Nunc ergo quid ten/
Moſis lex iu gum impo= nit importa bile. tatis Deum,iugum imponere ſuper ceruices diſcipulorum,quod neq; nos neq; patres noſtri portare potuimus. Aduerte & conſydera quæſo, quo pacto tentare Deum dicit, quando popularem multitudinem quis nimio conſtitutionum onere occupare nititur,& tu qui ſapis,hæc tecũ reuolue.

His itaq; auditis ad timoris examen,iam ſuperum nutu conuertimur. Timor (inquit Sapiens) nihil eſt,niſi præſumptionis adiutorium,prodi/ tio cogitationis auxiliorum: ad cuius aliarumq; ſcripturarum exactã in/ telligentiã,quæ uaria & diſſona timori attribuunt cognomenta: tũ etiam q; ab ipſo timore uniuerſus pietatis cultus,et omnis mortalium beatitudo pendet. Ideo parum altius id negocij repetere,latiuſq; in idipſum progre/
Quo pacto ſpiritus ſan= cti dona in nobis pede= tentim claro experimen= to eluceſcũt. di & euagari uolui,et tu adhibe aures. Affectum,quem timorem dei nun/ cupamus, multiplex conditio præoccupat,quam in quocumq; mortaliũ non orbato experiri licet: cui correſpondent (quæ dona appellant) ſa/ pientiæ & intelligẽtiæ,conſilij & fortitudinis,ſcientiæ & timoris ſpiritus. Et licet dona hęc ſeptem enumerentur,propheta tamen ſex tantũ expreſ/ ſit,prout uniuerſa & uetuſtiſſima primi idiomatis exẽplaria demõſtrant.

Primum

Primum namq; cuilibet homini non occaſionato ex certo naturæ inſtinctu, quem ſapientiam dicimus, innoteſcit unum dari in rerum ambitu, a quo cuncta dependent. Solus enim inſipiens et excors homo dicit in corde ſuo, Non eſt Deus. Exinde animus ad id quod ſapientia concepit, ſe ſumine intelligentiæ conuertit, quo proſpicit ſummum illud ingenitum eſſe, & immortale, ſumme bonum, ſummeq; ſapiens, omnipotens & id genus: quo cognito mox ſuſcitatur, & in idipſum nõnihil deſyderij erigitur, quo inſtigatur animus ut ſecum reuoluat (quod conſiliũ appellamus) ſi qua lege illius effuſiua bonitate & ſapientię ſplendore potiri et frui ualeat: cũq; immenſam eius largitatem & clementiæ dulcedinem conſultando inſpectet, continuo facultas ad uotum exequendum (quam fortitudinem dicimus) exurgit, qua nulla ferme formidine, ſe uoti cõpotem fieri poſſe præſumit. At cum deinceps mobilium & caducarum rerum cognitione (quam ſcientiam dicimus) per circumſpicientiam ſe deorſum conuertit, infœlicemq; ſuijpſius ſortem conſyderat, qua cœco ac teterrimo hoc carcere ipſe exulet, terrenorum ſordibus, fętoribuſq; circumſeptus, & q̃ longo ab immenſa illius magnitudine et tremenda maieſtate diſtet interuallo, mox in deſidiam & torporem, quaſi ſpe omni deſtitutus, eius præſumptio conuertit, ſicq; anxia & errabunda cogitatione huc atq; illuc animus agitatur et fluctuat, uarijs hinc diffidentiæ, illinc prę ſumptionis, argumentis oblatis, donec ſuperueniat & medio ſe ponat conſolationis & pacis autor, Dei timor. Qui protinus omnem cogitationum pugnam dirimit, et animi turbulentiam ſerenat, præſumptionis ſiquidem audaciã retundit, immenſam illius ſummi boni magnitudinem, & deſpectam, miſeramq; ſui tenuitatem conſyderans, diffidentiæ quoq; ſocordiã torporemq; eliminat, dum indeficientem ſummi boni largitatem & clementiam proponit, fiduciãq; auxiliorum aduerſus terrenorum inſultus denunctiat. His ſic ſtantibus & rite perſpectis, nonnulla inſuper oportuna, & auditu digna adijcienda, & præiacto fundamento ſuperſtruenda fore duximus. Sapientia enim & intelligentia, conſilium & fortitudo, ſcientia & timor, quæ paulo ante commemorauimus, trini ſunt ordinis. Primus eſt ordo naturæ, cui nonnihil auxiliaris (ut uocant) gratiæ adſociatur, qui ſequentis ordinis eſt, ueluti præludium & ſeminarium in recipiente. Secundus eſt ordo gratiæ acceptæ, qui expreſſa ſimilitudo & quoddam ſimulachrum exiſtit ordini tertio. Tertius ordo eſt exemplaris in ipſo gratiæ largitore, ſapientia, & uera Dei imagine. Prioris igitur ordinis munia (quia ex ſecundarum quoq; cauſarum pendent ſerie) manca ſunt & obſcura, occaſionum uarietate multis quidem modis agitata. Secundi uero ordinis candidiora, & magis exquiſita ſunt, minuſq; contingentiũ rerum alteritati obnoxia. Tertij ordinis ſunt ipſa paradigmata: Candor (ut Sapiens loquitur) lucis æternæ, & ſpeculum ſine macula, Dei maieſtatis & bonitatis illius imago, apud quem (inquit Iob) uera eſt ſapientia, & fortitudo, Et ipſe habet conſilium & intelligentiam. Horum trium ordinum ueridicis, cla-

Donum ſapientiæ.

Donum intelligentiæ.

Donũ conſilij.

Donum fortitudinis.

Donum ſcientiæ.

Donũ timoris, deſperatiõis pariter & præſumptionis uitiũ eliminat.

Donorũ trinus eſt ordo omni attentiõe dignus.

Sapient. vij.

Iob xij.

risq; teſtimonijs, plena quidem ſunt diuinarum ſcripturarum uolumina. Primi puta ordinis ſapientia, q̃uis & ipſa, quemadmodum & reliqua illius munera auxiliaris gratiæ ſapientia ſit, q̃ omnis ſapientia a Deo eſt: quia tamen mundanis cogitationibus innititur, carnis fragilitati, atq; fantaſmatum inuolucris obſtricta: ideo eam huius mundi, humanã, carnalem, quæ ſtultitia eſt apud Deum, Paulus ad Corinthios ſapientiam uocat. Secundi uero ordinis (quam idem Apoſtolus inter perfectos loquitur) ubiq; dei
Iacobi iij. j. ſapientiam appellat. Primi quoq; ordinis ſapientiam Iacobus terrenam, animalemq; cognominat. Secundi uero ordinis dicit eam, quæ deſurſum
Geneſ. xlj. deſcendit a patre luminum. Primi etiam ordinis ſapientia erat Aegyptiorum ſapientũ, Babylonis & Tyri, & ſapientia de qua ſcribitur Hierem. ix.
Iob xxxij. Nõ glorietur ſapiens in ſapientia ſua. Et illud, Putabam q̃ annorum multitudo daret ſapientiam, cæteraq; huiuſmodi. Secundi autem ordinis ſa-
Prouerb. ij. pientia eſt, qua beatus dicitur homo, qui inuenit ſapientiam, eam ſcilicet, quæ omnium ſanctorum Apoſtolorumq; ſapientia erat, circa quam uniuerſa legis Agiographorum, prophetarum, atq; Apoſtolorum dogmata uerſantur. Nonnunq̃ utrumq; ſapientiæ ordinem, uno ſapientiæ uocabulo ſcriptura comprehendit, & ſæpenumero ad unumquemq; hominem arte aliqua, & quouis opificio, quinimmo & malicia inſigne ſapientię nomen tranſſumitur, quod lectoris indagini ſcrutandũ relinquo. De ter-
Pſal. cxxx. tij ordinis ſapientia, legitur: Omnia in ſapientia feciſti: Deus ſapientia
Prouerb. iij. fundauit terram: Sapientia quæ affuit dum orbem terrarum faceret: & ſic de reliquis exemplaribus donis, ſcriptura paſſim enunctiat. De timore quoq; exprimitur illud Iacobi, Niſi Deus patris mei Abrahæ, & timor I-
Geneſ. xxxj. ſaac affuiſſet mihi, iurauitq; Iacob per timorem patris ſui Iſaac. Quod eo-
Pſalm. xc. dem ſenſu audiendum eſt & illud: Tu es Deus ſpes mea: unde hoc ipſum nomen, Deus, græco deductum uocabulo timorem deſignat. Tu uero
Quẽadmodum ſapientiæ, ſic & fidei trinus datur ordo, qui mutuã opem præſtat. hoc unũ memento, quod de ſapientiæ ordinibus dico, pari lege de fide intellige, quæ & ſapientiam, intelligentiam, & reliqua donorum credendi actu in ſe continet. Prima manca eſt, quam informem uocant, de qua Pau-
j. Corint. ij. lus,: Fides ueſtra non ſit in ſapientia hominũ: Et Iacobus eam mortuam
Iacobi ij. ocioſamq; appellat. Secũdi ordinis fides exactior, quã formatam dicũt, de
Ioan .vj. qua dicitur: Qui credit in me habet uitã. Tertia de qua ſcribitur, Omnia opera eius in fide. Primi ordinis ſapientiæ & fidei perplures quidem mortalium facti ſunt, fiuntq; participes. Secundi minus, tertij perpauci, cuius apicem pertingit unicus mundi reſtaurator, in quo reconciliata et connexa ſunt uniuerſa, & ultima primis Deo & homine Chriſto Ieſu. Eiuſcemodi autem ordines mutuam præſtant opem, & prior præparamentum, ſeminariumq; eſt ſequentis: ſequens uero plenitudo & perfectio prioris. No-
Marci iiij. ſti ueritatis parabolam de homine illo, qui cuilibet ſeruorum commiſit certa ad negociandum talenta, & a ſeruo illo inerti, qui talentum terra recondit, aufertur talentũ & alteri traditur, q̃ habenti datur ut abundet, & qui non habet, quod habere uidetur, aufertur ab eo. Qua enim menſura prio-

ris ordi-

ris ordinis, quis menſus fuerit, remetietur, adĩcieturq; ſibi in ordine ſequenti, iuxta illud Moſis ore Dei loquentis, In corde hominis eruditi (rectius in corde cuiuſq; hominis ſapientis corde) poſui ſapientiam. Et illud In corde prudentis requieſcet ſapientia. Ad quod plane conuertitur illud Sapientis: Præoccupat (ſcilicet ſuperna ſapientia) qui ſe concupiſcunt: ut illis ſe prior oſtendat, uidelicet in ordine priori. Veruntamẽ licet prioris ordinis ſapientia præparet, aptetq; ad ſecundã, illam nihilominus priorem, quam & ueterem hominem Paulus cognominat (eo q̃ inquinata et corrupta ſit carnis & fantaſmatum fermento) deponere, abnegareq;, & perdere ſeipſam oportet: ut nouum ſupernæ imaginis hominem, Dei ſapientiam induere ualeat. Quemadmodum frumentorum ſeges, & ſpica, ſolo ſeminis grano producitur, prius tamen corrumpatur & deſinat eſſe frumenti granum neceſſitas requirit, quod tu ſedulus lector conſydera.

Exod. xxxj.
Prou. xiiij.
Sapient. vij.
Lucæ ix.
Epheſ. iiij.
Ioan. xij.

His poſitis & intellectis, noſter de timore Dei redeat ſermo: Tu igitur animum adhibeas, perplane intelliges, q̃; ſcite & diuino afflatu Sapiens ille timoris affectum explicuerit, dum nihil eſſe dicit, niſi pręſumptionis adiutorium, proditionemq; cogitationum auxiliorum, pręſumptionis, contra præſumptionem, uel per adiutorium, correctorium intellige, iuxta illud: Domine adiuua incredulitatem meam, contra incredulitatem, uel adiuua pro corrige & emenda, audiri uoluit. Timor namq; compeſcit & ſupprimit præſumptionem, humana imbecillitate inſpecta, deſperatiõem quoq; abigit, dum prodit cogitationem, ſpemq; auxiliorum: ex quibus ſi paucioribus uerbis rationem uis explicem timoris, dico timorem eſſe fugam hominis a ſeipſo in Deum, fuga a ſeipſo tollit præſumptionem, refugium in Deum diffidentiam excludit. Hinc attributorum omnium timori cauſa, ratioq; facile conſtare poterit. Cum enim primi ordinis timor extremum ſit (in quo ueluti ultimo profectu terminatur ordinis illius progreſſus, unde finis modeſtiæ timor Dei legitur) in quo quidem extremo & fine exordium ſumat tractus ordinis ſequentis, plane conſtat hunc ipſum timorem, per quem ſui ordinis ſapientia ad ſublimiorem ordinem tranſſumitur, eiuſdem ſapientiæ plenitudinem, coronamq; exiſtere: & propterea ſuper omnia (inquit Sapiens) ſuperponit ſe Dei timor. Sequentis uero ordinis ſapientiæ idem timor initium erit. Cum autem cuiuſq; rei initium unum idemq; cum reipſa conſtituat, iure merito timor ipſa Dei ſapientia nuncupatur. Idem timor fons uitæ legitur, eo q̃ timor eſt ipſa ſapientia, fons uitæ, tum quia per timorem Dei ſapientiam conſequimur, quæ fons eſt uitæ. Sanctus quoq; (rectius mundus) dicitur, quod ab omni immunditia, et carnalis concupiſcentiæ forma reuocat Dei timor. Eſt & in ſæculum permanens, eodem pacto, quo & fons uitæ: Eſt ſcientiæ religioſitas, quia timor oritur ex ſcientia, qua humanam imbecillitatem & rerum caducarũ cauendam reĩciendamq; uanitatem cognoſcimus, quo uniuerſa pendet ueræ pietatis religio, unde ſcientiæ religioſitas nuncupa-

Nota myſterium, quod Corduben-ſis adepto intellectui attribuit.

Explicatio deſcriptione timoris.

Matth. ix.

Timor eſt fuga a ſeipſo in Deum.

Ratio uarietatis attributorũ timori.

Eccleſ. xxv.
Prou. xiiij.
Pſalm. x.
Eccleſiaſt. j.

Pr. viij. xvj. tur, iure quidem odit malum ipſumq; declinat, eo q̄ animum tota die ſollicitat, ne cogitet uel operetur, q̄ diuinæ pietati & ſemitis eius non conci-
Eccleſi. xv. nat. Nihil quoq; negligit timor, quia non modo conatur ut malum refu-
giat, ſed ut nihil boni operis, quod ad conformitatem & imitationem æ-
Prou. xiiij. ternæ uitæ originis ſpectat, prætermittat. In timore Dei fiducia eſt forti-
tudinis, fiducia ſcilicet auxilij Dei, quod fortitudo eſt animi, ad propulſan-
Eccleſiaſt. j. dum aduerſa, & ob hanc quidem fiduciam, cor ipſum lætificat Dei timor. Horum igitur & ſimilium attributorum rationem & cauſam, ex prædictis documentis facile (ſi mentem adhibes) dijudicare poteris.

TIMOR ISTE QVONIAM EX VERA FIde, ueluti diuinitatis contactu prodit, ideo arripit, & terrena cogitatione exinanit fidelem animam, eamq; diuinæ puritati adaptat, qua (ſuſcepto nouo Dei ſemine) noua profertur creatura, unde per timorem, qui fidem ſequitur, iuſtificatur oīs homo.

TImor ex fide, quæ eſt cum dilectione, ueluti diuinitatis contactu quodam oritur, eo quod fides dum firma cogitatione (quemadmodum de ſapientiæ ordine diximus) diuinæ pulchritudinis, eiuſq; bonitatis & dulcedinis imaginem proponit, continuo in illam totum animæ deſyderium erigitur, quo & mens ipſa inſtigatur, ut immenſam bonitatem illam, anxia ſollicitudine credendi actu adire ſtudeat. Cumq; in ipſo conatu, anima tantæ maieſtatis & ſplendoris magnitudinem, eadem credulitate, & quaſi quodam latente contactu perſentiat, & ſe circumquaque aduerſantibus rebus obſeptam animaduertit, atq; per eandem fidem noſcat ſibi non aliūde, quam ab illoipſo quem petit, omnium bonorum largitore Deo, poſſe præſtari opem, mox arripitur, & ſeipſum imbecillem, fragilemq; homuntionem deſerendo, in unico auxiliatore Deo refugium ponit. Quemadmodum Moſes poſtquam ſenſuum gregem mi-
Exodi iij. naſſet ad interiora deſerti, apparuiſſet ſibi Deus, tunc faciem ſuam, & quicquid in eo humanitus excogitatum fuerat, ſeſe deſerendo, timore abſcondit. Quapropter timor, quia ex fidei firmitate ducit originem, ideo
Quo ſolidior fides eſt eo uehementius concutit animum timor. quo efficatior ſolidiorq; exiſtit fides, eo anima uehementiori timore affi-
citur: Vnde ſancti uiri Dei, dum propius ad illum, apud quem eſt poteſtas & terror, accedunt, eiuſq; afflatu & ſpiritu aguntur, horrenda qui-
Geneſis xv. dem & ineffabili concutiuntur formidine: iuxta illud Abrahami, dum ſuper eum Dei ſopor irruerat, horror magnus & tenebroſus inuadebat
Iob iiij. eum. Et illud ſanctiſſimi Iob cap. iiij. Pauor, inquit, tenuit me & tremor, & omnia oſſa mea perterrita ſunt, & cum ſpiritus me præſente tranſiret, inhorruerunt pili carnis meæ: hoc totum operatur, ille diuinę puritatis ſplendor, qui ueluti ignis conſumens, nihil ſordidum, nihil coinquinatum, quemadmodum nec lux tenebras ſibi aſſociari patitur. Idcirco in illo
Deuter. iiij. diuinitatis contactu omnis prophana cogitatio terrenorum eueſtigio ti-

more

more abſterretur,& quaſi ſtipula ignis uoragine abſumitur. Vnde (corrupto iam terrenæ ſementis grano) & anima ipſa diuinæ puritati conformior facta, ex nouo & incorruptibili Dei ſemine, noua profertur creatura. Cum igitur eiuſcemodi renouatio ſeu iuſtificatio, & apratio ad iuſticiam ſempiternam ex timore Dei proueniat: qui enim ſine timore eſt (inquit Sapiens) non poterit iuſtificari: ideo perquam conſulte & ſcite protulit Theorema, q̃ per timorem Dei iuſtificabitur omnis homo. j. Petri j. Coloſ. iij. Eccleſiaſt. j.

TIMOR FIDESVE, TAMETSI ABSQVE externo mandatorum opere iuſtificet, non tamen permanet, opus uero mandatorum abſq̃ timore, licet in ſe uanum ſit, plus continens culpę q̃ meriti, multum tamen cõmodi affert.

HIc imprimis memento, quicquid de timore dixero, id quoq̃ de fide, quæ timorem prȩoccupat audiendum eſſe: pari modo ubi fidem pronunctio, ibi & fidei comitem timorem intelligendum. Cum igitur timor nihil aliud ſit, quam fuga animi a ſeipſo in Deum: Id autem ſolum mentis puritate, & corporis munditia contingat, quæ diȷudicare & ſecernere neſcit animus, niſi diuinitus mandatorum lege inſtructus: Reuincitur, timorem Dei abſq̃ mandatorum opere, non habere permanentiam: Permanentiam dico, quia nemo eſt qui reſpuat, quin fides per timorem eueſtigio abſq̃ externo mandatorum opere iuſtificet. Deus enim cum ſpiritus ſit, ſola fide & ueritatis ſpiritu (inquit Ioannes) adorandus eſt, propterea arbitratur Apoſtolus hominem iuſtificari ſine operibus legis. Sic enim latro in cruce, ſic paruuli manu impoſita ſaluatoris, ſic uniuerſa Centurionis familia abſq̃ baptiſmatis unda, & externo mandatorum opere, ſpiritalis gratiæ, & regni cœlorum participes facti ſunt. Sic deniq̃ omnis qui pietatis fidem amplectitur, & nullo contemptu, ſed occaſione aliqua urgente diſtractus, nullum religionis ſacramentum, neq̃ legis mandatorum opera, facto compleat, æternæ tamen is uitæ præmia conſequitur: & ideo minime ambigendum, quin fides abſq̃ externo mandatorum opere iuſtificet. Si igitur animus ille, qui fide & timore arripitur, illico (ut latronis in cruce) euolet, & de craſſo hoc corpore migret, exquiſitum & certum eſt, animum illum in beatorum recipi coloniam, Si uero diutius cȩco hoc carcere exulet, ubi perpetuo terrenarum rerum turbine agitatur, cui reſiſtere ſi uelit, quatenus timoris ſpiritus in eo permaneat, et uerbum Dei non ſuffocetur a ſpinis, ſollicitudine uidelicet ſæculi, & fallacia diuitiarum, modis omnibus mandatorum opus erit obſeruantia, iuxta illud Iacobi primo capite: Qui autem perſpexerit in lege perfectæ libertatis, & permanſerit in ea, non auditor obliuioſus, ſed factor operis, is beatus in facto ſuo erit. Propterea & Chriſtus dominus, licet ſui fideles inter amicos & non ſeruos enumeret, nullam tamen abſq̃ mandatorum obſeruantia pollicetur ſalutem: Si uis (inquit Matthæus xix.) ad uitam ingredi, ſerua mandata Dei: Mandata noſti, Non occides, Non adulteraberis. Ediuerſo,

Fides abſq̃ externo mãdatorum opere iuſtificat, ſed non permanet. Roman. iij. Matt. xxvij. & xix.

Per fidem iuſtificatio fit, per opera fidei permanentia.

Ioan. v.

qui omnia fidei, legiſq; mandata externo opere ſeruat, ſi fides deeſt in uanum operatur, & nihil niſi gehennæ ſupplicia reportat, quia præputium & circumciſio nihil eſt. Necq; inquinat, quod per os intrat, necq; nos Deo commendat, propterea ſi feceritis (inquit ueritas) omnia quę præcepta ſunt uobis, dicite quia ſerui inutiles ſumus. Carnis em̃ opera abſq; ſpiritali moderamine, ueluti iumenti non hominis opus erit, cp homo intelligentiæ honore decoratus cum non intelligit, comparatus eſt iumentis inſipientibus, & ſimilis factus eſt illis. Quinimmo opus hominis quod nõ eſt ex fide & intelligentiæ ſpiritu, longe deteſtabilius eſt opere iumentorum, eo quod iumentum, id quod in eo natura intendit opere ſuo peragit, quod non facit homo, qui ſine intelligentia, uel fide opus exercet. Nam & hi qui de moribus ratiocinãtur, actum nullum uirtuti adſcribunt, niſi ratione conſultus & uoluntate electus fuerit: quod autem uirtutis non eſt, uitio et culpę datur. Qui non eſt mecum (inquit ueritas) contra me eſt, & qui non congregat mecum, ſpargit: & propterea, omne (inquit Apoſtolus) quod non eſt ex fide peccatum eſt, & prudentia carnis, quæ ex fide eſſe non poteſt, mors dicitur. Quibus omnibus demum conclude, opus mandatorum abſque timore uanum eſſe, & plus continere culpæ quam meriti, Veruntamen licet in ſe uanum ſit, ad aliud tamen relatum multum oportuni commodi præſtat: Opera ſiquidem externa mandatorum, alia ueram pietatis fidem antecedunt, qualia opera erant Cornelij & aliorum, de quibus Petrus ita loquitur, In ueritate comperi quoniam non eſt perſonarum acceptor Deus, ſed in omni gente, qui timet deum, & operatur iuſticiam acceptus eſt illi. De quibus etiam Sapiens in Prouerbijs prȩcipit, Dirige (inquiens) adoleſcentem iuxta uiam ſuam, etiam cum ſenuerit non recedet ab ea, quem ſi uirga percuties, animam ſuam ab inferno liberabis. Conſydera quęſo quanti ponderis etemolumenti ſint, quæ fidem antecedunt opera, quod per illa adoleſcentem ab inferno liberari Sapiens cenſuerit: Eiuſcemodi namque opera contractam animæ ſordem detergunt, eamque peruiam & capacem reddunt ſuperni luminis: illa uero opera, quæ fidem ſequuntur (quam Apoſtolus fidem, quæ per charitatem operatur, appellat) faciunt ad præconceptæ fidei permanentiam, prȩcauendo ea, quæ ueritatis author auffugienda admonuit, quibus fides & ſuſceptum uerbum domini ſuffocatur, ſollicitudo uidelicet ſęculi & fallacia diuitiarum: Vnde et Iacobus Apoſtolus, eum qui fidem habet ſine opere, auditorem uocat obliuioſum & diſtractum, & illectum a concupiſcentia ſua: eum uero qui factor eſt operis, permanere dicit in lege perfectæ libertatis, quæ eſt æterna lex fidei, mater noſtra, & cœleſtis Hieruſalem. Ad eundem ſenſum Iacobus una cum Paulo, probant ex operibus iuſtificari hominem, Videtis (inquit Iacobus capite ſecundo) quoniam ex operibus iuſtificatur homo, & non ex fide tantum. Et Paulus cap. ſecundo ad Romanos ſcribit, dicendo

j. Corint. 7. Matth. xv. Lucæ. xvij.

Pſalm. 48.

Opus hominis quod nõ prodit ex fide, deterius eſt opere iumentorum. Matth. xij. Rom. j4. Roma. viij.

Opera alia fidem antecedũt, alia ſequuntur. Actor. x. Prouer. zz.

Opera quæ fidem antecedunt, adoleſcentem liberant ab inferno, Galat. v. Matth. xiij.

Iacobi ij.

dicendo: Non enim auditores legis iuſti ſunt apud Deum, ſed factores legis iuſtificabuntur. Eatenus enim opera iuſtificare dicunt, quatenus ad fidem conducunt, eamq; perfectam & permanentem reddãt. Quod palam teſtatur Iacobus, dum ait: Et ex operibus fides conſumata eſt, & impleta eſt ſcriptura dicens, Credidit Abraham Deo, & reputatum eſt illi ad iuſticiam. Hæc tamen opera in ſeipſo, non relata ad fidem, ad quam ſuſcipiendam diſponunt, uel ſuſceptam diſtrahi non ſinunt, nihil per modum efficientis formæ, uel finis (ut antea expoſui) iuſtificationis tribuũt. Quemadmodum ſi aliquis inops, probuſq; ſacerdos languidus & pedibus æger ad præſulẽ prouehitur aſello, quem pius & miſericors præſul cũ uideat præſentem, mox opulento eum prouentu condonat, hunc ſacerdotem ſi tu interroges, Quis nam talem tantumq; elargitus ſit ei prouentũ, nonne ridiculum et inſanum diceres ſacr ficulum, ſi reſponderet prouentum hunc dediſſe aſellum, tametſi abſq; aſello, uel quis uehiculo, minime aut uix acquirere potuiſſet prouentũ: Vnde geminam collatam inopi gratiam conſydera, unam acceſſoriam ab illo, qui condonat aſellum: alteram potiorem a pio præſule, qui pro meritis & ægeſtate petentis, prouentum diſtribuit. Et ſimili modo de fide & operibus iudicabis, & qui ſapit intelligit, q̃ conditor rerum per naturam & gratiam præuenientem dat donum aſelli, per ſanctum ſpiritum elargitur prouentum. Diceres forte, q̃ iuxta hanc ſimilitudinem ſubſannandus eſſet Paulus apoſtolus, qui factores legis iuſtificari docet: ſubſannandus & Iacobus, qui ex operibus aſſerit iuſtificari hominem. Reſpondeo, & tu adhibe aures, q̃ actiua (ut uocãt) & paſſiua diſpoſitio (quemadmodum omnia relatiue oppoſita) cum una datur, alteram dari neceſſe eſt, non tamen quod uni attribuit, continuo attribuendum eſſe alteri: Et ideo quia facta legis (ut audiuiſti) diſpoſitiue ſeu paſſiue concurrunt ad iuſtificationem: Verum eſt dicere, factores legis iuſtificantur: & falſum atq; ridiculum dicere, facta legis iuſtificant. Quemadmodum de languido illo ſacerdote, uerũ eſt dicere, q̃ uectus aſello condonatur prouentu, non tamen aſelli uectura prouentũ donat. Eodem pacto ut uere & accommodate dicimus, ex ligno fit ſcamnum, ita ridicule dicereꝰ tur, lignum facit ſcamnũ. Sic apte dicitur, ex operibus iuſtificatus eſt Abraham: ridicule uero, q̃ opera iuſtificarũt Abraham: & ꝓpterea ſubiũgit diuinum eloquium, Credidit Abraham Deo, & reputatum eſt illi ad iuſticiam: fides ergo reputata eſt ad iuſticiam, & non opera.

Nota ſimilitudinẽ, qua multa ambigua et diſcrimina tollere poteris.

Tecum hæc pẽſita, & ſyncera mente reuolue.

Quẽadmodum apte dicitur, Ex operibus iuſtificamur, Sic inepte et falſo dicitur, opera iuſtificant.

Duplici tamen modo, opera quæ fidem antecedunt ad iuſtificationem conducunt: Vno quidem modo, quia operatur ipſe his tenebrarum operibus intentus, dereriora & ſpineta cauet, quæ uerbum Dei ſuffocant, animumq; longius a diuino reuocant conſortio. Quemadmodum pueris committit pædagogus ut ludant nucellis, ne uagabundi frangant ea quæ ſunt domi. Tum etiam uel maxime quidem, q̃ ex longa conſuetudine operis mandatorum, ſi forte ad timorem, qui per dilectionem operatur, peruenerit, promptius lætiuſq; ſalutaria opera explere ualeat: Dirige (inquit Sa-

piens) adoleſcentem iuxta uiam ſuam,& cum ſenuerit,non recedet ab ea. Tu autem hæc conſydera,& ſedulo tecum reuolue.

MANDATORVM LEX, TESTAMENTVM, que geminum datur: unum ſeruitutis in Arabiæ monte traditum: alterum libertatis ab æterno reconditum,cœleſtis Hieruſalem,quèmadmodū & geminus,interior ſcilicet,& is qui foris eſt homo admittitur.

QVicquid em̄ Propheta ore Dei enunctiat,id ſpiritali oculo in ſuperna Dei ſapientia uidet, legitq;. Sapientia (inquit) amicos Dei,& prophetas conſtituit,quorum manibus opera mortalium dirigit,quam & legem æternam,librumq; mandatorū Dei ſcriptura uocat: eandem librū uitæ,& teſtamentū altiſſimi,& quæ legem mandauit Moſi cognominat. Quoties ergo,mandatū,teſtamentū & lex,per Prophetam diuina authoritate traditur, geminum teſtamentum, lex ſeu mandatū audiatur neceſſe eſt:unum quod Propheta per librum,humano ſtylo conſcriptū, erudiendis mortalibus promulgat: Alterum eſt libri illius exemplar, liber ſcilicet uitæ,digito & uerbo Dei conſcriptus:quæ duo teſtamenta aperte Paulus ad Galatas oſtendit: Vnum quidem in monte Syna,in ſeruitutem generans: Alterum, quæ ſurſum & libera eſt,mater noſtra Hieruſalem: illud factorum,iſtud fidei: illud mortis legem, iſtud ſpiritum uitæ: illud pædagogum,iſtud matrem appellat. Illius mandatum non ſupra te,neq; in cęlo eſt, ſed carnale,infirmum atq; inutile: iſtud latum nimis uerbum in cœlo manens,lucidū,illuminans,& uita æterna. Pari lege geminum hominem, interiorem & qui foris eſt idem Apoſtolus declarat: Illum nouum, iſtum ueterem: illum ſpiritualem, iſtum animalem uocat: Iſte expoliandus, ille induendus: iſte legi ſeruit peccati, iſte legi Dei & mentis: iſtius opera mors, illius uita.

Sapient.vij. & xj.

Baruch iij. Eccle.xxiij.

Galat.iiij.

Roman. iij. vij.viij. Deut.xxx. Hebreo.vij. Pſal. cxviij. Ioan.xij. Epheſ.ij. Colloſ.iij. j.Corint. ij. Roman.vij. &viij

QVI FORIS EST TERRENVS HOMO, TERreno mandato regitur: interior uero cœleſti teſtamento beatur.

TErrenus enim carnaliſq; homo, cum ex intimo naturæ concupiſcat, pugnetq; aduerſus ſpiritum, legi Dei non poteſt eſſe ſubiectus, ideo ſolo externo chamo & terreni mandati freno conſtringitur, quod legem mortis Apoſtolus cognominat: Nunc autem,inquiens,ſoluti ſumus a lege mortis, uidelicet ſeruientes, in nouitate ſpiritus: ubi autem ſpiritus illic non adeſt,tunc pædagogo & lege aliqua factorum eſt opus. Interior uero homo beatur, cum in lege (ut Iacobus loquitur) perfectæ libertatis perſpexerit, in eaq; permanſerit: Perfecta autem (ut diximus) libertatis lex teſtamentum eſt altiſſimi: mater noſtra quæ libera eſt, cœleſtis Hieruſalem,ex qua denuo nati,remeamus in æternæ uitæ originem.

Roman.vij.

HORVM ALTER SINE ALTERO, CVM NEC exiſtere quidē in hac mortali uita,neq; operari poſſit: ideo interior homo legi mentis ſeruire nequit,niſi & is, qui foris eſt, legi factorū obtemperet.

SI enim poſſet interior homo,abſq; exterioris hominis conſortio in hac lubrica

lubrica & mortali uita consistere, posset utiq; sine eius adminiculo opus suum peragere, & mente seruire legi Dei. Nec obstaret ulla in parte carnis concupiscentia atq; libido, siue ebrij seu sobrij, siue luxuriantes seu continentes, æque frueremur in hac, qua peregrinamur a Domino tenebrarũ ualle, uisione illa beata, non per speciem et ęnigmata, sed reuelata facie gloriam dei speculantes. Frustra ergo & uana, imo mentita essent Dei hominumq; consulta & legum instituta, quæ nihil aliud intendunt, nec regnũ cœlorum aliter pollicentur, nisi his qui carnis insaniam, eiusque pugnam aduersus spiritum, per sobrietatem, castitatem, ieiunia, orationes, & id genus coherceant. Id autem clariori firmioriq; intelligentia perpendes, si humanæ naturæ conditionem altius perspexeris. Quum enim inscrutabilis diuinæ sapientiæ ordo hominum genus ad uinculum et unitatem uniuersi effinxerint, quo ueluti in quodam æternarum & prætereuntium rerum orizonte necterentur ultima primis, fieri non potuit, quin eius compago (prout cuiusq; medij ratio expostulat) particeps esset extremorum, in qua cœlestium & terrestrium natura conflaretur in unum (quod consumatissime quidem actum est in deo & homine Iesu Christo) & tali quidem uinculo & nexu, ut quo una partium uires intendit, eo trahatur et altera, nec dabitur medium, quod duobus aduersantibus inuicem dominis nemo seruire potest, quin si uni adhæreat, alterum contemnat. Qui non est mecum (inquit ueritas) contra me est: & qui non congregat mecum, dispergit. Hæ igitur humanæ compaginis partes cum contraria & pugnantia munera petant: Caro enim concupiscit, nisi caduca & lutulenta aduersus spiritum: spiritus uero cœlestia atq; ęterna aduersus carnem desyderat. Idcirco nisi chamo & fręno cohibeatur, & in seruitutem redigatur terreni hominis libido, distrahit spiritalem hominem, eiusq; aciem obnubilat, ne respondeat, uel conformis fiat imagini Dei. Scis enim quo pacto ex originali naturæ culpa inter mulierem (si nosti mysterium) & serpentem ac utriusq; sobolem, perpetuæ positæ sint inimicitiæ, & maledictus sit serpens, ut pectore cogatur repere humi, uesciq; terra & limo, insidiari etiam calcaneo mulieris & semini eius: Quibus licet data sit facultas conterendi caput insidiatoris, nihilominus prosecuriori aduersus illius insidias tutela, structa est in maceriem, & sepem lex mandatorum, quam sepem qui dissipat, mordebit (inquit Sapiens) eum coluber. In hanc igitur sepem aduersus carnis prudentiæ insidias, & in chamum fręnumque pro domanda libidine, seu in pędagogum, qui paruulorum excutiat ignorantiam, data est lex aliqua mandatorum, qua cũ fide & dilectione seruata, multis quidem modis cooperatur ad iusticiam & uitam: Totidem modis eius transgressio ad iram operatur & mortem.

Irreuincibilis ratio, qua et externa opera bona requirũtur ad æternam salutem.

Homo uinculum est uniuersi, ne ẽtens ultima primis.

Matth. xvij.

Galat. v.

Psalm. iij. j.

Peccati originis typus, scitu dignus.

Ephes. ii.

Ecclesiast. x.

LEGIS.

LEGISFACTORVM OBSERVANTIA QVA-

tuor modis cooperatur ad uitam, eiuſq; tranſgreſſio ad mortem, uno quidem modo ad uitam operatur, nõ operis ſed obſequij merito, Alio modo non obſequij, ſed triformi operis intuitu, quia modeſtum, quia conforme operi creatoris, & mentem tollens ad ſuperos.

PRimo quidẽ ad iuſticiã & uitã cooperatur legis obſeruãtia, nõ merito operis mãdati, ſed ex obſequio præſtito imperio mandãtis: Obediẽtia em̃ qua quis humiliat ſeipſum, & ſeſe iuſſis placitiſq; cõmittit mandatis, animũ adaptat, capaceq; reddit gratiæ & dilectionis imperantis: Cui enim (inquit Apſus) quis obedit, illius et ſeruus eſt. Et ubi ego ſum (inquit ueritas) ibi & miniſter meus erit. Propterea melior eſt obediẽtia q̃ uictimę, qua ſola dilectus Deo Abrahamus ꝓpetuã pro ſe & ſemine ſuo meruit benedictionẽ. Secundo ad iuſticiam & uitam cooperat̃ mandatũ, ex honeſtate & modeſtia operis, quo regit̃ & in ſeruitutẽ redigitur carnis inſania, ne præualeat aduerſus ſpiritũ. Tale ſiquidẽ opus modeſtiæ, naturæ lumine duce, & nulla mandantis authoritate præeunte exequendũ, quo et gentes (ut Apſus loquitur) quæ legem nõ habent, purę conſcientię ſtimulo, ea quæ legis ſunt operantur. Exactius tñ docemur, probamusq; utiliora (inquit Apſus) inſtructi per legem mandatorũ, q̃ ulla humanæ mentis indagine. Tertio (qui modum concomitatur ſecundũ) ad uitam operatur mandatũ, ex conformitate operis, et eius concinnitate cum operibus creatoris Dei, ipſum imitando & ambulando in uijs eius, quæ ſane cõformitas dilectionẽ & diuinũ conſortiũ parit: Quia em̃ iuſtus eſt Deus, ideo cõformitatis cauſa, iuſticias, iuſtoſq; diligit. Et ſancti (inquit) eſtote, quoniam ſanctus ego ſum: Et miſericordes, quia & pater ueſter cœleſtis miſericors eſt. Quarto ad uitam operatur mandatũ, aſſiduitatis merito, quia qui beatus eſſe cupit, ſine intermiſſione, die noctuq; meditetur oportet in lege Domini, quod perficere quidem non poteſt mens humana, externoet carnali opere implicita et diſtracta, niſi in ipſo opere terreno aliquid ſuperni mandati, & libertatis legis memoriale & ſimulachrum conſyderet, quo dum in carne ambulat, non ſecundum carnem operetur & militet: Niſi enim, quodcunq; uerbo & opere facimus, fecerimus in nomine Ieſu, & in conſpectu noſtro Deum prouiderimus ſemper, ſtatim dilaberetur, & corrueret mens oblita ſupernæ imaginis: quia oblita es (inquit Propheta) dei ſaluatoris tui, ideo deſerta eris: Qui enim ignorabitur, & qui ignoratur, omne præſidiũ clipeumq; amittit ſalutis, iuxta illud præcipuum diuinæ prouidentiæ ſacramentum: Abſcondam, inquiens, faciem meam, & erit in deuoratione. Attende quæſo diligenter, non enim legitur, Faciam eum deuorare, ſed erit ſcilicet per concomitantiam in deuoratione. Stultícia hominis (inquit Sapiens Prouerb. orum cap. x.) ſupplantat greſſus eius, & contra deum feruet cor ſuum. Qui enim ambulat ex aduerſo (rectius fortuito) ſe mundi ſubmittit elementis, & ſeptuplum iuxta ſeptẽ erratica corpora indignatiõis et irę reportat, Nauclero nãq; abſenti, cauſa

Roman. vj. Ioan. xj. j. Regũ xv.

Roman. ij.

Roman. ij.

Pſalm. x. Leuit. xix. Lucæ vj. j. Timot. v. Pſalm. j.

Omniũ cęremoniarũ ratio & cauſa eſt aſſiduitas exercendi & ſtabiliendi mẽtem in ſuperis. Pſalm. xv. Eſaiæ xvij. j. Cor. xiij. Leuit. xxvj.

Leu. xxviij.

cauſa attribuitur ſubmerſionis,cuius præſentia,cauſa eſt ſalutis,Hæc ſi pē-
ſites,diuinæ prouidentię archanum facile penetrare poteris, Quibus ad-
ſtipulatur illud Iacobi. Qui autem perſpexerit in lege perfectę libertatis
(id eſt cœleſtis,quæ libera eſt mater noſtra Hieruſalem) & permanſerit
in ea,non auditor obliuioſus,ſed factor operis, is beatus in facto ſuo erit.
In cuius rei intelligentiam Sabbati mandatum conſydera, Cum enim fie-
ri non poſſit,Iuxta naturæ legem,quin homo, pariter & iumentum poſt
diuturnos motus atq; labores,ocio & alternæ quieti indulgeant, ſeptimū
ſtatuit diuina ſollicitudo diem,quo (omni ſeruili opere ceſſante) reſtau-
rentur corporis uires, ſimulq; & mens ipſa reſipiſcat,memor æterni ſab-
bati,ſupernæ dei imaginis. Alioquin ſi ſola carnis requie,otioq; ſabbati-
zet inerti,ſuperna & perfectę libertatis lege non inſpecta,miſer magis (iu-
xta Iacobi monitum) quam beatus in hoc ſabbatizandi facto erit: Sciunt
enim hĩ qui nouerunt myſteria,non reptantes in litera quę occidit,qua le-
ge ſex dies laboris,qui ex luce & tenebris conſtant,ſex mobilium rerum o-
ſtendant diſcrimina, quæ priuationis & materiæ tenebris, formarum q;
luce conſiſtunt,perpetuo tranſmutationi laboriq; obnoxia, Et quo pacto
ſeptimus dies, cuius nullas proferunt ſcripturæ ueſperas, ſeptimum ſan-
ctumq; enuncient ſubſtantiarum genus,ubi nihil tenebrarū, nulla tranſ-
mutatio,neq; uiciſſitudinis obumbratio uerſatur,ſed placida quies,ſtatuſ-
q; ſempiternæ ſalutis.Eodem pacto de reliquis mandatorum legis & or-
thodoxæ pietatis ſacramentis iudicandum,quæ exemplari & umbræ de-
ſeruiunt (cœleſtium,q; forma ſcientiæ & ueritatis (ut Apoſtolus loqui-
tur) habetur in lege.

Exo. xxiĩ.

Sex dies laboris et ſabbati typus.

Hebre.viĩ. Rom.iĩ.

AD MORTEM LEGIS OPERATVR TRANSgreſſio,ex inobedientia,immodeſtia,deformitate operis,& intermiſſione ſpiritalis archani mandatorum.

QVot enim modis legis obſeruantia cooperatur ad uitam, tot cōtra-
riis modis,eiuſdem tranſgreſſio operatur ad mortem. Primo ex
ſola præuaricatione & inobedientia. Nam quemadmodum obedientia
gratiam conciliat, ſic inobedientia odium parit.Per unius ſiquidem ino-
bedientiam condemnatio & mors (inquit Apoſtolus) regnauit in orbe,
Que non penes prauitatem & immodeſtiam operis,ſed iuxta contemptū
imperium mandantis attenditur. Peccatum enim non imputa-
tur,cum non eſſet lex,q; ubi nō eſt lex,ibi nec præuaricatio,per legē enim
cognitio fit peccati,unde legem dicimus iram operari & mortem, Et ſub
maledicto eſſe,qui ex operibus legis ſunt,q; uirtus peccati eſt lex. Secun-
do legis tranſgreſſio operatur ad mortem nō intuitu mādantis,ſed ex im-
modeſtia et diſſolutione operis mandati.Qui enim mollis eſt & diſſolutus
(inqt ſapiens) in opere ſuo,frater eſt opera ſua diſſipātis.Diſſolutis nāq;
& relaxatis carnis habenis,etiam nullo legis mandato interueniente, nihil
niſi peccatum impietatemq; operabitur homo.Stipendium autem pecca-
timo-

Rom.vi.

Rō. iĩ. iiĩ.

Gal.iĩ.

Eccle.xviiĩ.

Rom.ix.

Eſa.lvi. ti mors eſt,quia nihil eſt,quod hominem diuidat & diſiungat a deo (quæ diuiſio mors eſt) niſi peccatum & iniquitas, Qui autem ſine lege peccat, ſine lege, ait Apoſtolus peribit. Tertio modo (qui modum concomitatur ſecundum) ad mortem operatur legis tranſgreſſio, ex deformitate ſeu prauitate operis. Nam ſicut imitari & ambulare in uijs domini, per cōformitatem dilectionem operatur, ſic diuertere & alienari a uijs eius per deformitatem, repugnantiam & odium parit, odit enim deus obſeruantes uanitates. Vanitates autem obſeruant, qui per ignorantiam alienati ſunt a uia dei: & quia rectus eſt deus, & rectæ ſunt uiæ eius, ideo, uæ (inquit) qui dereliquerunt uias rectas & diuertunt in uias prauas. Quarto, tametſi obediens, modeſtus & conformis fuerit ex opere mandatorum, ſi carnali & ſeruili tantum operi incumbat, mentem uero in altum, & inperfectæ libertatis legem non tollat, huic nihil ad uitam, ſed intermiſſionis cauſa ad mortem operabitur mandatum. Nam quemadmodum aſſidua meditato in ſuperna dei lege ad beatitudinem operatur & uitam, ſic eius intermiſſio & obliuio (ut Iacobus admonuit) ad miſeriam perducit & mortem. Qui enim (inquit Apoſtolus) in carne ſeminat, de carne metit corruptionem, qui autem ſeminat in ſpiritu, de ſpiritu metit uitam æternam.

Pſal.xxx. Epheſ.iiij. Pſal.xci.

Gal.vi.

MANDATA SINE QVORVM OBSERuantia nemini patet aditus ad cœlorum regna, ſunt præcepta decalogi.

NEmini patet aditus ad cęlorū regna ſine timore dei, Timor autem dei (ut audiuiſti) abſq; mandatorum obſeruantia, quæ ad animi puritatem & corporis inſtruunt munditiam, perfici non poteſt. Hoc autem præſtant mandata decalogi, quæ plane ad hoc unum tendunt ut animum ad ſolum creatorem conuertant, et ab omni carnis concupiſcentiæ labe reuocant. Ideo hæcipſa decalogi præcepta ob præeminentem eorum uirtutem, uiua dei uoce plus ſexcentum milibus auditorum prolata & dei digito, lapideiſq; tabulis inſcripta ſunt & (ob hanc cauſam) ſingulari fœderis nomine appellari merentur: unde & Arca qua reponebantur decalogi tabulæ, Arcam fœderis cognominari legimus, eo q; præcipuum fœdus pactumq; ſempiternum, per hanc decalogi legem initum eſt inter deum et ſemen Iſrael. Quamobrem & Chriſtus dominus, ſciſcitanti, quæ nam eſſent mandata, quæ ad cœlorum regna dirigant operantem, tunc neq; circumciſionis, neq; baptiſmatis, ſed decalogi duntaxat mandata reſpondet. Mandata (inquiens) noſti, non occides, non mechaberis. Et reliqua, ſupple decalogi præcepta: Nam abſq; circumciſione, cęteriſq; mandatorum legis, plures ſaluos factos legimus, Cum deo ſiquidem ambulauit, & non obſtante præputio in cœlum ſublatus eſt Enoch. Cum deo quoq; ambulauit, & in præputio gratus erat deo uir iuſtus Noe, Gratus & Rex Salem, deiq; ſacerdos Melchiſedech, Grati deniq; permulti gentilium, qui ante circumciſionis & Baptiſmatis ſacramentum obtempera

Deut.iiij. Deut.ix. Mat. xviij. Luc. xviij. Gen. v. vi.

ban

t

bant legi naturæ,at ſine lege naturæ,quam præcellentius continent mandata decalogi,nullo unquam ſeculorꝫ aliquem beatum fuiſſe accepimus.

RELIQVA DIVINAE LEGIS ET APOſtolicæ ſanctionis inſtituta, nihil aliud ſunt, quam decalogi uaria,& pro rei exigentia diſpenſanda, expreſſio, prout lex ipſa circumciſioniſꝫ ſacramentum demonſtrant.

QVod autem reliqua uniuerſa legis & Apoſtolicæ ſanctionis mandata nihil aliud ſint,quam legis decalogi expreſſio, nemo eſt ſapientum qui idipſum non ſentiat. Quod uero moſaicæ legis obſernantia,pro loci uel temporis conditione intermitti uel tolli poſſit,primo lex ipſa declarat. Cum non obſtringat ad ſui obſeruantiam,niſi quam diu Iudęi ſceptrum, regnumꝫ obtinuerint terrę Iſrael. Enunciauit (inquit) uobis fędus ſuum quod prędepit ut faceretis,ipſa decem uerba,quæ ſcripſit in duabus tabulis lapideis,mihiꝫ mandauit in illo tempore ut docerem ędemonias et Iudicia quæ facere debetis in terra quam poſſeſſuri eſtis. Hæc Moſes, Vbi animaduerte, quo pacto decem uerba a ędteris legis mādatis quadrifariā ſeiunxerit,primo ſeorſum,& non cum reliquis mandatorum legis enumerat,Exinde hæc ipſa propria dei uoce ſexcentum milibus auditorum præcepta ſunt. Singulare inſup fęderis cognomen eis adſcribit,Quarto deniꝫ nec temporis nec ulla loci conditio eorum obſeruantię adnectitur,Cuncta autem reliqua mandata ędremoniarum et Iudiciorum appellatione cõprehendit,quæ nec diuina uoce enunciata ſunt multitudini, ſed mihi (inquit Moſes) mandauit ut docerem uos,neqꝫ ſeorſum fœdus appellat. Vltimo tandem loco ſubiungit,quæ facere debetis in terra quam poſſeſſuri eſtis. Et hanc poſtremo adnexam loci conditionem ſæpe quidem a Moſe repetitam legimus. Quo plane oſtenditur,legem præter decalogum,iuxta loci temporiſqꝫ uarietatem intermitti uel tolli poſſe. Hoc teſtatur & circumciſio,præcipuum legis mandatorum ſacramētum,quod (Ioſue teſte) quam diu euagabantur in deſerto,præſente eorum magiſtro & duce (latentis quidem myſterij cauſa) minime cuſtoditum inuenimus. De Apoſtolica quoꝫ ſanctione nemo eſt qui renuat, quin pro rei exigentia (non modo intermitti ſed & abrogari,uel mutari poſſit, cum eius obſeruantia humana potius quam diuina authoritate nitatur. Eiuſdem autem eſt ſoluere,cuius & condere legem. Propterea & ipſa pontificia iura ſtatuunt apoſtolicæ ſedis decreta,iuxta temporis, perſonæ & cauſæ uarietatem,relaxari,temperari & ceſſare poſſe.

Deut.iiij.

Decalogi precepta a reliquis legis mandatis quadripartita diſtinctione ſeiungitur.

Deut.iiij.v. vi.xij.xxi.

Cap.vi.

Can.i.q. vij.

VT CIRCVMCISIO IN VETERIS PACTI legiſq; factorum ſignaculum, ſic & Baptiſma noui fœderis & legis, credendorum teſtimonium.

CIrcumciſio namq; pariter & Bapiſma a primo mandatorum decalogi, quo unius dei cultus iniungitur, ſortiuntur originem, tanquam ſignum & perpetuum teſtimonium fœderis & uoti, quo ſeſe uni deo colẽdo legis ſuſceptor deuouerit, iuxta illud, circumcidetis carnem prępucij uestri, ut ſit in ſignum fœderis inter me & uos. De Baptiſmatis quoq; teſtimonio legitur. Tres ſunt qui teſtimonium dant in terra, ſpiritus, aqua & ſanguis, per aquam Baptiſmatis lauacrum, teſtimoniumq; deſignans.

Gen. xvij.

i. Ioan. v.

Quandoquidem cuiuis gentium & quibuſcumq; amicitiæ, aut ſeruitutis pactum ineuntibus commune eſt, ut externo quodam opere, & ſolenni facto contracti & inuiolandi fœderis præbeant teſtimonium. Quinimo & ipſe princeps & conditor ſęculorum deus, in ſignum pacti, de non inferenda poſteris aquarum clade iridem, arcumq; in nubibus conſtituit. Sic & dilectus deo Iacobus, cum gentili ſocero Labano amicitiæ fœdus pro ſe & poſteris percutiens titulum & lapidum erexit aceruum pacti, memoriam & ſeruandi fœderis teſtimonium. Sic & maximus prophetarũ Moſes ſanguine reſperſit populum, in ſignum pacti perpetuo legis ſeruandæ. Hic (inquiens) eſt ſanguis fęderis, quod pepigit deus uobiſcum. Sic & ſtrenuus ille Iſraelitarum dux Ioſue, ad teſtimonium iterati fœderis perpetuo deum colendi, prægrandem erexit ſub quercu lapidem. Ne forte (inquiens) poſtea negare uelitis, & mentiri deo ueſtro. Pari lege de Baptiſmate & alijs quibuſcumq; fœderibus & ſolenni pacto cenſendum eſt.

Gen. ix.

Gen. xxxi.

Exo. xxiiij.

Ioſue ultimo.

Et ideo quemadmodum pro arbitrio eſt autoris, hoc uel illud fœderis teſtimonium ſignumue ſtatuere, ſic & diuina prouidentia, eiuſq; immenſa ſapientia & uirtus, minime uni uel alteri alligata eſt ſacramento, quin pro uoto mutari uel in aliud ſignaculum transferri queat: ut quod ante ſub uelamine teſtabatur circumciſio, teſtetur modo reuelata fide Baptiſmatis ſacramentum. Circumciſio ſiquidem & præpucium (inquit Apoſtolus) nihil eſt, ſed obſeruatio mandatorum dei, Mandata indicat decalogi. Alioquin ſi de quibuſcumq; reliquis dei mandatis intenderet, ſecum edirecto pugnaret ſententia Apoſtoli, qua aſſeritur obſeruationem mandatorum dei, omnino requiri ad ſalutem, docet tamen nihil eſſe circũciſionem, licet & ipſa ſit de numero aliorum mandatorum dei. Sic utiq; & Baptiſma noui fœderis teſtimonium, quantum ad ea quæ ſolum foris operamur, non magni ſunt momenti ad cœlorum regna, q; corporalis exercitatio (tametſi non inanis ſit) ad modicum tamen (ut Apoſtolus loquitur) i. Thim. iiij. utilis, ſed pietas & fides, quam Baptiſmatis ſacramentum denunciat. Multi namq; (ut a principio tradidi) abſq; Baptiſmatis unda, in beatorum recepti ſunt coloniam, atq; iinnumeri cum ſuſcepto Baptiſmate, æterna ſupplicia reportant. Parum itaq; refert, ſi quicquid extrarium & circumſtans fuerit, diuina autoritate tranſmutes, dummodo ipſum

pſum (quod nulla, nec diuina quidem conſtitutione tolli uel immutari poteſt) Decalogi fœdus, ſcopumq; colendi deum obſerues. Quemadmodum de ſabbaſmo decalogi præcepto traditur, Cum enim quis peregrinus ignorat, quæ nam tunc dies enumeretur hebdomadę, parum facit (ut ſapientum phariſeorum declarat autoritas) Saturni, an ſolis die ſabbatizet, ſed dummodo in ſeptimo (a quocumq; inceperit numerare die) quieuerit, eumq; ſanctificauerit, decalogi mandato ſatis factum erit: Eadem utiq; lege diuinum cultum, & primum decalogi mandatum concernit, fimbriarum in pallijs uſus, & uerba legis in ſignum manibus alligata, atq; inter oculos fronti poſtibuſq; domus affixa. Quæ & eorum ſimilia, ſolum ad hoc præcepta ſunt, ut dum carnis, mundaniſq; occupamur operibus, præſto monitorium ſit ſignaculum, ne oblinio nos apprehendat rerum diuinarum, & legis mandatorum dei: unde eiuſmodi mandatis ſubnectit Moſes dicens. Cumq; introduxerit te dominus deus tuus, & comederis & ſaturatus fueris, caue diligenter, ne obliuiſcaris domini dei tui, qui te eduxit de terra Aegypti, de domo ſeruitutis. Ad eundem ſane cultum finemq; conuertuntur permulta, deuotorum fidelium opera ad aſſiduitatem orationis, ad dominicæ paſſionis, ſanctorumq; memoriam facientia, Vnde aliqui manu geſtant globulorum ſeriem funę pendentium, Alij crucem gerunt, Alij pro cingulo cordam, Alij agnus dei (ut uocant) Alij ſanctorum ſymulachra parietibus appendunt, & id genus, quorum omnium ſi unum in aliud, diuina uel Apoſtolica authoritate, externo tantum opere tranſmutes, ueritatis fide, & pietatis mente ſeruata, parum intereſt ad ſalutem, prout in ſequentibus, ubi de noui ueteriſq; teſtamenti ſacramentis commemoro, audies.

Num. xv. Deut. vi.

Quemadmodum igitur, de prædictis, ſic de ſingulis decem mandatorum iudicandum, quorum obſeruantiam & Chriſtus dominus, & eius præco Apoſtolus, imprimis commendat, Quia circumciſio & prepucium nihil eſt, ſed obſeruantia mandatorum dei (mandata ut dixi-mus) dei appellat decalogi præcepta, quæ uiua dei uoce prolata & ab uniuerſa multitudine audita ſunt. Hæc autem mutandi facultas ad nullum ſpectat, niſi ad ipſum, qui legem tulit, aut cui par commiſſa autoritas fuerit. Si enim quiſq; Chriſtianæ pietatis homo, talem ſortitus eſſet auxiliarem naturæ gratiam, & ſuperceleſtia gratię dona, quibus humanas operationes & actus per ſe (nemine docente) metiri, & rectum a prauo diſcernere & opere explere poſſet, tunc utiq; cuilibet daretur mutandi facultas, & nullo externo metro, nullo opus eſſet legis freno, & chamo præcepti, Quoniam iuſto & ſpiritali homini, qui (ut Apoſtolus loquitur) iudicat omnia, non eſt data lex. Qui enim ſpiritu ducitur, is non ſubeſt iugo legis, ſed ſponte ſua facit ea quę legis ſunt. Cum uero plurimi mortalium paruuli ſint, rudeſq; ſpiritu, & concupiſcentia infirmi, quod manifeſta carnis opera eorum declarant. Ideo lacte,

Legis immutatio ad nullum, niſi ad legislatorē uel cui par eſt autoritas ſpectat. 1. Thim. i. 1. Cor. ij. Gal. v

oleribuſq; paſcantur,& pædagogum habeant legem aliquam mandatorum oportet, quæ decalogi, & naturæ legem explicet, eamq; pro rei, temporiſq; & loci,atq; perſonarum uarietate explanet.

SIGNVM VERO ET TESTIMONIVM DIuinitus datum;eo maxime humani fœderis ſignaculum præcellit, q; hoc nihil contineat latentis energiæ. Illud uero obedientiæ, modeſtiæ,conformitatis,& archanæ meditationis, merito clam facit,& ultra mundanæ,ſolertiæ limites operatur ad ſalutem, quod & claro quondam Moſis & Chriſti ſectatorŭ experimento cognouimus.

QVantum diuinæ traditiones,humana inſtituta antecellunt quatuor illi modi,quibus ad iuſticiam operantur mandata,lex ipſa declarat. Deut.xli. Iuxta illud Moſis. Hæc eſt enim ueſtra ſapientia, & intelligentia coram populis,ut audientes uniuerſa præcepta hæc, dicant, En populus ſapiens & intelligens,gens magna,Neq; eſt alia natio, tam grandis, quæ habeat deos appropinquantes ſibi, ſicut deus noſter adeſt cunctis obſecrationibus noſtris,hæc Moſes,quod & longa quidē,ac manifeſta rei experientia declarat. Quippe a primordio ſęculi,ad hunc uſq; diem nulla legis ſanctio,nulla reipublicæ inſtitutio,cognita uel audita eſt, quæ tot, tantoſq; non minus humana, quam diuina ſapientia,& uitæ ſanctiomonia uiros, tam uaſtam prophætarum & miracula operantium multitudinem inſtituerit,quantam propagauerat lex Moſis,quæ & poſtremo, ueluti ultimum uniuerſæ legis,totiuſq; humani generis profectum finemq; Chriſtum ſaluatorem una cum ſacro Apoſtolorum ordine produxit. Quorum uitæ candorem, ſapientiam,& miranda opera longo aſſerere teſtimonio ſuperuacaneum fore duxi, cum hæc uniuerſus iam terrarum reſonet orbis,& Chriſti ſint omnia plena,Quapropter execrandus nimium erit & ſęleſtus homuntio,qui mandata humanis coniecturis excogitata, diuinis ſacramentis & conſtitutis coæquanda,nedum anteponenda præſumpſerit.

IDCIRCO NEQVAQVAM HVMANA prudentia mutare audeat,quod ſemel lex diuina inſtituit.

Hoc exploratum eſt per antedicta.

LEX VT PROBETVR DIVINA, QVAtuor neceſſario requirit, ut diuina & indubitata ſit latoris autoritas,firmus populi inſtituendi conſenſus. Solemnis legis promulgatio,Cuncta denicq; eius mandata, nomine legum conditoris dei tradantur.

Diuinæ

Diuinæ namq; legis conditio eſt. Primum ut indubitata ſit diuina la-
toris autoritas, alioquin nulla certitudine lex ipſa cenſeri poſſet diui-
na. Exinde ſolennis inſtituendæ multitudinis conſenſus requiritur. Actus
ſiquidem nullus uirtuti uel uitio, merito uel culpę adſcribitur, niſi fuerit ex
uoluntatis conſenſu. Rurſum palam & uulgo legem tradi oportet, ſi enim
multitudinis conſenſus requiritur, multitudini haud dubię lex ipſa innote
ſcat neceſſe eſt. Nec hoc quidem ſatis, niſi quarto loco iuſſus & nomine dei
cuncta quę legis ſunt tradantur, alioquin legis ſuſceptor perpetuo in anci-
piti uolueretur cogitatione, an omnia lege contenta, dei uel hominis ſint in
ſtituta. Hæc autem ſingula ſcripturarum quoq; cõſtant teſtimonio, ſi Mo
ſaicæ legislationis modum attendas. Imprimis ipſe legum conditor deus,
legem (ſi aduertis) minime promulgare uoluit per Moſen, quin prius pa
lam diuina illius authoritas populo innotuiſſet, tum uiſu oſtentorum, pro-
digiorumq;, tum multiplici prędictionis experimento, Crediderũt (inqt) Exod. 14.
uidelicet poſt maris tranſitum, deo & Moſi ſeruo eius, tum etiam diuinæ
uocis & ſermonis dei ad Moſen auditui. Iuxta illud, ueniam ad te in caligi- Exo. cap. 19.
ne nubis, ut audiat me populus loquentem ad te, & credat tibi in perpetu-
um. Secundo loco, ſolenne multitudinis uotum, conſenſumque requirit,
uenit (inquiens) Moſes, & conuocatis maioribus natu, expoſuit omnes Exod. 24.
ſermones, quos mandauerat deus. Reſpondit q; omnis populus ſimul,
cuncta quę locutus eſt deus, faciemus, qui & paulo poſt, ſolenni facto, duo
decim titulorum fabrica, & ſanguinis reſperſione, ab integro ſeruandæ le-
gis præſtitit conſenſum. Quem rurſus, Ioſue duce, bis terq; repetitum le-
gimus? Tertio loco talis eſt facta illius legis promulgatio, qualis poſt mũ-
di primordia a nullo mortalium, neq; audita, neq; credita unquam fuerit,
ubi numeroſa & ultra ſexcentum milia uirorum multitudo, cum tot admi
randis, horrendiſq; ſignis, atq; portentis legislatoris, dei ſui uocem coram Deut. 4.
audierit, Interroga (inquit) de diebus antiquis, qui fuerunt ante te, ex die
quo creauit dominus deus tuus hominem ſuper terram, a ſummo cœli uſ-
q; ad ſummum eius, ſi facta eſt aliquando huiuſmodi res, aut unquam cog
nitum eſt, ut audiret populus uocem domini dei loquentis de medio ignis
ſicut audiſti & uidiſti. Quarto non obligat lex diuina, neq; ulla prophe-
tarum oracula, niſi ad ea, quæ mandato & nomine dei expoſita & præcep-
ta ſunt. Ponam (inquit) uerba mea in ore eius, & qui uerba eius, qui Deute. 18.
loquitur in nomine meo, audire noluerit, ego ultor exiſtã: Nuſquam enim
inuenies populum Iudæorum præſtitiſſe conſenſum, niſi ad ea, quæ deus
ipſe præceperit. Cuncta (inquiens) quæ locutus eſt deus faciemus, neq; Exo. 19.
Moſen quicquam conſtituiſſe, niſi mandato, & nomine dei, Cuſtodite (in
quit) Mandata domini dei ueſtri, quæ ego præcipio uobis, & hæc ſunt Deute. 4. 6.
præcepta, cęremoniæ atq; iudicia, quæ mandauit dominus deus ueſter, ut
docerem uos ut faciatis ea.

A LEGVM CONDITORE DEO, LICET gratiæ & fidei lex, per Christum dominum in uniuerso terrarum orbe reuelata & fidelium menti insculpta sit, nullam tamen a deo ipso factorum legem, nisi per Mosen datam esse, quadripartita conditio illa demonstrat. Idq; plana Christi, Apostolorumq; ostendit authoritas, a cuius uidelicet legis factorum iugo liberauit nos lex fidei, decalogi tantum lege manente & subiugante in omne sęculum.

SIea, quæ requiruntur ad hoc, ut factorum lex dicatur diuina, recte pensites, plurima illorum Euangelicæ et Apostolorum traditioni deesse cōperies. Ideo lex (inquit Ioannes) per Mosen data est, Gratia autem & ueritas, per Iesum Christum facta est. Nec Christus dominus alicubi aliam factorum legem commemorat præter legem Mosis, quam se non uenisse soluere, sed adimplere admonuit. Legem enim impleuit, uno quidem modo, q̄ eam ad supremum perduxit finem, cuius gratia uniuersa lex tradita erat, scilicet, ut ad unius dei creatoris cultum, & Idolorum exterminium instituereturgenus hominum: quod tamen Moses tot signis, atq; portentis, tam diris, horrendisq; flagellis & minis uix in uno populo Israele effi cere potuit: Christus uero dominus idipsum per Apostolorum prædicationem absq; ulla sęueritate & terrore, solo mansuetudinis & humilitatis spiritu in uniuerso terrarum orbe (experientia teste) peregit. Adimpleuit alio modo legis obseruantiam (quam tunc scribarum & phariseorum hypocrisis obseruabat, litera tantum, non spiritu) ostendendo cōplementū legis custodiæ magis in interioribus cohibendis & prosequendis animi affectibus, quam in externis carnis operibus consistere, quod plane uerborū ibi contextus demonstrat, subnectit enim dicto de legis cōplemento: nisi abundauerit (inquiens) iusticia uestra plusquā scribarū & phariseorū, non intrabitis in regnū cœlorum, & continuo (si attendis) subiungit documenta, quibus nihil nisi spiritales euitandos, aut prosequendos animi affectus commemorat. Et sic Christus seruator Mosis legem minime soluit, sed perfectiori obseruandi modo adimplet, dando scilicet spiritum fidei & charitatis, finis enim præcepti (inquit Apostolus) est charitas. Hic uero iterum insoleſcit liuidus & procax ille iactator inanis, dicendo, nullum sanctorum tali sensu quo intelligit Ritius, interpretatum esse, Christum adimpleuisse legem, & q̄ hic latet anguis in herba: legat insipiens & futilis homo Chrisostomum hoc loco, dicētem Christum dixisse (non ueni soluere legem) duplici de causa. Primum ut discipulos suos his uerbis ad suū prouocaret exemplū, ut sicut ipse omnem legem adimplebat, sic illi studerent implere, denicq; futurum erat, ut calumniarentur eū Iudęi, quasi legem soluentem, priusq; incurrat calumniam, calumniæ satis fecit, lege eundem in homilia dicentem. Impleuit igitur Christus prophetas, cōplendo omnia, quę per eos de ipso fuerunt dicta, legem autem primo quidem nihil transgrediendo legalium, secundo iustificādo per fidem, hęc ille, Attende igitur

Matth. 5. Bifariam legem adimpleuit saluator.

Chrisostomus.

ſecundum hæc Chriſoſtomi dicta, Chriſtum dominū mandaſſe diſcipulis ut ſuo exemplo, omnem legem adimplerent. Si ergo de externo opere, & non potius de ſpiritali affectu, eiuſcemodi Chriſti monitum intelligēdum diceres, tunc quotquot fuerunt apoſtolorū & ſeniorum non modo tranſgreſſores, ſed contemptores fuiſſent uerbi domini, dum & opere & decretis Moſaicæ legis iugum & ſeruitutem tollendam abijciendamque multis quidem modis declarāt. Attende inſuper ſecundum eiuſdem Chriſoſtomi documentum, qui aſſerit, q̄ ſecūdo Chriſtus dominus legem adimpleuit, iuſtificando per fidem, Conſtat autem fidem nihil aliud eſſe, quam (exclu ſo idolorum cultu) unum deum creatorem adorare et colere, qui incarnatus & paſſus eſt, factus hō. Rurſum ex Chriſoſtomi dictis conſydera, alio intellectu audiendū eſſe, Chriſtū ſaluatorem impleuiſſe legem, alio impleuiſſe prophetas: q̄ ſi cęremonialia legis mandata uel maxime ad hoc tradita fuiſſent, ut prefigurarent, denunctiarentq̄ aduentum et acta ſaluatoris, æque impleuiſſet legem, quemamodum & prophetas, complendo omnia quæ in lege, per figuras de ipſo fuerunt præſignata, Sed hoc tribuit Chriſoſtomus, ſolum prophetarum, & non legis implemento. Accedit ad hoc, ſi dumtaxat eatenus legem adimpleuit Chriſtus dominus, quatenus præfiguratus fuerit in lege Deus & homo, naſciturus de uirgine, paſſurus, reſurrecturus, atq̄ ſimilia, quo nam pacto ad ſui exemplum (ut Chriſoſtomus docuit) prouocare potuiſſet diſcipulos, ut et ipſi eadem conditione, legem ſtuderent adimplere, nunquid fieri debuiſſent deus et homo, debuiſſent et de uirgine naſci, crucem pati, & mox ex mortuis reſurgere? Nefandū ſane auditu. Nec inficior quidem ego, imo ingenue probo, in lege quoq̄modo intellectum contineri figurarum, Cum enim & ij, qui indito naturę lumine, rerū ſenſibilium archana rimantur, aſſerunt, ex certo cauſarum nexu et ſerie rerū contingere, ut unum geſtum, dictum uel factum, præludiū atq̄ prænunctium ſit ſequentis, Non tamen propterea preſumunt, q̄ precedens ad hoc maxime geſtum, dictum uel factum ſit, ut præſagium uel figura habeatur ſequentis: quemadmodum agni paſchalis myſterium potiſſimum quidem præfigurabat paſſionem & redemptionem ſaluatoris, nō tamen ad hoc primaria intentione inſtitutum erat, ſed in memoriam (ut lex ipſa plane denūciat) admirandi exitus Iſraelitici populi de Aegypto. Si enim potior cæremonialium mandatorum ratio præcipuumq̄ legiſlatoris inſtitutum fuiſſet, ut eiuſcemodi mandata figura & prænunctia eſſent futurorum, Cur obſecro diuina prouidentia, quæ omnes uult ſaluos fieri, & ad ueritatis agnitionem peruenire, non Moſis ore. Cur Chriſtus Dominus, qui naſci, flagellari, conſpui, & amarulentæ mortis ſupplicia, pro mortalium ſalute pati uoluit, Cur nec ipſe dei præco Apoſtolus, Cur denique prima & ſacratiſſima omnium Apoſtolorum & primorum ſanctorum ſynodus ſummo examine (ut in illorum actis legimus) de legalium remiſſione tractans, uullam prorſus de hac præfigurandi ratione mentionem, nec uerbum quidem fecerit, cum tamen inter tot

Solidum argumentum, primarium legis finem non eſſe ad figurandum.

Lex haud dubie in ſe continet figuras, Non tamen hac de cauſa potiſſimum tradita lex eſt.

Tu qui ſapis lector attende.

inter tot & tanta Iudęorum & gentilium de legali obſeruantia diſcrimina, nulla efficatior, neque irreuincibilior fuiſſet ratio uacationis legalium, quam eiuſmodi ratio figurandi, a quo (omnium Theologorum ſententia) nullum efficax trahi poteſt argumentum. Audi inſuper diuum Auguſtinum contra Fauſtum ita loquentem, puto etiam ſic eſſe accipiendum quod dicitur, Non ueni ſoluere legem, ſed adimplere, iſs uidelicet additamentis quæ ad poſitionem pertinent antiquarum ſententiarum, uel ad conuerſationem in eis: aperuit enim dominus etiam iniquum motum ad nocendum fratri, in homicidij genere deputari. Hæc Auguſtinus, Quibus perplane audis Chriſtum Dominum ex eo legem adimpleuiſſe, ꝙ aduerſus phariſæorum hypocriſim addiderit, ſpiritalem affectum ſeu motum (quemadmodum & Ritius docuit) attendendum potius in lege, quam externum opus tenebrarum. Lege eundem contra Fauſtum dicentem, non intelligit Fauſtus, quid ſit legem adimplere, plenitudo enim legis eſt charitas, quam dominus dedit mittendo fidelibus ſpiritum ſanctum.

Diuus Auguſtinus cōtra Fauſtū.

Hæc ille. Spiritus ſancti autem operatio, quid nam aliud eſt, quam creaturarum cultu reiecto, ad fidem & dilectionem unius creatoris dei (qui et homo factus eſt) inſtituere mentes fidelium. Charitas enim dei (inquit Apoſtolus) diffuſa eſt in cordibus noſtris per ſpiritum ſanctum. Videat ergo petulans, & ignarus homo ꝙ præcipuo ſanctorum interprætum eodem ſenſu, quo et Ritius intelligendum eſſe uoluit, Chriſtum dominum adimpleuiſſe legem. Hæc præmemorata quia nonnulla attentione digna in ſe continent, hic inſerenda & adijcienda eſſe cognoui. Redeundo igitur unde digreſſus eſt ſermo, dicamus, ꝙ & ipſe ſapiens architectus Apoſtolus unius populi Iſraelis legislationem eſſe Romanos admonuit, qui nullibi factorum legem in medium profert, præter legem mandatorum Moſis, quam ſpiritalem, bonam, ſanctamque & olim iuſtificantem affirmat. Et licet poſtquam apparuit fides & gratia ſaluatoris, neminem pro ſalutis neceſſitate ad unum uel alterum coarctet ritum Apoſtolus, ſatis fore putans, ut uuusquiſque in qua uocatione, ſiue circumciſionis ſiue præputij uocatus fuerat, in ea permaneret, non tamen æque utilem, & ſic expedientem gentilium ſicut Iudæorum tunc ritum cenſuit. Sub lege enim fidei & gratiæ, tametſi omnia licebant, non tamen omnia (inquit) expediunt, Vbi ſanctorum gloſſemata, ea (inquiunt) quæ licita ſunt & non expediunt, non legis uinculo, ſed libera dilectionis beneficentia & conſilio charitatis caueantur, Edere namq; idolorum immolata, ſuillis etiam & lupinis ueſci carnibus, optime quidem licet, neutrum tamē expedit. Illud ob alienæ conſcientiæ offendiculum, hoc proprij incōmodi: et praui alimenti intuitu. Compertum ſiquidem habemus, quicquit continet legis obſeruantia, quadripartite cōducibile fuiſſe ad ſalutem, pro ut literalis ſenſus, ex quo ſolo efficax trahere licet argumētum) derclarat. Myſticus uero & figurarum intelectus pij & ſpiritalis exercitij potius, quā certitudinis gratia probatur, Si enim ſingula mandata rectæ rationis

Rom. 5.

Rom. 9.

1. Corintti. 7

1. Corinti. 6.

1. Corin. 10.

Figuratiuus legis ſenſus non tam certitudinis gratia quam pij exercitij cauſa probatur.

examine

examine inſpicias,omnium ueram,& lege naturæ ſolidatam dari cauſam plane intelliges: quę ſi exquiſitius ſcire deſyderas,diui Aquinatis prę̃clara de his ſcripta & monumẽta euolue: quinetiam admiſſo,q̃ de quibuſdam legis mandatorum,quemadmodum de fidei orthodoxæ ſacramentis,cauſa & euidens ratio non appareat,nonne aliquid plus tribuendum putas diuinæ prouidentiæ,& imperueſtigabili eius ſapientiæ altitudini, quam nutantibus, fallacibusq̃ humanæ imbecillitatis coniecturis. Conſydera rogo, quot reconditas alimentorum dotes, phyſicorum peritia experimento adinuenerit. Quarum cauſas nullo ſcrutinio, nulla unquam rationis indagine pertingere potuerit,q̃ turturis ſcilicet caro ingenium acuat,capreoli roboret cor,pauo colicos cruciatus ſoluat, Conicialem morbum palumbus: Idq̃ herbarum & pigmentorum uis crebriori experientia demonſtrat. Quid igitur obſecro, prohibet,quin ut turtur ingenium acuit,ſic & fœdum animal porcus,ingenium obtundat? Quin coquendo hædum in lacte matris,nonnihil latentis maliciæ contineat? Quin ex lana & lino pannum texere (quo conſueuerunt Idolorum cultores) aliquid deformitatis habeat cum operibus,quæ diuina & naturæ lege moderantur. Mira ſane & ſtupenda curioſitas & audens nimium humana præſumptio. Dic rogo pie & perſpicax lector, ſi quis cauſonide,ſynocho,uel quouis graui morbo correptus, medicum doctrina & exercitio præſtantem adſumit,nonne ueſanum delirumque diceres ægrotum,ſi de ſingulis, quæ medicus adminiſtrat,anxie quærat & inueſtiget. Cur hoc & non illud? Cur tali pondere? Cur hac & non illa potius hora pharmacum & antidotum porrigat: cum optime noſcas languentis intereſſe, priuſq̃ ſeſe medicantis fidei & operi committat, uigilanti & ſollicita cura indagare, num medicus ille,doctrina,experimento, & probitate ſit uulgo & omnium teſtimonio probatus: quod cum exquiſitum ſibi fuerit, continuo abſque ullo examine & nutante cogitatione,ſe illius monitis & conſultis totum ſubmittat. Si hæc illi qui corpore languet conſyderanda ſunt,quando ſeſe terreno, fragili & fallaci homuncioni medico committit, quid de cœleſti parente ſpiritalium languorum ſanatore Deo & ſaluatore Chriſto Ieſu, eiuſque ueteribus & nouis æternæ ſalutis antidotis & pigmentis iudicandum ſit,tu ipſe conſydera. Hic uero anceps forſitan tecum cogitabis & quæres. Cum Paulus Corinthios docuerit, ut quiſque in qua uocatione nocatus eſſet,in ea permaneret,eo q̃ ad ſalutem (gloſſa ibi teſte) nec prodeſt,nec obeſt hoc uel illud, Iudaicus, ſęz. uel gentilis ritus: quid eſt q̃ idem Apoſtolus Iudaici ritus obſeruatorẽ toties redarguit,eumq̃ a gratia & conſortio Chriſti protinus excludit. Si circũcidimini (inquiens) Chriſtus nihil uobis ꝓderit,euacuati ęſtis a Chriſto, qui in lege iuſtificamini a gratia excidiſtis,qa ex operibus legis nõ iuſtificatur omnis caro apud deum: his,pluribuſq̃ ſimilibus Paulus legis ritũ culpare & contemptui habere uidetur. Quin & ipſa ad Hębręos epiſtola,carnale,infirmũ atq̃ inutile,& omnino prope interitũ eſſe uetus teſtamentũ

Diuus Thomas prima, q. 103.

Aptiſſimum & efficax argumentum.

Galat. 5.

enunciat

enunciat,Mirabile quidem durumq; auditu,si in circumcisione uocato,in eadem permanendum dicis. Si circumcisio illi prodest qui legem obseruat. Si multum & per omnem modum utilitas est circumcisionis, quomodo ais, Si circumcidimini Christus uobis nihil proderit? Si spiritale affirmas,quomodo carnale dicis: Si bonum,si sanctum, quomodo inutile? Si iustificans, quomodo infirmum? Si donec cœlum & terra transeat, iota unum neq; apex præteribit,quomodo prope interitum iudicas? Scias igitur perplura esse huius generis obscura Apostoli dicta,quæ & Apostolorum tempore (Petro teste) multis fuere in præcipitium & in laqueum errorum pessimorum. Huius autem obscuritatis nulla alia ratio assignari potuit,nisi illa serpentina Pauli prudentia,de qua Christus dominus, quos in medium luporum misit,discipulos commonuit. Estote (inquiens) prudentes sicut serpentes,& simplices sicut columbæ. Serpens enim (si attendis) post humanæ naturæ lapsum sua calliditate & astu ad duo nititur,unum ut lętali uirulentia feriat semen Euæ. Alterum ut eorum qui bus insidiatur pericula caueat: Ad utrumq; peragendū rimas petit. Sic et spiritus ueritatis,post restauratum naturæ lapsum,duo intendit,unum ut infirmos & serpentis saucios aculeo saluet: Alterum ut caueat ne ij quos saluare studet,spiritum ipsum conculcent,utrumq; per rimas & latibula exequitur. Si enim pusillis & conscientia infirmis,sapientiæ recondita patefacis,porcis margaritas spargis,ubi duo perpetras mala,porcos non alis, qui inedia tabescunt,insuper præciosam gemmam turpiter dissipas & con cultas. Idcirco spiritus sanctus,qui per Apostolos inter lupos uersaretur, serpentinæ prudentiæ moræ,latibula & rimas petit. Nam & ipsa quoque columba,foramina petræ,& maceriæ cauernas inhabitat,paruulos lacte, & infirmos oleribus pascit,Solidæ ueritatis mysteria parabolis,uel quouis uelamine,& rimis recondit,ut uidentes,non uideant,& audientes non audiant. Nosti enim (si sapis) mysterium,q; nemo mittit uinum in utres ueteres, alioquin rumpuntur utres, & uinum effunditur, & utres pereunt. Hac igitur serpentina cum hominibus prudentia columbinæ erga creatorem simplicitati adsociata, coacti sunt Apostoli uiri dei agere inter Iudæorum synagogam & turbam gentiumunde & Paulus,ubi sapiens Architectus,uidens extremo dissidentes Iudęorum:& Paganorum hæreses,coactus est (ut cunctos ad fidei traheret unitatem) uerbo, scriptis & opere, uaria & multiplici dissimulatione fidei tradere sacramenta. Iuxta illud Corinthiorū,factus sum Iudęis tāquam Iudęus,ijs qui sub lege sunt, tanquam sub lege essem,cum ipse non essem sub lege,ijs qui sine lege erant tanquam sine lege essem,Denicq; omnibus (inquit) omnia factus sum,ut omnes facerem saluos. Quemadmodum igitur,hoc opere fecit, sic & uerbo & scriptis idipsum dissimulandi genus agere necesse erat: Iudæi enim tunc fidei adhærentes,& imprimis Cherintiani & Ebionitæ (quantumcumq; Iustitiæ & ueritatis æmuli) non tamen secundum scientiam, sed seruili timore & stolida atq; proterua ignorantia contendebant (ut ex

Quid per serpentinā prudentiam audiendum sit. Matth.x.

Cant.ij.

Marci.iiij.

Matth.vi.

i. Cor. ix.

Roman.x.

Apostoli

Apoſtolorum actibus conſtat) neminem niſi circumciſum et legi manda torum obnoxium capacem fore regni cęlorum. Ediuerſo Ethnicorum turba, qui ex oleaſtro erant rami, effreni, carnis libidini dati, et humana atq; terrena ſapientia inflati, omnem fidem pietatis reſpuendam potius dixere, quam Moſaico cedere dogmati, & ſeſe tanto iugo ſubmittere mandatorum. Paulus igitur ſapiens Architectus, & mortalium uitæ magiſter, aliorum quoq; Apoſtolorum conſilio fretus, hanc altercationem in offendiculum Chriſtianorum, & in pauperum imbecillium confuſionem, exterminiumq; uergere proſpiciens, continuo ea prudentia qualem & miſera hęc noſtra tempeſtas requirit (aures habentibus loquor) ſeſe interpoſuit, et rigidiſſime aduerſantium pertinaciæ nonnihil donauit, non nihilq; ademit, ut rupto interſtitio, & medio macerie pariete ſoluto (lege ſcilicet mandatorum, qua olim diſcernebant filij regni a filijs perditionis) fieret ex utroq; unum. Iudęis quidem condonando, ut pro temporis conditione, tunc legis amplecterentur mandata, eaq; probarent tanq; utiliora. In quorum ſententię robur Apoſtolus mandatum ſanctum, bonum, ſpirituale, iuſtificans, & id genus permultis in locis profert: obiurgat autē, q; per fidem abſq; mandatorum opere neminem fieri beatum exiſtiment, in cuius redargutionis firmamentū, ſolam fidem extollit, & carnalia opera legis ad modicū utilia, & minime iuſtificantia, multis quidem modis oſtendit: pari pacto gentibus condonat (prout & ueritas ipſa teſtatur) q; ſtante libertate, & abſq; externo opere legis mandatorum ſola fidei puritate participes fieri poſſint æternę ſalutis, In cuis ſententię aſſertionē docet, legis mandatorum iugum, euacuare a gratia, & excludere Chriſti ſaluatoris conſortium. Redarguit uero paganorum ſententiam, qua contendebant, opera mandatorum inanem eſſe ſuperſtitionem, nulliuſq; momēti ad cęlorum regna, & hoc eiſdem argumentis, lociſq; refellit, quibus roborat id, quod Iudęorum placitis condonat. Si autem tu me interroges, Nunquid Apoſtolus hac aſſentacione unum in fronte, aliud pectore gerēdo, de mēdatio culpari poſſit. Et ubi documēta tradit, quę palam ex aduerſo pugnare uidentur, unū uerę, alterum uanum, falſumq; cenſeri liceat: Procul nimirū abſit prophana, atq; ſacrilega de ipſo æternę ueritatis prædicatione, & electionis uaſę preſumptio. Alia enim eſt ſimulatio, qua ueritas tacendo ſubtrahitur, aut quouis uelamine circumtegitur, Alia qua falſum pro uero exprimitur, Prima non modo inculpabilis, quinimo ſuo loco et tempore digna laude, uirtuſq; reputanda: Nam & Dauid, ut euaderet manus Regis Achis, habitū mutauit, et inſanū finxit: et Chriſtus Dominus eūdo in Emaus, ſimulauit ſe inſciū geſtorę in Ieruſalē, et longius ſe ire finxit. Qui & parabolis ueritatis uelauit archanū, ut uidētes, nō uideant, audientesq; nō intelligāt: Paulus igitur (ſi aduertis) ueritatē reticendo diſſimulat, dādo paruulis Iudęorę lac, & gentibus infirmis olera. Cū Iudęis enim opera explebat legis, nō aperiendo puſillis qua mentis ſynceritate id faceret, arbitrantibus ipsū Apoſtolū pariter quēadmodū & ipſi, obnoxiū fore legi mā

Acto. 15.

Epheſ. 2.

Rom. 2.

Diſſimulatio ſuo loco & tempore digna laude et uirtus iudicanda eſt. 1. Regum.

datorꝝ. Quū gentiliū quoqꝫ turba nil legis obſeruantię operę peregit: unde cogitabat genitiliū multitudo Paulūq; qꝫ opa legis, tāqꝫ parui nulliuſue momēti contemnere: Eodē pacto de aſſentatione, uerbo, & ſcriptis iudicandū: Quū enim legis mandatū uariꝭs reſpectibus, & differentibus tēporibus prodeſſe, & nō prodeſſe: iuſtificans & non iuſtificans, cæteraqꝫ pugnantia cenſeri liceat, diſſimulatim enunciauit, uno in loco argumentum, quo utile mandatū cenſendū erat, reticendo alterꝝ, quo ꝓbabatur inutile. Sic oppoſito modo de inutili iudicandū, ꝓut cuiqꝫ Apoſtoli dicta recte cogitanti, plane cōſtare poterit, cuius uerā & ſyncerā mentē, ex tot ſententiarꝝ tricis, ſi ad amuſſim intelligere et penetrare deſyderas, eius ad Roma. cōtemplare dicta: Quibus ueluti ſapientioribus, magiſqꝫ cordatis cꝫ Gala-
2.Cor.3. tis: quos inſenſatos uocat, & Corinthiꝭs, quos carnales & nō ſpirituales appellat, quibus lac dedit, nō eſcā, ſicut, & cęteris infirmioribus gentiliū ad quos ſcripſit Apoſtolus, ꝭs inquam Romanis, intimū animi decretū indicare uoluit, & hoc apertius ubi quęrit dicēs: Si aūt iniquitas noſtra iuſti-
Rom.3. ciam dei cōmendat, nunquid iniquus eſt deus, qui infert iram: Secundū hominē dico, ſecūdū hominē. ſ. nō aūt ſecundū deū, Iniqtatē dicit reuocare et diſuadere legis obſeruātiā. Quinimo hęc ipſa ſecūdū hoīem iniqtas, et Euangeliū prępucij uerā legis iuſticiā, quę in fidei ueritate cōſiſtit, gentibus cōmēdat, hęc, & reliqua, quę ibi ſequūtur cōfer, cū eius inferius Rō. ij. dictis, ubi interrogat. Nūqd ſic offenderūt, ut caderēt? abſit (inqt) ſed illorꝝ delicto ſalus eſt gentibus, ut illos emulētur: Quod ſi delictū illorꝝ diuitię
¶ ſunt mundi, & diminutio eorꝝ diuitię gentiū, quanto magis plenitudo? Et paulo poſt ſubiūgit: Si enim amiſſio eorꝝ, recōciliatio eſt mūdi, quę aſſumptio, niſi uita ex mortuis: Si delibatio ſancta eſt, & maſſa, Si radix ſancta, & rami, hęc ille. Quibus apertius adſtipulatur, una omniū Apoſtolorꝝ ſē-
Cap.15. tentia, qua in illorum Actis ſcribitur: Quidam deſcendentes de Iudęa docebāt fratres, qa niſi circūcidamini ſecūdū morē Moſis nō poteſtis ſalui fieri: Tūc cōuenientibus ſuper hoc uerbū Apoſtolis, & ad pręcauendā euerſionē fidei gentiū tripartite oſtēdit nō decere gentes arctari ad pręcipuā legis obſeruantiā. Tū qa nō neceſſaria ſit ad ſalutē: Idqꝫ experimēto, & cōſtanti dei teſtimonio declarat: Qui nouit, inquiens, corda, teſtimonium prębuit, dans illis ſpiritum ſanctum ſicut et nobis: Tum etiam cꝫ difficilis nimiū ſit legis cuſtodia ſubiūgēs: Nūc ergo qd tētatis deū, imponere iugū ſuꝑ ceruices diſcipulorꝝ, qd neqꝫ nos, neqꝫ patres noſtri portare potuimus: Tertio uel (maxime qdē) cꝫ iam lōge facilior, tutiorqꝫ ꝑ gratiā ſaluatoris reuelata ſit uia ad cęlorꝝ regna, quā ꝑ obſeruantiā legis, Adicijēs, Sed ꝑ gratiā domini noſtri Ieſu Chriſti credimus ſaluari, quēadmodū & ipſi, & continuo Iacobus cum uniuerſo Apoſtolorum et ſeniorum ordine, Petri uerbū approbantiū, hac breui uerborꝝ ſerie ſcripſerūt fidelibus gētiū: Quoniā audiuimus, quia quidā ex nobis exeūtes turbauerūt uos uerbis, euertētes animas ueſtras, quibus nō mādauimus, uiſum eſt ſpiritui ſancto, & nobis, nihil ultra imponere uobis oneris cꝫ hæc neceſſaria, ut abſtineatis

uos

uos ab immolatis ſimulachrorꝝ,et ſanguine,et ſuffocato,et fornicatione, a qbus cuſtodientes uos bene agetis,hęc Apoſtoli: Quibus plane elicere poteris,quę urgētiſſima cauſa fuerit relaxādi legis obſeruātiā,& quę excepta ſint,et neceſſario ſeruāda: Quę tu prudēs et ſyncerę ueritatis cupidus lector ſedulo cōſydera. Sed hic rurſum,nec ab re dubitabit forte auditor,Quū idē prīceps apoſtolorꝝ Petrus (ut in eorꝝ Actis legīt) a dño accepit,nihil re putādū eſſe cōmune & immūdū. Docuit & ipſe Chriſtus dñs,qd intrat pos nō coinqnare hoīem,et qd dāti elemoſinā,oīa ſunt mūda: Sic et Paulus ad Timotheū,Nil (inqt) reiſciēdū,qd cū gratiarꝝ actione percipīt, qp oīa (ut ad Titū ſcribit) ſint mūda mundis: Cur ergo hic Petrus cū uniuerſa & ſanctiſſima qdē omniū apoſtolorꝝ & ſeniorꝝ ſyondo ſtatuit, neceſſariū eſſe abſtinere a ſuffocato,et ſanguine: Si oīa ſunt munda mūdis,ad qd maiorꝝ ſanctorꝝq decreta ædes cōſecrare uetāt,ubi ſunt tumuli mortuorum: Cur radere iubēt parietes & tignos: Si oīa mūda ſunt mundis: Cur ſub graui Anathęmate funeris ſcapulas ſacrorū ſupellectili opire nō licet? Si oīa mūda ſunt mūdis? Cur ſancitū eſt: Qui etiā caſta cōiugali copula thorꝝ cognouerit, ab ingreſſu Eccleſię tēperet,nec intret,quin prius lotus fuerit? Ad hęc reſpōdeo,ſi tu,qd deſignet hoc,q dicimus aliquē eſſe mundū, recte pēſites,nil hac in re relinquet tibi ambiguum. Docuit .n. ueritas, ſeſe eſſe uerā uitē,cuius palmites tripartite ꝓnūciat,quorꝝ aliq purgati iam,& uiti inhęrētes, uberē,laudabilēq fructū ꝓferunt: Alij fūditus arefacti, & nullius frugis palmites,foras mittunt in ignē: Alij inhærēt qdem uiti, ſed arido & putri,atq erratico adſociati ſunt germini,q (ut uberius feliciuſq fructificēt) emūdent, et ſollicita cura purgētur oportet: Primi ſunt,quos ueritas mūdos,atq beatos uocat,uos (inqēs) mūdi eſtis p ſermonē meū, & beati mūdo corde: hos et Apoſtolus ipſe mūdos appellat: et filij ſpōſi dicunt,qui ex ſpōſi preſentia nō lugēt,eiſq nihil cōmune eſt p ipſū,neq immūdū: Quos nec prīcipatus,neq tenebrarꝝ ulla poteſtas,nedū eſca,aut rei ſordidę cōtactus coinqnare ualet,qn etiā coinqnata emūdāt,et p uerbū dei ſanctificāt. Arefactis autē putridiſq palmitibus,quū infideles ſint, & iam iudicati filij gehēnę,nihil q̄ntumcūq ſacrꝝ et purꝝ,poteſt eſſe mundū: Qui uero inhærēt palmites: ſed putridis ſeu arefactis,erraticiſq impliciti ſunt, hi putādi,et repurgādi laborē expoſtulāt,qbus licet externarꝝ rerꝝ mundicia neceſſaria nō ſit,& q eā omnino (ut Hebeonitę & Cerinthiani) oportunā eſſe decernit, & preuaricatorē iudicat illum,q hācipſā neglexerit ad interitum decernat,iudicet,et opet: Nihilominus haud parū cōmodi, ad animi puritatē,eiuſq neglectus animę coopat inqnamētum: Si .n. eiuſmodi externa mundicies et uitę ſanctimonia Hypocriſis,et uana eſſet ſupſtitio (ut qdā ceremoniarꝝ,& ſanctorꝝ canonū cōtēptores ꝓteruiunt) mēdatio daretur illud diuinę autoritatis teſtimonium, dicendo. Hæc eſt em,ueſtra ſapientia & intelligētia corā populis,ut audientes uniuerſa præcepta hæc dicāt,en populus ſapiens & intelligēs,gens magna: qn potius gēs inſipiēs, ſupſtitioſa & uana ab uniuerſa gentiū multitudine iudicanda. Rurſum ſi

De Conſ. diſti. ij.

Palmitum tripertitum genus Euāgeliſta inſinuat.

Mat. viij.

i. Thim. iiij. Ioh. iij.

Deut. iiij.

nanis hęc esset supstitio ,non usq; adeo diligēti,& anxia cura cōstituisset mādassetq; lex diuina eius obseruātiā,neq; tāta sęueritate in trāsgressores animaduertisset,q̊s fideliū sanctorꝝq; cōmūione,& diuino destitui auxilio
Num.19. ꝓnūciat:Polluit (inquieus) tabernaculū dñi,& ꝑibit ex Israel,et illud ,do
Deut.23. minus deus tuus ambulat in medio castrorꝝ,ut eruat te,et tradat tibi inimicos tuos,ut sint castra tua sancta,& nihil in eis appareat fęditatis,ne derelīq̄t te. Ac nō solūmodo carnē,sed & spiritū,animāq; externas has sordes in
Leuit.11. qnare diuina autoritas palā ostēdit,iuxta illud. Nolite cōtaminare animas uestras, nec tāgatis qcq̄ eorꝝ,ego dñus uester,sancti estote, qa sanctus ego
Leuit.21. sum. Ne polluamini animas uestras de escis q̊q; : Ne polluatis (inqt) animas uestras in pęcore,& auibus,& cūctis,quę mouēt in terra,& quę uobis ostēdi esse polluta,eritis mihi sancti , quia sanctus ego sum dñus : Si horū obseruātia uana est supstitio,Cur nā pluribus sęculis ante diuinę legis lationē,dū agebāt sub lege natę int mūda,atq; immūda animātia discretū est ? Adeo,ut uir iustus,et sapiens,Noe de singulis mūdorꝝ animaliū septē cōiugata,de immūdis unū dūtaxat ab aq̄rꝝ clade in arca reseruarit : Si uana est supsticio uaniloq , & gerronęs sunt nōnulli sapientū,sanctorꝝq;,& im
Prima.2.q. 103. primis diuus Aqnas: qui amplissime de singulis horꝝ mādatorꝝ disserēdo rationē,& causam,legi naturę cōsonā,& inde roboratā ostēdit. Dicāt mihi queso,& ij,q humanitus de naturę archanis philosophāt:Nōne symbolū,& certā habitudinē recipientis corporis ad formā,animāq; receptā necessario dari autumāt. Et q̊ tēpatius fuerit,q̊d recipit,eo pręstātius erit,q̊d a formarꝝ largitore infūdit:Et ideo humanę animę recipiēs,qa mūdius est & ꝓpius accedēs ad tēpamētū,ꝓpterea mūdā rationis & intelligētiæ capacē formā suscipere meruit. At ꝓximū reptiliū receptaculū , qm̄ mancū, & sordidū subijcit:ideo sordida,& defecta animalia ꝓfert. Dicāt & ij,q sacrarꝝ sublimiūq; rerꝝ cōtēplāt mysteria: Nōne spiritus alius mūdus , alius dat immūdas: Et q immūdis est sordido cuiq;,& obsceno hoī , spurcissimoq; lamiarꝝ,& maleficarꝝ generi cōmunicat:Quod nō facit mūdus spiritus,q̊ pręcipit,sancti estote,qa sanctus ego sum:Et hīc euenit ut olim etiā sapiētes ethnicorꝝ, necnō & Iudęorꝝ,licet supremū rerꝝ oīm cōditorē deū cognouerint,mutauerūt tn̄ (ut Apostolus ad Romanos loqt) gloriā eius in imaginē corruptibilis hoīs,uoluerꝝ,& q̄drupedū : Et hoc nulla qdē alia de causa nisi ꝙ immūdas simulacrorꝝ & imaginū spiritus æquę ꝓmptum & officiosum,qn etiā eo faciliorē sese exhibet cultori suo , q̊ sordidioribus carnis indulget opibus,ad quę magis ꝓna est lutulēta mortaliū forma , q̄ ad sobrietatē,& uitę mūdiciē,q̄lē sacer & mundus spiritus modis oībus re
Ios.24. qrit. Iuxta illud Iosuę ad Israelitarꝝ turbā respōsum : Nō poteritis (inqt) seruire dño,deus .n.sanctus,& fortis ęmulator est , nec ignoscet sceleribus uestris:lux siqdē (ut nosti) purissima tenebras ꝓcul extminat , ignis ipse putredinē,sordēq; omnē absumit : Vnde si mortale corpus tuum ,glorio
1.Chor.6. si Christi corporis mēbrꝝ (& cęlestis elemēti instar) dei tēplum fieri studes,sanctum mundumq; ob oī putredinum,sordiumq; corruptela serues,

hostiamq;

hoſtiāq; iuxta Apoſtoli documẽta, immaculatã, & uiuẽtẽ exhibeas oportet: Quamobrẽ externę mũditię obſeruãtia, quãuis incerto & myſtico intellectu, umbrã & figurã habeat cœleſtiũ, eã tamẽ iuxta litteralẽ ſenſũ, uana ſuperſtitionẽ minime cẽſere licet: Quin his, nõdũ mũdi, ſed purgãdi ſunt palmites (tametſi nõ undiq; oportunũ) nõ nihil tñ cõformitatis, & aptitudinis prẽſtat ad exactã aĩ puritatẽ conſeqndã, & ad fructiferã inhęrẽtiã uitis, eternę uitę originis: Qua de cauſa ſanctiſſima apoſtolorũ ſynodus, ſãguinẽ, & ſuffocatũ inhibuit: Vnde, & ſanctorũ (quę cõmẽmorauimus) decreta, cadauerum ſepulcrorumq; contagium & coniugali operee pollutor commertium, non iniuria a ſacratis, & conſecrandis ædibus arcent, atq; eliminant: Ceteraq; plurima huius generis quæ alibi ſuo loco, & tempore explicabimus: Nobis namq; fidem ueritatis amplectentibus tãetſi oĩa licent, Nõ tñ oĩa (ut Apoſtolus loqt̃) expediunt, & ꝓpterea quę licita ſunt (inqt ſanctorũ gloſa) et nõ expediunt, nõ legis uĩculo, ſed libera dilectionis beneficentia & cõſilio haritatis caueantur.

IDCIRCO EVANGELICAM NARRATIOnem tanq; a fido & ueridicio rerũ geſtarũ ſcriptore, nõ legislatore ſuſcipimus.

Hæc exprędictis perplane conſtant inſpicienti.

Legis lator, propheta, Euangeliſta, Apoſtolus, quamuis nonnunq; ubi nõ adeſt ſupcęleſtis dei ſpiritus halucinari (ut eorundẽ teſtantẽ eloqa) et falli poſſit, cũcta tñ illorũ ſcripta, quę iliipſi diuina authoritate ꝓdita eſſe inſinuãt, firma nimirũ et ſyncera fide amplectẽda sũt.

NAm ubi deeſt ſupcęleſtis dei ſpiritus, nil ibi niſi humana, quę ſtulta eſt apud deũ, ſapientia relinqtur. Cogitationes nãq; mortaliũ (ut ſapiẽs loqt̃) timidę ſunt et incertę ꝓuidẽtię: Quãdoqdẽ, et legislator Moſes maximus ꝓphetarũ ſtulto labore a ſocero ſuo gentili uiro arguit̃, & ꝓprio cõſilio reiectõ, ſoceri cõſultis paruit. Sic de exuſto hirci holoçauſto idẽ Moſes minus aduertẽter iratus, fratris ſui Aaronis ſententię ceſſit, Sic et princeps Apoſtolorũ Petrus repręhẽſibilis uiſus eſt, cui in faciẽ riſiſtere nõ dubitabat Apoſtolus Paulus: Si igit̃ ꝓphetarũ, & apoſtolorũ princeps nõnunq; ubi diuina nõ interueniebat authoritas, exorbitaſſe cõſtat: Quid de alĳs, quantũlibet ſapientia & uitæ candore prẽſtãtibus iudicandũ, tu ipſe cõſydera? At ubi, & quando ſacri eloquĳ auctores hallucinati ſint, uel ꝓpria, uel humana authoritate aliquid documenti tradiderint, ipſa ſacra hiſtoria denunciat, quemadmodũ de Moſe, & Apoſtolo Petro cõmemorauimus, Sic, & quarto Regũ de Heliſeo legimus, q̃ celauerit nec indicauerit ei deus de puero Sunamitis, Sic de ſene ꝓpheta tertio Regum ſcribitur, q̃ ſeffellerit alterũ prophetam a leone occiſum. Et in Actis Apoſtolorũ de Paulo, & Barnaba, ꝑ ſpiritũ ſanctũ ad miniſteriũ fidei ſegregatis legimus, factã eſſe diſſenſionem. Et idem Apoſtolus ad Corinthios profitetur, prędeptũ domini ſe nõ habere de uirginibus, ꝓprium uero dediſſe cõſilium, ſic & de pluribus huius generis iudicandũ: Cuncta uero reliqua ſacri Canonis ſcri

Sap.ix.

Leuit.x. Gal.ij.

pta,et monita a deo tradita eſſe ipſa diuina eloquia paſſim denunciant.De lege Moſis ſcribitur,dixit dominus ad Moſen, Aſcende ad me, & eſto ibi,daboq; tibi tabulas lapideas,& legē,& mādata,quę ſcripſi,ut doceas filios Iſrael: Sic et Apoſtolus Paulus frequētius in Epiſtolis (illa ad Hebreos ſecluſa) prefat,et aſſerit ſe eſſe Apoſtolū Ieſu CHRISTI.Nō.n.inqt) audeo aliqd loq eorū, quę p me nō efficit Chriſtus: et ſermo meus et prędicatio mea nō pſuaſibilibus humanę ſapiētię uerbis,ſed in oſtēſione ſpiritus,& uirtutis. Sic & quotquot ſunt pphetarū uniuerſa eorū uaticinia, cōſulta,ſcripta,ex diuina reualatione,& prēceptione tradita eſſe,ſacra hiſtoria plane declarat.Propterea quorumcūq; ſapientū, & ſanctorū monitis, quę mādato ſeu noīe dei nō traduntˇ,neq; euidēti argumēto ex his quę diuina authoritate ꝓlata ſunt deduci poſſunt,tametſi omnino iuſtum & debitū ſit prēſtare obſequiū, nō tn ad illa,quemadmodū ad reliqua, diuina cōſtitutiōe palā ſancta, ꝓpetuo & inſolubili uinculo legis ſuſceptor obſtrīgit: quē ſola diuina authoritas,quæ falli nō pōt, ſibi reſeruauit honorem.

DIVINAE AVTHORITATIS, VBI AMBIGVVS

& anceps ſermo fuerit, ibi maiorū ſanctorūq; decretis acqeſcendum.

LIcet enim ſanctorū ſapientūq; documenta a ueritatis tramite, ubi non adeſt ille ſupcœleſtis ſpiritus deuiare poſſint: Ex hoc tn nemo temere maiorū,ſeniorūq; dogmata et inſtituta cōtemnere prēſumpſerit.Iuxta illud Moſis: Si difficile et ambiguū apud te iudiciū eſſe ꝑſpexeris int̄ ſanguinē et ſanguinē,cauſam et cauſam,leprā et leprā,et iudicū,int̄ portas tuas uideris uerba uariari (rectius inter plagam & plagā uerba,uel res litigiorū inter portas) ſurge & aſcende ad locū,quem elegerit dominus deus tuus,ueniesq; ad ſacerdotes leuitici generis,& ad iudicē,qui fuerit illo tēpore,quęreſq; ab eis,q iudicabūt tibi,iudicij ueritatē,& facite q̄dcūq; dixerint,q prę ſunt loco,quem elegerit dn̄us,et docuerīt iuxta legē eius,ſequeriſq; ſententiam eorū,nec declinabis ad dexterā neq; ſiniſtrā.Hæc Moſes. Idipſum & Chriſti dn̄i mādata affirmāt dicētis,Sup cathedrā Moſis ſederūt ſcribę & phariſei, quecūq; dixerint uobis ſeruate & facite,& ad Hebreos, obedite inqt,prępoſitis ueſtris & ſubiacete eis,ipſi .n. peruigilāt quaſi rationē pro animabus ueſtris reddituri. Hic blaterat,& oggānit rudis illę Catholicę diſciplinę & obſeruantię iactator inanis,& incautus pōtificiæ,tociuſq; eccleſiaſticę et ſynodalis authoritatis cōtēptor atq; ſubuerſor,dicēdo.Si Ricius diligēter attēderit,quę in Decreto ſcripta ſunt,raro uel forte nūq; inueniet aliquam cōſtitutionē eſſe cōcilij uel ſummi pōtificis, quę ſub excōmunicatione,uel peccato mortali liget Chriſtifidelē, niſi baſim, & fundamētū ex diuino prēcepto ſumpſerit,& inde radicē agat. Hęc illius ſacrilega ſane & lōge execrāda aſſertio,quam homo iſte,ut ſuā libidinē,& carnis illecebras abſq; freno & pudore explere ualeat,uniuerſas cōcilioꝝ,pioꝝq; pōtificū cōſtitutiones,et leges ſubuertere,et irritas facere nō abhorruit: Quū.n.ſanctorū decreta in minimis q̄buſdā anathematis & excōmunicationis pœna canonū tranſgreſſorē cōdemnēt, puta clericū q comā nutrit,et illū q mortuū induerit,aut ſcapulas eius operierit,palla altari dedicata, & clericū qui

Deut.xvij.

Hebre.ix.

Aduerſus impium atq; inertem Eccleſiaſticę poteſtatis contemptorem.

Diſt. xxiij. Si quis de Cōſe.diſt.i. Nemo.

uenatio

uenationi indulget,cęteraq; huiusmodi,Quantomagis conſentaneū eſt q; in quibuſcunq; grauioribus delictis anathematis & excōmunicatiōis pœna ſubaudienda ſit,quemadmodū ſanctorū authoritas uarijs decretorum locis perplane demonſtrat,uiolatores inquiunt,canonū uoluntarie, a ſancto ſpiritu,cuius inſtinctu ac dono dicati ſunt,damnantur, & alibi ſi quis dogmata & mandata,a ſedis Apoſtolicę pręſule ſalubriter promulgata cō tempſerit anathema ſit. Rurſum maioris excōmunicatiōis deiectione eſt abijciendus,ſitq; alienus a diuinis & pōtificalibus officijs,qui noluerit Apoſtolicis obtemperare pręceptis. Et alibi peccatū paganitatis incurrit, quiſquis dum Chriſtianū ſe eſſe aſſerit,ſedi apoſtolicę obedire contemnit. Quibus alijsq; pluribus decretorū traditionibus plane cōſtat,prędicti thematis aſſertorem paganū potius q; Chriſtianū redolere hominē,eūq; emē tito peſtiferoq; inniti fundamento. Sana inſuper ratio,& ſacri eloquij teſtimonia ,huius thematis fallaciā,& impietatem palā oſtendūt. Si enim ſynodorū,piorūq; pontificū ſancita minime ſub mortali peccato Chriſti fidelem ligare admiſerimus,cōſequens erit,ut quicunq; illorū canonū trāsgreſſor fuerit,non niſi ueniali peccato delinquat,quod nec confeſſionem, neq; ſatisfactoriā pœnitentiā expoſtulat,cuius omnis pœna,& culpa ſolo cōſecratę eccleſię ingreſſu,& ſacrati fontis aſperſiōe deletur. Vnde ſequeretur nefandū horendūq; auditu uidelicet: ſi quis Arrij,Māichei,Pelagij, et quotquot ſunt,fuerūtq; ab euo hęreticorū errores,et dogmata,q̄ nō palā nec ad unguem ſacri eloqi reuellit autoritas,quantūcūq; ſanctorū concilijs & primorū decretis pōtificū excluſa & dānata fuerint,iterū in dubiū reuocet,aut tanq; ueridica et amplectenda ,pbęt,eū nullius mortalis culpę ſed uenialis tantū criminis reū fore. Taceo ſacra Ieiuniorū,feſtorūq; dierū ſolemnia,miſſarū cęlebrationes,religiōis uota,cęlibatū,cōnubia,cōſanguinitates,nōnullos pijſſimos ſacramentorū,et cęremoniarū ritus,quorū qui nihil obſeruat,ſed cūcta irrita facit,ſola dominica oratione , & ſacri fontis aſperſiōe ueniā cōſequitur delicti. Si uero dicet erroris aſſertor,licet ſingula enumerata nō ex amuſſim ſacro expoſita ſint eloqo,radicē tñ illīc ducūt & ſua inde ſtabiliūt fundamēta. Tūc cōtra eius hypotheſim ſequereť nullā dari canonū cōſtitutionē,q̄ nō liget ſub mortali peccato Chriſtifidelē, quū nullū ac ne minimū q̄dē inuenias ſynodorū piorūq; pōtificū decretū, q̄n ex aliq̄ noui,aut ueteris teſtamenti loco habeat q̄quo mō originē,mandāte Apoſtolo,ſupedificati ſup fūdamentū apoſtolorū,& ,pphetarū: q; ſi nullum aliud daretur ex ſacro canone fundamentum q; hoc, quo pręcipit ueritas , ſuper Cathedram Moſis ſederunt ſcribę et phariſei,oīa ergo quecūq; dixerint uobis facite , hoc ſatis & oīno efficax eſſet ut ligaret Chriſti fideles ad cōciliorū piorūq; pōtificū ſub mortali peccato obſeqū. Si.n.illos (ut ſāctorū decreta ſtatuūt)dixit audiēdos,q ſup cathedrā Moſis ſedebāt, quāto potius q ſup cathedrā Petri reſidēt eſſe exiſtimas audiēdos:q em̄ poteſtati reſiſtit Dei,inqt Apoſtolus,ordinatiōi reſiſtit. Sed dicat nobis peſtiferi erroris et hęreſis ſeminator,ſi cōciliorū et pōtificū decreta nō aliūde uī hñt ligādi ſub peccato mortali,niſi ex eo q; cōſtitutionū,traditiōūq; ſuarū

Dif.14.Quorundam.

25.q.1. uiolatores.

25.q.2.Si quis.

Dif.19.nulli.

Dif.81.Si quis.

Epheſ.2.

Matth.23

1. q. 1.

ex ſacris trahant litteris,tunc quotquot ſunt hęreticorum dogmata,& errata parem haberent authoritatem ligandi Chriſtifideles ,quũ nullus unq̃ a chriſtianę religionis primordio ad hunc uſq̃ diem fuerit hęreticorũ & fide aberrantium,qui erroris ſui fontem & ſcaturiginem ex ſacrarũ ſcripturarum canone nõ hauſerit,illucq̃ reducere ſtuduerit,hoc nemo ſtudioſorum ignorat. Dicit hic forte hallucinator inſipiens,quamuis & hęreſiarcha erroris ſui radicem trahere nitatur ex ſacro eloquio , hęc tamen non per ueram,ſed diſtortam prauamq̃ ſcripturarum intelligentiam efficit. Tunc & nos huncipſum iuterrogabimus,quiſnam (dic rogo)iudex,uel arbiter dari debeat,qui aduerſantium litem dirimat , & rectam a praua ſcripturarum intelligentiam diſcernat. Numquid pro temeraria cuiusq̃ pręſumptione atq̃ inſania de cęlo Angelus,propheta,uel Apoſtolus mittendus eſt,qui ſingulorum errores & deliramenta eliminet,uerumq̃ ſcripturarum intellectum reuellet? Volue deniq̃ ſcripturarum ſapientumq̃ placita,uolue atq̃ reuolue,ratiõis quoq̃ examine rem ipſam conſulta, hęc iudicandi & diſcernendi facultas nemini niſi piorum ſapientumq̃ ſynodo & authoritati cõmittenda eſt. Quam qui contempſerit,& illius conſtitutionum transgreſſorem ueniali tantum culpę obnoxiũ cenſuerit,is totius reipublicę gubernacula,pietatiſq̃ fidem & religionem funditus ſubuertit, qui non hominem,ſed deum&ſanctum eius ſpiritum contemnit,Qui uos (inquit)ſpernit,me ſpernit , Vbi enim duo uel tres in nomine meo cõgregati ſunt,ibi ſum in medio eorum,Quãto magis in tanto iuſtorum cętu,& ſanctorum ſynodis aderit ille qui errare & falli non poteſt,æternę ueritatis ſpiritus.Quapropter erroneum , & peſtilentis hęreſis thema , a quocunq̃ erudito & Chriſtianæ pietatis uiro hauddubie iudicandum.

VBI PLANE SCRIPTVRARVM SENſus cõſtiterit (quod uel maxime quidem,in his quę fidei ſunt fundamenta agnouimus) nec ꝓpheta, neq̃ Apoſtolus,uel de cęlo Angelus,ſecus docens audiendus eſt.

Exod. 23. SCiſcitaberis aũt & quęres,quũ idem Moſes dei ore pręcipiat,ne multitudinem ſequamur ad malum,neq̃ in iudicio plurimorum acquieſcamus ſententię,quę deuiat a uero: Quis obſecro modus,quæ methodus illi qui pergere optat ſemita uitæ,& regnum cœlorũ petit,iudicãdi,uel diſcernendi,quę nã multitudo,& quę ſint ſeniorum Sacerdotumuę conſilia,que iuſte declarant, quęue deuient & exorbitent a tramite recti ? Ad hoc ſi ſapis intelliges,q̃ Moſes licet in ſingulis,ubi quid ambigui occurrit, ibi ſacerdotũ & iudicũ ſententiã cõſulendã,eisq̃ obtemperãdum cenſuerit. Imprimis tñ explicet ea,que ſanguinẽ,cauſam & leprã cõcernunt,cæteraq̃ litigia,que inter hoiem & hoiem uerſari ſolent,de quibus nec a dextris neq̃ a ſiniſtris declinandũ ,ſed abſq̃ aliq̃ ulteriori examine eis ad nutũ obtẽperãdũ,De his aũt quæ ſolidã et incõcuſſã fidei ueritatẽ reſpiciũt (de qbus nullũ ſane uel perexiguũ,et nõ ꝓnicioſę ambiguitatis,aut ſuſpiciõis locũ lex,et Apoſtolorũ dogma reliquit)nihil ꝑdicto ỽborꝝ cõtextu Moſes explicitũ cõmemorat,eo q̃ in fidei fũdamẽtis,ubi qd obſcurũ fuerit,tãetſi priorũ conſulen

cõſulendum ſit iudicium: nihilominus, non tam arcto uinculo ſtringi oportebat legis ſubditum ad obediendum, quemadmodum in illis ratio eſt, ☞ ꝙ ea quę maxime ad beatificã fidem ſpectant, ſacra eloquia palã & aperte enunciant, et hoc quidem merito, Si enim fluxa rerũ caducarum natura, in nullo deficit, & nihil negligit, quod ad illarum eſſe, & conſeruationem exigitur, quanto magis cõſentaneum eſt ꝙ diuinę prouidentię altitudo, cui & de paſſeribus, coruis, cęteriſq; uolatilibus cœli, de lilioq; agri cura eſt, ꝙ in his, que ęternam mortaliũ ſalutem reſpiciunt nihil obſcurum, nihil inexplicatum permiſerit. Rerum autem humanarũ euentus, litigia, cauſę, operationes & actus, que a uolubili carnis prudentia, & terrena concupiſcentia prodeunt, tantam uarietatem & uiciſſitudinem ſubeunt, ut nulla diuina, nedum humana ſanctione & lege (quũ infinita ſint) explicari poſſint. Ideo illorũ quoq; iudicia, Iuriſq; decreta, nullo conſtitutionum et ſententiarum limite claudi, uel exprimi queũt. Et propterea ſtatuit diuina authoritas, ut abſq; ulla diſceptatione, & aliquo contradictionis auſu, etiam diſcolorũ ſacerdotũ & iudicum ſupremum magiſtratum gerentium coniecturis, atq; iudicijs obtemperetur. In his autem, que fidei ueritatem, ex qua ęterna pendet ſalus hominum reſpectant, neq; prophetam dei, neq; de cœlo angelũ, cuius documentis auditor a deo, & ueritatis fide auertitur, audire liceat.

PLANA CENSETVR SCRIPTVRArum ſententia, quam diu alibi diuina authoritas, aut ſenſus incolumis, uel ratio manifeſta ſecus non oſtenderit, que ut literę, & fidei ueritatem aſtruunt, ſic & falſum eliminant, quorum quoq; certitudine et Moſis, & Chriſti ſeruatoris fides innotuit, eorumq; ſtabilita ſunt teſtamenta. ☞

STandum igitur maiorum, ſeniorumque decretis, q̃ diu ſenſus, ratio, & authoritas in contrarium non conſtiterit, quum nec legis, neq; prophetarum acquieſcendum ſit literę ſono, ubi alterum horum trium oppoſitũ teſtimonium, experimentumq; exhibuerit Moſes, utpote ſtolidam terrã, perinde ac ſi auditus & intelligentiæ compos eſſet, pronuntiat. Audiat (inquiens) terra uerba oris mei, Cœlum quoq; æneum, & terram ferreã ex legis præuaricatione futuram præſagit. Sic & Chriſtus dominus ſeſe uitem ueram, & lucem dicit mundi, quem & Paulus petram extitiſſe docuit, que omnia eorumq; ſimilia (quia oppoſitum ſenſus pariter & ratio declarat) minime iuxta literæ tenorem accipimus, ſed per metaphoram ſimilitudinemue dicta probamus. Præcipit & Moſes præputium circumcidere cordis, & Chriſtus Dominus mãdat denuo naſci; Verum quia illud abſq; ſui homicidio, hoc nulla conditione fieri poſſe, manifeſta ratio dijudicat, ideo hæc minime iuxta literæ intellectum credenda eſſe cenſemus, Sed quod illud obtuſi ſpiritus in corde circumciſionem, hoc corporis munditia, ac fidei nouitate nos renaſci oportere deſignet, Sic & ipſe inuiſibilis & immortalis rerum conditor deus, ſeſe ignem conſumentem

Deut. 32.

Deute. 28.

Deut. 4.

ſumentem, appellat, cui nunc oculum, nunc aures, nares, digitoſq́, manus et pedes, ac id genus rerum uiſibilium, ſcriptura attribuit, quorum nihil in deo eſſe plane cognouimus, diuina authoritate docente, Cuſtodite ſolicite animas ueſtras, quoniam non uidiſtis aliquam ſimilitudinem in die qua lo
Eſa. 40. cutus eſt dominus, & illud, cui ſimilem fęciſtis deū, aut quā imaginem im/ ponetis ei. Senſus itaq́, ratio, & authoritas patefaciunt, hęc alio intellectu eſſe accipienda cū litera in plano pronunciat. Pari lege fidei ueritatem, hęc tria aſtruunt, animumq́ inducunt ut firmiter credendis inhęreat: porten/ torum namq́ uiſus et uiuę dei uocis auditus fidei certitudinem intulit mul titudini Iſrael, eamq́ ad ineundum perpetuum fœdus obſeruandę legis in duxit. Sic & primi Chriſtianę pietatis et fidei alumni, ſacratiſſimi corporis
Luc. 24. Chriſti carnem, oſſaq́ uidētes & palpitantes: atq́ Thomas clauorum fi/ xuras digitis attrectando, fidem adhibuerunt reſurrectiōi: ſic & cæteri cū cti primores Chriſtiani dogmatis ſectatores, ex perceptis uiſu Chriſti ſal/
Ioan. 5. uatoris operibus, fidei acceperunt teſtimonium: ſi mihi (inquit) non cre/ditis, operibus credite, ea enim ipſa opera que ego facio, teſtimonium per/ hibent de me, quia pater miſit me. Cui & rationem manifeſtam adſociari, operepretium erat, qua perpenderat Chriſti miracula, Dei & non dæmo/ niorū, aut pręſtigij, uel inſanientis fuiſſe opera. Raitonantibus contra pha riſeorum proteruiam, ijs qui ex fide erāt, q́ dęmonij non tanta ſit facultas, ut cęcos illuminet, neque dęmonij munus ſit ut dęmonem eijciat, Veritate
Matth. 10. Chriſti ore argumentante, ſi ſathanas ſathanam eijcit, aduerſus ſe diuiſus eſt, quomodo ergo ſtabit regnum eius. Nec ſatis fore duxit ad ſtabiliendā fidem inuiolabile rationis et ſenſus teſtimonium, niſi & ſcripturarū quoq́
Ioan. 5. autoritatem adijceret, ſcrutamini (inquiens) ſcripturas, illę ſunt, quæ te/ ſtimonium perhibent de me, per quas patefactum eſt myſteriū, & ab ęter/ no reconditum fidei ſacramentum. Quemadmodum igitur tria hęc ueri tatis fidem pręſtant, ſic et falſitatis errorem eliminant, non enim aliunde di ſcernimus pſeudoprophetam a uero, niſi quando ſenſu, & experimento comperimus non eueniſſe prout propheta ille pronunciauerit. Iuxta illud
Cap. 18. Deuteronomij, hoc habebis ſignum, quod in nomine domini propheta il/ le prędixerit, & non euenerit, hoc dominus non eſt locutus, idcirco ratio re uincit illi non adhibendam eſſe fidem. Eodem canone iudicandum de ho/ minibus qui ſpiritalem ſcripturarum intelligentiam, & ſancti ſpiritus do/ num iactitant, ſi fructus ſpiritus in illis cognoueris, charitatem, manſuetu/
Cap. 5. dinem, continentiā, caſtitatem & cætera, que ad Galatas Apoſtolus enu/ merat, tunc illis adhibe aures, ſi autem contentiones rixas, inanem gloriā, impudicitiā, cōmeſſationes, auaricias, et huiuſmodi carnis opera apud illos cognoueris, certus eſto angelū ſathanam ſe transformaſſe in angelū lucis. Nō enim aliunde (ut ueritas loquitur) cū a fructibus eorū cognoſces eos, ſic utique idolorū uanitati paſſim acquieſceret incautus animus curioſorū,
Pſalm. 113. niſi ſenſus iudicaret, idola muta quedā ex ligno, lapide, atq́ metallo ſimula
Deut. 4. chra exiſtere, quę nec uidēt, nec audiunt, neq́ palpitāt, neq́ ullum intelli/

gentię,

gentiæ,aut uitæ opus oſtendunt,Quod quum ſenſus dijudicat,mox indubitata ratio reuincit,hęc minime eſſe colenda. Cui ſolida quoqꝫ & inconcuſſa decalogi,omniumqꝫ prophetarum & Apoſtolorū adſtipulatur authoritas: Tu igitur quicunque ſapis & aures habes audiendi,circumuolue,& ſedulo ſcrutare ſcripturas,ſingulaqꝫ Moſis & euangelij, atque Apoſtolorum mandata & monita examina,& quoties dictum reperies, cui iuxta planum litterę ſonum omnium ſenſus,& manifeſta ratio repugnat,& eo magis,ſi nulla alibi clara datur authoritas, Neminem gloſſatorum & dogmatizantium auſculta, ſed tutus,certuſque eſto id alio intellectu cꝫ litera in fronte oſtendit, & per Metaphoram, aut ſimilitudinem ſeu hyperbolem,aut quouis tropo audiendum eſſe intrepide cogita & plane affirma.

CHRISTI SALVATORIS TESTAMENTUM,et ſingula eius ſacramenta,non mandati,et externi operis nouitate, ſed ex nouo credendi actu, qui mortua, immo & mortifera opera uiuificat,ſalutariaqꝫ reddit,noua appellari cognouimus.

ADhoc attendas oportet,nouum non ſemper dici,ex nouitate rei ſubſtantię,quæ nūc ſit,quum pauloantea non fuerit,ut nouę fruges,nouaque domus,ſed multoties ex nouo quodam ſubſtantiæ rei aduenticio nouum appellari legimus:Iuxta illud prophetæ,dabo uobis cor nouum, Ezech.36. & illud Apoſtoli renouamini ſpiritu mentis ueſtræ. Nonnunqꝫ nouum Epheſ.4. dicimus ſolo reſpectu,quo alicui res modo innotuit,que eum antea latitarit,ut illud,Marci xvi.linguis (inquiens) loquentur nouis,tametſi linguarum diſcrimina fuerunt a ſęculorum ferme origine. Sic & neomenias ſeu nouilunium dicimus,non qꝫ antea caruerit illo lumine,ſed qꝫ obtuitu noſtro modo ſe offert,quod antea non apparuit,huius quoqꝫ differentię cauſa,eandem rem,eodemqꝫ momento nouam & ueterem nuncupari reperimus,Iuxta illud Ioannis,Non mandatum nouum ſcribo uobis, ſed man- 1. Ioan. 2. datum uetus,quod eſt uerbum,quod auditum eſt ab initio,Rurſum mandatum (inquit) nouum ſcribo uobis,quia tenebrę pręterierunt,et uerum lumen lucet: uetus enim (ſi aduertis) dicit mandatum,eo qꝫ ab initio ſub tenebris & uelamine auditum eſt. Nouum autem uocat,qꝫ tunc primum 2. Cor. 3. ſuperni luminis ſplendore,& ablato uelamine,clariori intelligentia ſuſceptum eſt. Ex quibus compertum habes,non omne quod antiquatur (ut ad Hebręos ſcribitur) prope interitum eſſe,quemadmodum illud mutuę dilectionis, uetuſtiſſimum quidem Moſaicæ & naturę legis mandatū eſt, nullo tamen ſęculo interiturum. Quum ergo illud ad Hebręos abſqꝫ ulla conditione proferat,quod antiquatur prope interitum eſſe, neceſſum eſt, ut Paulo ignorantiam,& contradicentiam impingas, quod horrendū & execrandum eſt auditu: uel dicatur oportet, quemadmodum uouum nuncupamus mandatum, & cor nouum,nouitate reuelatę intelligentiæ,

ſic uetus

Sic uetus & interiturum cenſeri teſtamentum,uetuſtate & euaneſcentia, priſtinę caliginis,ſeruitutis & timoris ſpiritus,quo obſtricti erāt, prę cipue legis obſeruantię. Sicut & nouum probatur nouo lumine gratiæ ueri atq; æterni fidei teſtamenti. Quod quidem minime excludit immo adimplet,& perficit (quemadmodum finis & forma materiam) opera mandatorum,et propterea minus recte iudicat,qui ſacramenta per ſaluatorem Chriſtum inſtituta,noua,nouitate externi operis dixerit. Quum & baptiſmatis,& fractionis ſeu Euchariſtię ſacramenti externo opere conſuetudo uetuſtiſſima fuerit,eſt & modo,uniuerſæ Synagogę Iſrael. Sed noua appellantur ſacramenta,ex reuelatę fidei nouitate,que carnalia,& mortua mortiferaq; mandatorum opera uiuificat,efficitq; ſalutaria. Quemadmodum occidere hominem decalogo,& lege naturę prohibetur,ut ſcribitur, quicunq; effuderit humanum ſanguinem,fundetur ſanguis eius, alibi tamen præcipit,ut manus teſtium,primo,& exinde populus interficiat reū, Sic et Chain,eo q; fratrem interfecerit dei reportauit maledictiōem. Phinees uero cum fornicarium uirum cum muliere transfixiſſet perpetui ſacerdocij fœdus promeruit:Quod ergo illi ob diſtortam & prauam intentionem mortiferum fuerat,iſti ex pietatis zelo factū eſt ſalutare. Sic is qui ſanctiſſimum corpus domini polluta mente & indigne ſumit,æterni ſupplicij iudiciū ſibi manducat: qui uero idipſum pietatis fide & puro corde accipit,is æternę uitæ & diuinę naturę conſors efficitur. Celebramus paſcha,celebramus penthecoſten,celebrant et Iudęi illi ſtolido animo,& fide non pura ad interitum: nos ſyncera & reuelata ueritatis fide obſeruamus ad uitam. Adorabant gentes imagines & humana colebāt ſymulachra, adoramus & nos,ſed illi in dęmoniorum cultum ad perditionem, Cordati uero fideles in uerbi incarnati,ſanctorumq; uenerationem,ad uitam æternam. Complura ſunt huius generis argumenta,quę plane declarant idem ſpecie opus, quod ex immoderamine & deformitate,quaſi informe & materiale,antiquum mortuum,& mortiferum cenſetur,ex recta intentione, & fide uera (quaſi per formam) nouum,uiuum,& iuſtificans probari.

Gemino namq; baptiſmate & lauacro Iudęorum hæreſis uti conſueuit,uno ad tergendam maculam ex rei ſordidæ & immundę contactu,quo genere baptiſmatis non ſolum humana corpora,ſed & calices,& urceoli cæteraq; uaſa,& ſupellectilia ad eſculentorum & potuum aliarumq; rerum uſus facientia,ubi aliqua immundicia contaminata fuerint detergunt,quę ſi ignem patiuntur igne purgant, ſin minus aqua expiationis, & baptiſmatis lauacro (iuxta legis mandata) emundant. Alterum eſt baptiſma, pœnitentię,quo (ut codice dicto ea tractant Talmudei) quiſq; alienę fidei & religionis cultor,quum ſeſe ad uerum dei creatoris cultū,& ad Moſaicam coloniam recipere conſtituerit,non prius admittitur,ſi mas eſt, niſi una cum circumciſionis ſacramento,baptiſmatis undam ſuſcipiat,ſi fœmina,baptiſma tantum requiritur:& non ſolum proſeliti,qui ex falſa religione ad moſaicā religionem tranſiliunt,ſed & quicunq; Iſraelita pœnitens de peccato

Gene.9.

Deut. 17.

Gene.4. Num.25.

Broartitum baptiſmum iudaica Synagoga obſeruat.

Num. 31.

de peccato, ſicut honeſtioris & ſpiritalis uitę nouitate, ſic & noua corporis munditia, & baptiſmatis lauacro renaſci nititur. Quo genere baptiſmatis Iudith baptizabatur in fonte: Nudabatur ad baptiſmum Neemias, et modo plurimi Iudęorum pęnitentium, uel maxime ad diem propriciationis, quem ſumma celebritate decima lunationis Septembris cuſtodiunt. Poſt multorum dierum ieiunia, & antelucanas orationes, confeſſione delictorum pręeunte, mox baptiſmatis lauacro, & operiente uerticem unda, uniuerſum corpus intingunt. Eadem ſane lege, qua baptiſmate pęnitentiæ Iudæorum multitudo baptizabatur in Iordane a Ioanne, confitentium peccata ſua. Eodem uticꝫ pacto de communionis fractioniſcꝫ ſacramento iudicandum, quod quantum ad opus externum, nequacꝫ noua credenda eſt ſacramenti inſtitutio, Quum uetuſtiſſimus fuerit uſus (quemadmodum codice benedictionū ſuper illud Moſis, benedicas domino, quum ſaciatus fueris, longo tractatu differunt Talmudei) Et hodierna quoꝫ die ſolicite uniuerſa Iudæorum multitudo obſeruat, quoties, ſcilizet ad menſam recumbunt, paterfamilias, uel quiuis potiori nomine recumbentium, priuſcꝫ quicꝫ obſonij, uel eſculenti deguſtent, panem placentamue benedicit, benedicendo frangit, & cuilibet recumbentium buccellæ portiunculam diſtribuit. Simili modo menſa peracta, calicem accipit ille cui munus incumbit gratias agendi, quibus peractis poculum cęteris recumbentibus porrigit. Nec hoc quidem prætereundum quotiens ſolemnis feſti dies occurit, tunc pręter calicem quo peracta menſa, laudes & gratiæ aguntur, aliud ante panis benedictionem, & obſoniorū guſtum poculum benedicit, & ſingulis propinat. De quo quidem calice ſolus inter Euangeliſtas Lucas commemorat. Conſydera igitur tu, an fractionis & baptiſmatis, noua externi operis nouitate cenſenda ſint. Quod ſi Apoſtoli ad Corinthios, quibus huius ſacramenti myſterium tradidit, uerba perpendas, eandem quam diximus innuere ſententiam intelliges. Et ſic idem externo opere ſacramentum, quod primoribus ſanctorum nondum dominica paſſione tranſacta, ſub nubilo & uelamine futuræ paſſionis fuerat ſignaculum, poſtea reuelata fidei & ueritatis intelligentia, in eiuſdem iam actæ paſſionis memoriam, & futuræ gloriæ ſignum, & præparamentum, cum uera fide, & deuotionis ardore celebratur. Et quemadmodum de his, ſic & de cæteris quibuſcunqꝫ Chriſti domini, Apoſtolorumqꝫ ſacramentis iudicandum. Quibus auditis recollige, ſicut mandatum dilectionis proximi, quum uetuſtiſſimum, & nuncꝫ interiturum ſit, nouum tamen dicitur, non externi operis, ſed fidei nouitate, quę mortua mortiferaqꝫ opera innouat, uiuificat, & ſalutaria reddit. Sic de ſingulis ſacramentorum, & ſaluatoris teſtamenti nouitate, credendum & firmiter tenendum iudica.

Deut. viij.

Epilogus. Ex omnibus denicꝫ hic traditis accumulatim reſume, quum per mandatorum obſeruantiam roboretur, permaneatcꝫ fides, & dei timor: Timor uero animæ puritatem præſtet: Animæ puritas corporis mundiciam requirat, unde conformitas ipſa oritur: conformitas dilectionem parit: dilectio adhęrentiam operatur cum æternæ uitę origine: ad quod quum factus ſit omnis homo, percꝫ ſcite, & prouide uiuus ille dei ſermo admonuit, deum (inquiens) time, & mandata eius obſerua, quoniam hoc eſt omnis homo.

EX

EX PRIMO TRIPARTITAE AECCLESIA-
stice Historię libro cap. xx.

CONSTANTINI MAGNI EPISTOLA, QVA CVM ALEXANDRO, & Ario de Trinitate, maximo fidei sacramento sęuissime altercantibus, expostulat. Et ne populi dei unitas & communio scinderetur, omnimodum uni & alteri partium iniungit silentium.

VICTOR CONSTANTINVS, MAXIMVS, Pius, Alexandro & Ario.

IDICI NATAM PRAESENTIS QVAEstionis, quando tu (o Alexander) a presbiteris requirebas, quid unusquisq; eorum de quodam loco in lege conscripto, magis autem pro uanæ cuiusdam quæstionis parte sentiret. Tuq; o Ari, quod neq; principio cogitari debuerat, aut cogitatum taciturnitati tradi potius cõpetebat, illud improuide, ptinus obiecisti, uñ discordia int' uos emergente, mysteria contemnuntur, Sanctus uero populus in utraq; diuisus, comunis corporis congruentia separatur. Ergo uterq; uestrum ex æquo uoluntatem prębens, in quo uos confamulus uester iuste monet, obediat. Hoc itaq; neq; requirere dignum est, neq; de talibus respondere quęrentibus. Huiusmodi enim quæstionis, quæ non alicuius legis necessitate proponuntur, inutilis uacationis tempus requirunt. Et licet causa cuiuspiam naturalis exercitij fiant, tamen debemus eas intra sensum claudere, & non prompte in publica conciliabula deportare, nec omnium auribus inconsulte committere. Quantus enim est unusquisq; hominum, ut possit ita magnarum rerum & ualde difficilium uirtutem, aut ad perfectum inspicere, aut interpretari digne? ac si quis hoc facere (difficile tamen) possit, quantæ parti populi suadebit: Aut quis tantarum quęstionum subtilitates, extra lapsus sui periculum sustinebit. Ergo fugienda sunt in talibus multiloquia, ne forte dum infirmitate nostræ naturæ minime quod proponitur explicatur, mente discentium auditorum pro tardiori intellectu ad perfectam quęstionis perceptionę peruenire non ualente, ad necessitatem blasphemiæ aut schismatis populus adducatur: Quapropter & interrogationes incautæ, & responsiones improuidæ, æquam alterutris ueniam tribuant ex utroq;. Non enim pro summo legis mandato, apud uos occasione certaminis inflamata est, neq; noua quædam pro dei religione hæresis introducta, sed unam eandemq; rationẽ habetis, sicut etiam unum communionis signum: Vobis enim inter alterutros pro paruulis & ualde modicis contendentibus causis, tantum dei populum, quem

ueſtris orationibus & prudentia conuenit gubernari, diſcordare nec decet, nec omnino phas eſſe, credibile eſt. Vt autem paruo quodam exemplo ſapientiam ueſtram commoneam: Noſtis etiam ipſos philoſophos, quia in uno quidem dogmate cuncti conſentiunt, cum uero in quadam ſententię parte diſcordant, licet diſciplinę uirtute ſeparentur, tamen ad inuicem corporis unitate conſpirant. Cum hæc ita ſint, quanto potius iuſtum eſt uos magni dei miniſtros, in uoluntate religionis alterutrū eſſe concordes: Cōſyderemus itaq; ratione maiori, & ampliori intelligentia cogitemus, ſi recte ſe habeat propter parua & uana ſermonum certamina, fratres fratribus reſultare, & honorem Concilij per uos impia contentione diſcerpere, dum ad inuicem pro ſic paruis & nequaq; neceſſarijs, litigatis: Vulgaria ſunt hæc, & infantum magis fatuitatibus commodanda, quam ſacrorum uirorū & prudētiū intelligentiæ cōſona: Recedamus ergo uolētes a tētationibus diabolicis: Magnus noſter deus ſaluator uniuerſorū, cōmune omnibus lumen effulſit, cuius prouidentia hoc meum miniſtri dei ſtudiū ad perfectionem uenire permittite, ut uos illius populum mea adlocutione, et miniſterio, & monitionis inſtantia, ad ſynodalem poſſim reuocare communionem: Quia (ſicuti dixi) una quædam in uobis eſt fides, & unus ſecundum uos nęreſcos intellectus, legiſq; pręceptum cum ſuis partibus in unius uoluntatis propoſitum tendit: Hoc ergo quod uobis inter alia contentionem excitauit, quoniam non attinet ad totius legis uirtutem, ſeparationem quandam, & ſeditionem inter uos non debet efficere. Dico autem hęc non tanq; cogens uos omnibus modis huic ſatis optimę & qualiſcumq; ſit conſentire quęſtioni, poteſt enim et honor concilij a uobis integer cuſtodiri, & una atq; eadē omnibus cōmunio cōſeruari, licet aliqua in uobis particulariť ad inuicē ꝓ paruo q̄dā cōtētio generet, q̄niā nō omnes in omnibus idē uolumus, neq; una in uobis nata uerſat, aut uoluntas una cognoſcitur: De diuina ſiquidē ꝓuidentia una q̄dā in uobis ſit fides, una ꝓuidētia, unus in deo ſenſus. Quę uero ꝓ his friuolis quęſtionibus inť alterutros diſputata ſunt, licet non in unā ſententiam colligantur, manere tamē intra ſenſum debent, mentis ineffabilitate ſeruata. Communis autem charitatis pręcipuum ſacramentum, & ueritatis fides, & honor, circa deum atq; religionē legis, apud nos incōcuſſe ꝑmaneat. Reuertimini ergo ad alterutros amicitia atq; gratia, reddite uniuerſo populo ueſtros amplexus, uoſq; ipſos uelut proprias animas expiantes, alterutros rurſus agnoſcite: Suauiores enim crebro ſunt amicitiæ, poſt inimicitiarum cauſas ad cōcordiam reſtitutæ: Reddite ergo mihi tranquillos dies, noctesq; ſecuras, ut quędam iucunditas puri luminis, & uitæ iam quietæ apud me lecitia conſeruetur, ſi non fuerit neceſſitas ingemendi, & ſemper lachrimis ingrauari, & neq; ſęculum libenter ferre uidendi. Dei namq; populos, id eſt, cōfamulos meos ſic iniuſta, & noxia ueſtri contentione diuiſos congregari iam tempus eſt: Vt autem huiuſmodi triſtitiæ meę magnitudinem ſentiatis, audite: Pridem ueniens ad Nicomedienſem ciuitatem, repente ad orientem pergere feſtinabam:

festinabam: Cumq; ad uos tenderem, & plurima iam parte uobiscum es-
sem, huius rei nũcio sum retentus, ne oculis uidere compellerer, quæ im-
possibile iudicabam ad sensum posse aurium peruenire. Quapropter a-
perite iam mihi per uestram concordiam orientis uias, quas contentione
clausistis alterutra, uelociterq; mihi concedite, uosq; ipsos & alios
uniuersos populos uidere lætos, & pro communi omnium
concordia ac libertate, debitam gratiarum actio-
nem fauorabilibus eloquijs
deo persoluere.

QARTI VOLVMINIS DE COELESTI AGRICVLTVRA PRAEFATIO.



PTATO, ET REPASTINATO iam inculto, et ſquallido philoſophantium agro, ſterili inſuper & petroſo iuniorum Iudęorum fundo refecto, ac ſenticoſo quorundam aberrantium fidelium campo tribulis & zizanijs purgato, reliquum eſt, ut modo ad fæcundum, deuotorum fidei, irrigandum & locupletandum agrum accedam. Irrigabitur aũt locupletius ager iſte, cum diligentiori cura, & ſtudio coaptatus fuerit, ſuperceleſtium aquarum ſcaturigini, coaptabitur uero exquiſitius, cum externi operis factor, cuncta in hoc arido, & mortali ſolo non ſecundum terrenum ſenſum & literam, quæ perimit, uerum ſpiritali & myſtica intelligentia peregerit. Litera namq; (quia auertit & diſtrahit a cœleſti uita) occidit. Spiritus autem (inquit Apoſtolus) uiuificat, animumq; reſtituit ſempiternæ uitę origini. Quo igitur maiori diligentia, & ſedulitate quis mentem exercet in ſuperis, & illic refigit intuitum, eo fuſius ſtillant, & irrigant ſuperna fluenta, datq; largiter cęleſtis agricola deus incrementum. Hanc autem aſſiduam meditationem & ſtabilitatem, ſeu permanentiam mentis in ſuperis (quemadmodum primo & tercio uolumine latius expoſui) peragere neſcit fragilis & terrena mortalium conditio, niſi in his carnis operibus (ſine quibus uita, & ſocietas humana ſtare & cuſtodiri nequit) quaſi in tenui quodam ſimulacro, & umbroſa archetypi imagine, ſupercœleſtia proſpiciat exemplaria, atq; iugi cogitatione æternæ legis mandata contempletur, Alioquin ſeiungunt & diſtrahunt animum terrena hęc opera a ſupercœleſtium aquarum riuulis, & ab ipſa æternitatis origine. Iuxta illud Iacobi cap. ij. Qui autem perſpexerit in lege perfectæ libertatis, & permanſerit in ea, non auditor obliuioſus, ſed factor operis, hic beatus in facto ſuo erit. Facti igitur & externi operis beatitudo ex hoc maxime (ſi conſyderas) pendet, q̃ operis factor (quaſi ſpeculi inſpector) exemplarem, & perfectæ libertatis proſpicit legem, & in ea manet, quam Apoſtolus ad Galatas iiij. per allegoriam ſeu Cabalam cœleſte teſtamentum, & liberam uocat matrem noſtram, quę ſurſum eſt Ieruſalem. Si ergo factor operis illam perfectæ libertatis legem, cuius umbram (ut ad Hebreos ſcribitur) habet lex iſta mandatorum, minus perſpexerit, neq; in ea permanſerit, infęlix nimirum et miſer operator in facto ſuo erit, qui enim non ponit deũ (ut pſaltes admonuit) in cõſpectu, & a dextris ſuis ſemp, illius mox animus labitur, tenditq; in præceps & corruit. Propterea omne (inquit Col. iij. ueritatis prędo) quodcumq; facitis in uerbo aut in opere, omnia

omnia in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti, Et in carne ij. Cor. x. ambulantes, non ſecundum carnem militemus, & operemur. Hæc autem perficere & docere optime nouerunt allegorizantes, qui ſingula externa opera, immo & uniuerſa ſacri eloquij uerba & elementa referunt tolluntque ad ſuperos, ita ut per hanc operandi & contemplandi legem, quaſi per cęleſtes ligones, & uomeres ſeipſum uigil agri colonus de ſiccaneo aridoque hoc ſolo, effodiat, & eruat, & ad ſupercęleſtium aquarum riuulos atq; fluenta transplantet, unde locupletius fructum ſuo tempore promat, eiuſq; folia (ut canit pſaltes) non computreſcant, & quicquid faciet proſperetur. Nos igitur ad rectam, & clariorem, huius dogmatis intelligentiam, quartum hoc de Cœleſti Agricultura uolumen confecimus, quo fidei & Archanę ueritatis ſtudioſus fęcundum agrum ſuum diligentius colere, uberioremq; fructum proferre & facto ac opere explere queat, iuuante & dante incrementum Cœleſti Agricola Deo, cui ſit gloria & benedictio in ſæcula.

Duo itaq; præſens hoc uolumen complectitur. Primo introductorium proponit, quo neglecto nemo ad ueram & arcanam Cabaleorum ſeu allegorizantium dogmatis agnitionem facile peruenire poterit, quid enim nomen deſignet Cabalæ, quę eius neceſſitas, & finis, qua etiam ratione hęc alia dogmata antecellat, quis modus docendi & ordo, quę deniq; primarię eius ſint partes, plane oſtendit. Secundo de ſacris nominibus, eorumq; attributis paraphraſim & Epithome ſubnectit, quod de hallucinantium Iudęorum bibliotheca (ueluti ſplendidiſſimam facem de cęcutientis tediferi manu) illuſtratis fidelium mentibus tradendum eripui & compendio perſtrinxi, quo facile patebunt aditus ad ſacri eloquij penetralia, diuinorumque nominum ſacramenta, unde quiuis perſpicax, & ſedulus Chriſtianæ pietatis cultor paruo quidem negocio allegorizantium dogmati initiari, in eoque proficere & erudiri poterit, diuina opitulante gratia, & indiuidua Trinitate alma, Cuius ſublimi & ineffabili, in quo omne genu flectitur, nomine inuocato, primam huius uoluminis partem aggredimur. Prius tamen mox ſequentem aduerſus obtrectatorem Cabalæ orationem, quæ præſenti negocio non parum intelligentiæ luminis affert, pręponere hic libuit.

APOLOGETICVS PAVLI RICII aduerſus obtrectatorem Cabalę ſermo.

PAVLVS SAPIENS FIDEI ARCHITEctus,& ſummus uitæ mortalium magiſter, perq; ſedulo & diuino quidem nutu admonuit,Roma. xiiij. Que pacis ſunt ſectemur,& que ædificationis ſunt,inuicem cuſtodiamus,tollentes lapides offenſionis, eoſque aptantes ut in ſtructuram ſint templi Domini,& membra meretricis,ut membra fiant Chriſti. Aberrantes,& fidei oppugnatores per ſanam, & eam que ſecundum pietatem eſt doctrinam red arguendo,ſemitamque indicando æternę ſalutis. Eſt autem ſecundum pietatem omnis doctrina,quæ archanę ueritatis, & uitæ ſanctimonię preſtat documenta,atque fidei orthodoxę uel aſtruit uel non reſpuit fundamenta. Quam quidem doctrinam qui contempſerit, atque oppugnare ſtuduerit,languens (ut Apoſtolus loquitur) circa queſtiones,pugnaſque uerborum,& conflictationes hominum, mente corruptorum,non utique Chriſti,neque Apoſtolicę doctrinæ is erit auditor, ſed templi Domini contaminator,& corruptor humanæ ſalutis. Quum autem inter uniuerſa peregrina,& Apocripha dogmata,nullum ſic plane æternæ ueritatis,& uitæ munditiæ tradat documenta,quodque æque ſit congruum pietati orthodoxæ,& quod poſſit contradicentibus,qui ex circumciſione ſunt,reſiſtere,eoſque ad claram ueritatis agnitionem perducere,ſicut priſcorum Allegorizantium eruditio,uocata Cabala,cuius præcipui (haud dubie) fuere cultores primi Hebreorum Chriſti auditorum, & ſacram eius doctrinam, atque fidei pietatem amplectentium, æmuli tamen paternæ legis. Iuxta illud Actorum. xxi. uides frater, quot milia ſunt Iudæorum qui crediderunt, & omnes æmulatores ſunt legis. Cumque nullum Apocriphorum ſit dogma, quod tam ſcite, & facili ſerie omnes mortalium actus, & cogitationes ad ſuperos dirigat, & ad ipſum ſempiternum, & incommutabile bonum conuertat,quemadmodum hæc ipſa (uetuſta quidem, ſed dudum in lucem ædira) Cabaleorum traditio, non iniuria quibuſdam ſublimi ingenio,probitate, & doctrina uiris, Mirandulano, principi inprimis ſapientiæ unico noſtri æui oraculo, Deinde Capnioni, fide, honeſtate, & uaria eruditione inſigni, nonnihil huius dogmatis fidelibus, & ſyncera mente Chriſtianis aperire placuit, necnon & mihi tanq; nouiſſimo operario & minimo membrorum corporis Chriſti, ut doctrina ſaluatoris noſtri (ſecundum Apoſtoli documentum) honoretur

honoretur in omnibus, etiam apud incredulos, qui ex circumcisione sunt, uisum erat aliquid in huius dogmatis Isagogen, conscribere, eiusque epithoma in latinum mutare eloquium. Hanc autem quum a quodam sacrarum literarum & Theologicæ sapientię magistro, contentiosis, & friuolis uerborum quæstiunculis inhærente, tum sordide, tum etiam ignominiose lacessi, & ueluti ludicram perfidiam prædicari acceperim, quo sacri eloquij archana, & solida Christianæ pietatis testimonia prophanare, optimorumq; uirorum piam doctrinam, fidemq; synceram execrabili perfidiæ nota tangere non dubitat: nō potui pene cohibere spiritum, nec linguæ aut calami continere silentium, quin in criminosam hominis, irritamque censuram breuiusculam hanc texerem orationem, per quam syncerus & perspicax rerum archanarum indagator plane dijudicet, cq; inconsyderate & petulanter Cabaleorum seu allegorizantium dogma homo iste accuset, & prępcipiti sententia condemnet. Quanta enim, & quam solida ueritatis fidei testimonia prębeat hoc Cabaleorum dogma, facile uidere licet cuique ampliſſima illorum uolumina tractanti. Ea siquidem non obscure Trinitatis in unitate enunciant sacramentum, de Patre, Filio, & Spiritu, de unigeniti generatione æterna, de peccato originis, quo mors intrauit in orbem, de redemptione per passionem & sanginem Messiæ, de eius resurrectione, de uirgine cœli Regina alma, de Mystico Ecclesiæ corpore, quod sancti templum sunt Dei, & membra Christi, de Iudicio & mundi consumatione, de pœnitentia & peccatorum remissione, de mortuorum resurrectione, de dono prophetiæ, scientiæ & sapientiæ, de Allegoria, & spiritali sacri eloquij sensu, quo Cabala ipsa non modo uerba & singula uerborum elementa, sed apices, puncta, & quæque illis adiecta, ad sublimia & diuina tollit oracula. Vnde assidua meditatione exercetur & stabilitur mens humana in superis. De linguarum insuper & curationum uirtute, de angelica hierarchia, de mundis & immundis spiritibus, tradit documenta. Et hoc quidem peragit Cabaleus tribus uarijsque consyderandi modis, quos qui dijudicare & discernere nequeunt, inextricabilibus sane ambiguitatum & errorum sese implicant nodis. Quorum unus consyderandi modus est, quem uerborum contextus & literalis intelligentia expostulat. Alius quem allegoriæ typus depoſcit, Alius, quem prophetandi atque inhærendi superis æmulatio requirit, Primo puta Geneſis capite, literæ uerborumque contextus rationem causamque exigit inquirendam, quare in primordij operibus nusquam commemoratum sit ipsum incommunicabile nomen tetragrammaton, aut quoduis sanctorum nominum, pręter illud, quod & creaturis communicari solet, nomen Elohim, quod bis & trigesies in illis primordij operibus seorsum repetitum leginus, cū tamen creatio opus sit solius creatoris dei, cui proprium est incō

municabile

municabile nomen tetragrammaton. Vbi uero ſecundo capite, cœli & terræ generationem reſumit, Tetragrammaton nomen prænectit nomini elohim. Iſtæ (inquiens) ſunt generationes cœli & terræ, quando creatæ ſunt in die, quo fecit tetragrammaton Deus, Elohim, cœlum & terram, & ſic deinceps toto ſecundo & tertio Geneſ. capite, duo ſacra hæc nomina proferuntur in unum. Et licet utrumque eandem, & ſummæ ſimplicitatis eſſentiam deſignet, non tamen eandem eſſentiæ rationem, eandemue humanæ intelligentiæ conditionem enunciant, quèmadmodum hanc ipſam incomprehenſibili unitate eſſentiam indicat nomen El ſadai (id eſt Deus) qui ſatis, ſiue omnipotens, eandem & tetragrammaton nomen oſtendit, in uno tamen nomine El Sadai innotuit patriarchis, quos latuit in nomine tetragrammaton, iuxta illud Exodi capite ſexto. Apparui Abrahæ, Iſaac, & Iacob in El ſadai, & nomen meum tetragrammaton (dictum & pronunciatum Adonai) non indicaui, rectius non cognitus fui eis, pari utique lege de ſingulis ſacrorum Dei nominum iudicandum, quod cauſa ſcrutanda ſit qua propheta nunc explicet nomen EHEIE, nunc nomen Ioh, ſæpius inuocat TETRAGRAMMATON cum punctis ADONAI, nonnunq̃ cum punctis Elohim, Iuxta illud Moſis. Dixit Abraham, Adonai, Elohim (Domine Deus) quid dabis mihi? Multocies inſuper ad unum impetrandum uotum orat nomine El, ad aliud nomine Elohim, ad illud Zeuaos, ad iſtud Sadai, & nomine Adonai. Horum ſimiliumque diſcriminum rationes, cauſaſque petendas fore nullus quidem Idoneus ſacri eloquij ſcutator ignorauerit. Quandoquidem & hi qui phiſica corpora, ſenſibiliumque rerum naturas contemplantia, ſingulas in his porciunculas, & minima queque eorum ſcrutantur ſynthomata, & rationes cauſaſque paſſim requirunt. Longe ideo accuratiori diligentiæ ſtudio ſacri, & perpetuo diuinæ menti inſcripti eloquij, inſpiciendæ ſunt partes, earumque dictiones, & ſingula diſcernenda ſunt elementa. At præter literæ ſenſum dari in ſingulis prophetarum elogijs ſpiritalem intellectum ratio ipſa demonſtrat. Omnia namque prophetarum oracula ab æterno ſunt diuinæ menti inſcripta. Prophetæ enim (ut primo de libero arbitrio Auguſtino placuit) legunt de libro uitæ. Conſtat autem ea, que inſunt libro uitæ, non eſſe mortali uoce prolata, aut ſtylo conſcripta humano, ſed illius libri ſcripta quædam ſunt paradigmata, atque ideæ; quæ caducis his uocibus, literiſque, ueluti exemplaria, & ſempiternæ rationes diuinæ menti inſcriptæ reſpondent, quibus Allegorizans Cabaleus, & ſpiritalis ſacri eloquij contemplator maxime inuigilat, & circa illas uniuerſum eius negotium ſtudiumque uertitur: quod plane ad Gala. Apoſtolus docuit, duo p allegoriam enuncians teſtamenta, quorum unum traditum eſt in mõte Synai, qui terreſtri

& ſeruili

& ſeruili iunctus eſt Ieruſalem : alterum datum in monte ſancto, iuncto ei, quæ ſurſum & libera eſt mater noſtra, Ieruſalem. Et idipſum Apoſtoli myſterium multis in locis recenſent Cabalei, a cuius uera intelligentia procul nimirum ſunt omnes prophani. Ad literalem uero & allegoricam ſacrarum literarum intelligentiam tertium accedit contemplandi genus, practicam magis quam theoricam actionem præſtans, qua phantaſia, ratio, & mens pro ſuo cuiuſque modo adhæreant ſuperis, per quam adhæſionem donum prophetiæ, linguarum & curationum uirtus, interpretationis, ſcientiæ & ſapientiæ ſpiritus uaria diſtributione infunditur. Secundum quod alij, alijque unum magis q̄ aliud donorum reſpectent, ipſumque emulentur, luxta illud Apoſtoli, Emulamini chariſmata meliora, loqui autem linguis, nolite prohibere. Humanæ autem mentis cum ſuperis adheſio adherentium puritatem, & eorum cum æterna (cui adhærent) ueritate ſymbolum & concinnitatem requirit, quod efficere nituntur Cabalei, & hi, quos filios prophetarum ſcriptura appellat: ſacras meditando literas, earum uidelicet contemplando numerum, figuram, poſitionem, permutationem, combinationem, & id genus, eaque referendo & tollendo ad ſuperos, & ad æternæ ueritatis ſacramenta: Non quod Cabaleus eiuſcemodi interpretamenta ubique ad amuſſim prophetarum & ſacri eloquij intellectum fuiſſe, uel eſſe exiſtimet, ſed hoc unum intendit, ut concinna & reciproca, hac phantaſiæ rationis, & mentis exercitatione, denudentur animi uires a cogitatione terrena, tollanturque ad ſuperos illiſque adhæreant. Et propterea in hoc (ſi aduertis) gloſſematum genere multis modis diſſentiunt Cabalei, alijs numerum, alijs figuram, nonnullis poſitionem, permutationem, ac combinationem multimode meditantibus, uireſque animi exercentibus. Vnde perplures iuniorum, non minus Iudæorum, q̄ Chriſtifidelium, qui Cabaleorum ſeu Allegorizantium dogmati ſtudent, dum eam, quæ in hoc genere contemplandi ſita eſt, uim, minus aduertunt, diſſidentem hanc interprætandi legem admirantur, & multis uarijſque, & inutilibus quæſtiunculis ſeſe inuoluunt, tertium hoc contemplandi genus æquiuoca intelligentia accipientes pro ſecundo & primo, arbitrantes omnia hoc ipſo genere meditationis expoſita haud ſecus ad uerum literæ aut allegorię intellectum tendere, q̄ ſecundum contemplandi genus & primum. Vbi longe deuiant & aberrant a tramite recto, minime aduertentes, quod tametſi conſona & prorſus neceſſaria ſint ſingula huius generis inuenta, non tamen neceſſarium exiſtimant Cabalei, id eo in loco literali uel allegorico intellectu ſenſiſſe prophetam. Contemplando (puta) tetragrammati elementa, Alij affirmant ipſum iod ideo primam poſitam eſſe literarum tetragrammati, quod indiuiſibilem punctum unitatem

unitatemq; referendo, indiuiduam ſummæ unitatis eſſentiam deſignet. Alij idcirco hanc primam autumant, quia decem unitates numero oſtendit, qui ſcz denarius numerus unitas quædam eſt, totum numerorū ambitum uirtute complectens, principium & finem: Alij propterea primum inter tetragrammati elementa poni præſumunt, quo tenui ſuo cacumine, & uix ſenſu percepto apice, quaſi indiuiduam & incōprehenſibilem, diuinam eſſentiam denunctiet. Denarius uero elementi numerus decem ſephiros, tres ſcilicet diuinæ eſſentiæ perſonas, & ſeptem ſancti ſpiritus dona inſinuet. Hæc horumq; ſimilia, licet comperta & ſolidæ ſint ueritatis ſacramenta, ſumma ſiquidem unitate & ſimplicitate eſſe diuinam eſſentiam, principium & finem, incomprehenſibilem, trinamque perſonis, & dona ſpiritus dari ſit neceſſe, non tamen prorſus neceſſarium arbitrantur per ipſum iod, hæc precipue docere & inſinuare uoluiſſe prophetam. Simili modo de alijs huius generis meditationibus iudicandum, q̄ non ad literæ, uel allegoriæ intelligentiam, ſed ſolum exercendi, ſeu aptandi animi, ſuperisque adhærendi cupidine excogitantur. Qui igitur triforme hoc, cui innituntur Cabalei, genus contemplandi ſcripturas attendit, & ea que in his fidei orthodoxę præbentur teſtimonia, ac ſaluberrima uitæ bonorumque morum documenta conſyderat, & doctrinam ſaluatoris noſtri in omnibus (Apoſtoli iuſſu) ædificari & honorari deſyderat, minime profecto ludicrum, perfidumque eiuſcemodi Cabaleorum dogma præſumet, ſed celebri potius laude prędicoque extollet, & tanquam pietatis doctrinam amplectetur & foucbit, quæ ad hoc unum tendit, ut mortalium animos, a prætereuntibus huius caduci orbis umbraculis, ad cœleſtia, & immortalia numina tollat, iterque pandat æternæ ſalutis. Ea uero quibus rigidus ille & atrox Cabalæ oppugnator, id dogmatis retundere, & perfidum perſuadere molitur, q̄ inconſyderata, & uiro ſapienti indigna ſint, facile eſt cognoſcere inſpicienti. Vt autem perplura inania, que uir iſte in ſuis, de cabaliſtica (ut ipſe effutit) perfidia commenticijs ad ignominiam & confuſionem Cabaleorum commemorat reticeſcam, ne friuolis, minuſque frugiferis lectiunculis, benignas lectoris aures occupem, tria dumtaxat, quibus ipſe potiſſimum in epiſtolari ſua ad pontificem maximum Leonem x. præfatione in Cabalam ueluti blaſphemam hæreſim, & ludicram perfidiam confutandam, innititur, in medium proferenda ſtatui, que quum irrita futiliaque eſſe reuicerimus, plane de aliorum eius argumentorum nullitate erit iudicandum. Primum igitur uir iſte erroneum enumerat, quod Habel, Abraham, Iſaac, Dauid, necnon & alij quidam ante diluuium patres, ſeipſos, aut aliquem de ſua propagine, uirili & fœmineo ſemine natum, exhiberi cogitauerint, mundi reſtauratorem. Secundum, quod primo parenti poſt ruinam & lapſum magis q̄ antea diuinitus facta ſit reuelatio, quod

que in

que in eo facto iam præuaricatore magis ſplenduerit gratiæ lumen, quàm dum ageret innocentem. Tertium, quod Adam & Eua mutua exarſerint prurigine, geniali oppleti cupidine, quem quidem ſubita, & brutalis prurigo magis pecudibus accommodanda fuiſſet, quàm hominibus adhuc in ſtatu innocentiæ perfectis. Hæc ſunt, quibus maxime uir ille Cabalam ipſam ludicram & blaſphemam quandam hæreſim conuincere ſatagit, quæ quantum & re ipſa, & argumentandi forma delinquant, ex ſequentibus plane perſpicere licet. Nec parum mihi ſubit admirationis, quanam confidentia & uana cogitatione quis adeo præcipiti ſententia cenſere, & intrepide id condemnare non dubitet, cuius non modo fundamenta, ſed & uim uocis uerbique ignorat, quum nullus unquam fuerit fidelium, qui huius dogmatis prima duntaxat rudimenta attigerit, quin eam tanquam piam, arcanam, & orthodoxæ fidei concinnam doctrinam coleret & ueneraretur: ſolum habuit obtrectationis authorem inſcitiam, & tumidam archanæ ueritatis ignorantiam. Quod autem iſte Cabalæomaſtix in ipſa argumentandi forma exorbitet, ex eo facile conſtat, quod tametſi tria commemorata, aliaque ſimilia Cabalæi documenta erronea & ludicra dixerimus, & Capnionis Cabalam nonnihil perperam (quod minime dixerim) dictitaſſe, admiſerimus, non tamen exinde reuincere fas eſt, Cabaleorum dogma ludicram dici perfidiam, peſtilenteſque errores diſſeminantem: quemadmodum execrabile, & maxime nefandum eſſet argumentari ex eo, quod Petri Lombardi ſententiarum liber (circa quem ueluti cardinem uniuerſa iuniorum Theologorum machina uertitur) in multis a uero & communi Theologorum placito declinet: propterea ſententiarum uolumina, & Theologorum dogmata erronea eſſe oportere: ſic utiq; rudis & æquiuocationis cauillatio eſt, dicere ludicram eſſe perfidiam Cabalam, quod aliquis ſcriptorum Cabalæ nonnulla diſſona ueritati errataue enunciet. Erronea enim Cabala, non eſt Cabala, quemadmodum nec falſam ſapientiam, ſapientiam appellare fas eſt. Quod autem obtrectator ille, non modo falſe ſyllogizet, ſed & falſa aſſumat, in promptu eſt intelligenti. Præſumit enim blaſphemam eſſe hæreſim alicui ſanctorum patrum & prophetarum, qui ante incarnationis tempora floruerunt, aliquid ignorantiæ circa fidei penetralia impingere, quę quàm falſa & uana ſit præſumptio, nullus ſapientum Theologorum ignorat: qui (ut ſecundo uolumine commemorauimus) unanimes ſentiunt, quod ante Chriſti domini in carne præſentiam, nec angelis quidem miniſtrantibus, per quos diuinorum ad nos radius diffunditur, cognitum fuerit, dearticulatum incarnationis ſacramentum, iuxta illud Apoſtoli ad Epheſios tertio: In alijs generationibus non eſt agnitum myſterium Chriſti, ſicut nunc reuelatum eſt ſanctis Apoſtolis & Prophetis: Si enim primæui ſanctorum exacte cognouiſſent, fidei & incarnationis ſacramenta, modumue naſcendi ſaluatoris de uirgine, incuriæ profecto & ingratitudinis uitio dandum eſſet illorum ſilentium, & quod

eam ueritatem,qua & redemptio & ſalus ſempiterna pendet hominum,a deo obſcura & ancipiti ſententia protuliſſent, & non potius enucleate planeq; cognita enucleatius palamq; docuiſſent,& de tanto opinionum & hæreſum diſcrimine eruiſſent pauperes et miſerandos filios Heuę: cum tamen diuina miſericordia omnes homines uelit ſaluos fieri, & ad ueritatis agnitionem peruenire. Minimus namq; diſcipulorum Chriſti domini, poſtquam ſpiritus paracletus effulſerit, clariori intelligentia diuina penetrauit oracula,quàm ipſi uaticinij authores prophetæ,& qui a primordio fuerunt ſancti: Ante enim Chriſti & ſancti ſpiritus præſentiam erat (ut Eſaias loquitur) uiſio omnium,ſicut uerba libri ſignati cap.xij. quia clauſi,inquit Daniel,ſunt ſignatiq; ſermones uſq; ad præfinitum tempus: iuxta illud Ioannis cap. xx. Nondum enim ſciebant ſcripturam,quia oportuit eum a mortuis reſurgere. Et illud Lucę xxiiij. tũc aperuit illis ſenſum, ut intelligerẽt ſcripturas: Paracletus eñ ſpiritus (ut ſcribit Ioan.) quem mittet pater in nomine meo,ille uos docebit omnia. Ideo ſeptimo de Ciuitate Dei Auguſtinus multos aſſeruit, uerba prædixiſſe de incarnationis myſterio,quod ipſi tamen minime futurum cognouerint. Nulla enim ſanctorum patrum,tametſi non clare perſpexerit ſingula reſurrectionis ſacramenta,nil tàmen horum habuit contemptui. Aliud enim eſt diminute,aliud perperã cogitare de re,eo q; diminuta credulitas ueritatem non excludit,qđ tamẽ facit falſa opinio. Non eñ perperam cogitat,qui credit mũdi dari reſtauratorẽ per paſſionem et ſanguinẽ innocentis,nõ cogitando modum eius naſcentiæ de uirgine: falſum uero & ad interitum credit,qui eius naſcentiã de uirgine reſpuit,& plane contemnit. Quibus oñibus conſpectis,facile erit intelligere,illũ nulla in parte hæreſim,peſtilentemue errorem cõmittere,qui aſſerit,Habel,Iſaac,alioſq; ſanctorũ,ante uerbi incarnationẽ cogitaſſe ſeſe,aut aliũ quemuis ſua propagine,& ſanguineo ſemine natum,mundi exhibiturũ reſtauratorẽ, non conſyderando neq; intelligẽdo incarnationis & redemptionis modũ. Secundũ uero,quo atrox ille oppugnator Cabaleorũ traditionem accuſat, uidelicet q; clarior & amplior fuerit reuelatio Adæ iam facto præuaricatore,q; dũ ageret innocentẽ,prorſus cõmentitiũ eſt, & a Cabaleorũ mente ptinus alienũ, uno ore aſſerentiũ,prothoplaſten innocentẽ,longe ſublimiori donatũ fuiſſe lumine intelligentię,q; exinde commiſſo delicto: iuxta illud Hegiga, Adam ab uno ad alterum mundi pertigit extremum,qui cum egerit preuaricatorem,factus eſt minor. Et illud principis Cabaleorum Simonis, Geneſ. iij. ubi legitur, Et aperti ſunt oculi amborum,& cognouerunt ſe eſſe nudos, Aperti, inquit,ſunt ad cognoſcendum ſibi antea incognita mala ſęculi,quę cum cognouiſſent,et ſeſe perſpicatiores ad mali apprehenſiõem animaduertiſſent, continuo culpam agnouerunt delicti,ex eo,q; ſupernum,qui in eis effulſerat ſplendorem iam amiſerint nudi derelicti,Hęc Rabi Simon. Idem Gerundinus Moſes,idipſum diuinæ ordinationis probant uolumina, Menahemi quoq; in Pentateuchum commentaria, & omniũ Cabaleorum ſen-

tit au-

tit autoritas, Nec doctiſſimi Capnionis cabala, ſuo uerborum contextu id ſonare uidetur, quod obtrectator effingit. Tertium autem quod inter peſtilentes errores, & blaſphemas hęreſes enumerat, quod Adam & Eua mutua exarſerint prurigine, geniali oppleti cupidine, aſſerens hoc pecudibus magis conuenire q̄ hominibus adhuc in ſtatu innocentiæ perfectis. Quis obſecro tam inconſyderatus, & rudis ſacrarum literarum contemplator, qui reſpuat, nedum inter blaſphemas hæreſes collocandum exiſtimet, Adam & Euam in ſtatu innocentiæ cunctis affectibus, per ſe humanam naturam concomitantibus, & quibuſcumq̄ moderatis & inditis natura illecebris fuiſſe obnoxios, quandoquidem & ipſe mundi reſtaurator Deus & homo Chriſtus dominus, triſtitiam & gaudium, ſomnum, uigilias, ſitim, eſuriem, & quicquid humanæ naturæ conditionem conſequitur, cum coaſſumpto corpore perpeti uoluerit. Quum non magis danda ſit turpitudini & uitio moderata genitalium prurigo ad propagandum, q̄ atrę bilis prurigo (eſuries dicta) in uentriculi orificio ad manducandum, uel ardi humoris prurigo (quam ſitim appellamus) ad bibendum. Motus ſiquidem naturæ, qui non uoluntatis reguntur imperio, nil arguunt crimi-nis, uel maxime quidem temperato in corpore, quo nihil appetitur, niſi q̄d naturæ ordo poſtulat. Talis enim natura (ut Sapiens medicorum loquitur) præceptore non indiget, quantitatem oblationis metiente: Optima enim inquit natura tantum appetit, quantum digerere poteſt: pari lege de propagationis actu iudicandum, in ſtatu namq̄ innocentiæ non afficiebantur prurigine propagandi, niſi debita ſeminis coctura & quantitate, atq̄ tempore, id poſcente, & recto rationis moderamine concomitante: Nec Auguſtini neq̄ Hieronymi, quam in mediū producit autoritas, huic noſtræ aſſertioni ulla in parte præiudicat: hi enim cum docent, q̄ primi homines, ſine ardore in paradiſo ſeminauerint, et ita genitalibus imperauerint ad propagandum, ſicut pedibus ad ambulandum, audiendum eſt, de exteriore pudendorum titillatione, & aptatione ad coniugale opus, quod non abſq̄ uoluntatis imperio fieri debuiſſe iudicant. Quin autem natura interius (habito iam condecenti ſeminis temperamento) affecta fuiſſet moderato aliquo incitamento & propagationis ardore, minime putant alienum, ſicut & natura, & rerum ordo idipſum oſtendit: quemadmodum enim cibus non ſumitur, niſi uoluntate imperante, recta autem & conſulta uoluntas hoc minime imperat, niſi exactam prioris cibi concoctionem prę ſenſerit, quod utiq̄ neſciret uolūtas, niſi idipſum denunctiaret per ſenſum famemq̄ uis naturæ. Eodem quidem modo nec pudenda in illo innocentiæ ſtatu aptaſſent ſe ad cōiugale opus, abſq̄ uoluntatis imperio. Voluntas autem minime imperaſſet, niſi id prius debita ſeminis expetiſſet cōcoctio. Hoc autem nequaq̄ percepiſſet uoluntas, niſi aliquo interius naturæ incitamento percepto. Ad hunc itaq̄ ſenſum, dicere Adam in paradiſo geniali affectum fuiſſe prurigine, nil derogat ſtatui illi innocentiæ: nec ſacri eloquij, ſanctorumq̄ traditioni id ulla in parte refragari uidetur. Alia per-

plura Cabaleorum dicta uir Cabalęmaſtix calumniatur, & tanquam anilia deliramenta ſubſannat, de quibus eadem lege, ut de prioribus perſpicax lector facile dijudicare poterit: Nec ocium quod alijs, magiſq; frugiferis ſtudijs ſuppedito, ampliorem hac in re orationem patitur, proinde hic finem dicendi facio, inuiſibili & immortali ſæculorum Regi ſit laus, gloria & honor.

INTRODVCTORIA THEOREMAta Cabalæ.

I. CAbala ea facultas dicitur, quæ diuinarum humanarũq; rerum archana, per Moſaicæ legis typum inſinuat, quem quidem inſinuandi modum, quia nullo rationis diſcurſu, ſed auditu & fide tantum recipitur: Cabalam (id eſt receptionem) appellare libuit.

II. Typum hũc latitare in lege, ipſa legislatoris, pariter & ſuſceptoris conditio demonſtrat.

III. Legis namq; lator, qui eſt uniuerſorũ conditor Deus, cum ęternus ſit, & undiq; immutabilis, ideo ſempiternum et immutabile ſit eius eloquium oportet.

IIII. Eloquium uero legis per Moſem traditæ, & Iudæorum multitudini promulgatæ, cum uiciſſitudini, uarijſq; mutationis modis obnoxium ſit, aliam & longe quidem diuerſam eſſe legem Moſis, a ſuperna & uera Dei lege neceſſe eſt.

V. Quapropter æternam illam Dei legem, ueluti archetypum, atq; ideam ex iſta mandatorum lege tanquam ex umbroſa quadam imagine conijcere oportet.

VI. Legis autem ſuſceptor homo, cum paruus mundus ad uniuerſi habitum, adq; imaginem & ſimilitudinem Dei factus ſit, ideo perfectio & ſalus eius requirit, ut magnum mundum et conditorem ſuum facto opereq; referat & imitetur.

VII. Imitabitur autem, ſi conformi & ſimili lege actus ſuos moderetur, qua regitur orbis, & per quam ipſe rerũ opifex condidit, et gubernat uniuerſa.

VIII. Quemadmodum igitur paruus mundus homo, ſummi conditoris & uniuerſi orbis ſimulachrum, atq; imaginem deſignat: ſic condecens eſt, ut eiuſdem mycrocoſmi lex, externam magni mundi legem denunctiet, quod non aliunde q̃ per allegoriam & myſticam intelligentiam ſeu Cabalam tradi, & doceri in lege potuit.

IX. Hoc Cabaleorum dogma, tametſi ex iuniorum Iudæorum inſcitia, & mentis hebetudine incompoſitum, & quaſi uetuſta quadam rubigine iaceat, id tamen in ſe multorum allegorizantiũ traditionem, autoritate, eruditione, tum etiam facilitate aptandi mortalium animum ad cœlorum regna, ſuperat & longe antecellit.

X. Auctoritate quidem ex eo, q̃ Moſes quemadmodũ primus erat diuinæ legis pronunctiator, ſic & eiuſdem (haud dubie) archanæ intelligentiæ explanator, qui cum fuerit omnium prophetarum maximus, conſtat illius

illius autoritatem, aliorum allegorizantium traditioni longe esse antepo-
nendam.

Eruditione quoq; præcellit, ex eo quod uniuersa & singula diuinarum humanarumq; rerum primordia, ac elementa consyderat, eaq; sensim nectit, & suo ordine pandit, quod hactenus a nullo allegorizantium interpretum ita exacte traditum cognouimus. XI.

Facilitate etiam aptandi ad cœlorum regna, quia uiam aperit, & semitam monstrat, qua ille qui cœlestem uitam desyderat, absq; anxia, uaga, & titubante rationis indagine, sese conformem reddat superum naturæ, & indiuiduæ Trinitatis imagini. XII.

Huius dogmatis, pars una theoretica, quæ speculabilium rerum penetralia consyderat: pars altera actuosa, quæ animum & corporis uires pro spiritalibus donis, & huius uitæ commodis impetrandis adaptat. XIII.

Theoretica (quemadmodum & reliqua doctrinarum genera) altiora per ima, & latentia, per notiora nobis denunciat. XIIII.

Notiora sunt ea, quæ claro & assiduo experimento in nobisipsis deprehendimus: unde uniuersa legis mandata numero & proportione, humanæ compaginis partibus ad amussim respondere conspicimus. XV.

Homo enim cum trinus, & longo quidem ab inuicem interuallo atq; discrimine consistat, uidelicet archetypus, cœlestis ac terrenus, horū quem libet lex ipsa perplane adumbrat. XVI.

Nam quemadmodum quiuis horum hominum ex mare & fœmina constat, sic & lex marem (suo modo) & fœminam complectitur. XVII.

In lege masculi uices gerunt priora quatuor pentateuchi uolumina: Quintum uero uolumen Deuteronomium fœminæ typum insinuat. XVIII.

Terreni hominis marem & fœminam, effigie & operationum uarietate sensus dijudicat. XIX.

Cœlestis hominis marem refert, splendidior machina cœli, fœminam uero lunaris globus cum elementari fabrica, uisceribusq; in ea contentis. XX.

Archetypi hominis mas est, sublimis angelorum chorus: eius uero fœmina est regina, seu militia cœli, quam animasticum ordinem nuncupare libuit. XXI.

Si cuiusq; horum hominum marem & fœminam seorsum inspicias, utrumque nouem præcipuis membris conflari reperies. Si uero marem cum fœmina, & hanc cum mare uti unum (quemadmodum reipsa sunt) consyderas, tunc quemlibet horum hominum (sicut & legem ipsam, atq; sacratissima Dei nomina) decem potioribus membris compaginari plane perpendes. XXII.

Potiora & sempiterna legis membra sunt decem, perpetuo obseruanda mandata decalogi. XXIII.

Terreni hominis membra, quæ & speciem perpetuant, & indiuiduum conseruant, quoq; decem enumerant, uidelicet cerebrum, pulmo, cor, stomachus, XXIIII.

machus, epar, fel, ſplen, ren, genitale, matrix cum annexis.

XXV. Sic & primaria cœleſtis hominis membra decem annunciant, intellectuale, ſeu Empyreum cœlum, mobile primum, firmamentum, Saturnum, Iouem, Martem, Solem, Venerem, Mercurium, Lunam cum uiſceribus ſuo orbe contentis.

XXVI. Archetypi hominis membra decem ſunt ordines angelorum, quos Hebraico uocabulo appellant Haias, Hakadeſch, offanim, Erelim, Haſmalim, Seraphim, Malachim, Elohim, Bene elohim, Cherubim. Sacra uero Theologorum ſchola hos ordines uocat, Seraphim, Cherubim, thronos, dominationes, uirtutes, poteſtates, principatus, archangelos, angeloſq;. Decimus uero ordo eſt, quem Cabalei una cum pluribus priſcorum Theologorum, atq; Peripateticorū ſapientum animaſticum dicunt, & Hebræa uoce Iſchim (hoc eſt uiros) cognominant.

XXVII. Cunctæ deniq; hic expoſitæ decades, a decem ſanctiſſimis, exemplaribuſq; Dei nominibus ducunt originem, ad eaq; reſpiciunt, & tendunt uniuerſa, hoc eſt, Eheie, Iah, Tetragrammaton prolatum, Elohim, El, Eloha, Elohim, Tetragrammaton Zeuaos, Elohim Zeuaos, Schadai, Aedonai.

XXVIII. Eiuſcemodi decem Dei nomina, decem ſephiros (id eſt numerationes) uocant Cabalei, quarum ſingulis uaria attribuunt cognomenta, de quibus nonnulla exempli & clarioris intelligentiæ cauſa hic in medium profero.

XXIX. Primæ Sephiræ adſcribitur nomen Eheie, ſupremum diadema, priuatio, pater, mens.

XXX. Secundæ, adſcribitur nomen Iah, ſapientia, primogenitus, eſſentia, informe.

XXXI. Tertiæ, Tetragrammaton pronunciatum Elohim, prudentia, ſpiritus Dei, Iubileus, tuba magna, formatrix, conuerſio, redemptio mundi, uita uenientis ſæculi.

XXXII. Quartæ, El, gratia, magnificentia, dextrum, miſericordiæ, aquæ ſuperiores.

XXXIII. Quintæ, Elohim, fortitudo, iudicium, ſiniſtrum.

XXXIIII. Sextæ, Eloha, gloria, linea media, uoluptas, lignum uitæ.

XXXV. Septimæ, adſcribitur Tetragrammaton Zeuaos, æternum, columna dextra.

XXXVI. Octauæ, Elohim Zeuaos, confeſſio, columna ſiniſtra.

XXXVII. Nonæ, adſcribitur nomen Schadai, fundamentum, iuſtus, Iſrael, Ioſeph, intellectus bonus, ſabbathū, quies, redemptio, fœdus circumciſionis.

XXXVIII. Decimæ, adſcribitur nomen Aedonai, regnum, eccleſia Iſrael, templum regis, ſponſa, regina cœli, Dei ianua, uirgo Iſrael, regnum domus Dauid, hortus Dauid, & id genus.

XXXIX. Ad hæc deniq; Sphiriſtica decem exemplaria referunt Cabalei ſingula legis

la legis, & ſacri eloquij uerba atq; elementa, adeo ut prudens & ſedulus ſcripturarum indagator, hac allegorizandi peritia inſtructus, facile quidem per literalem ſenſum, quaſi per tenuem quandam imaginem, pedetentim manu duci, & tolli poſſit ad myſticam & ſpiritalem intelligentiam, quemadmodum ex ſubnexo portarum lucis epithomate, & uarijs Cabaleorum traditionibus plane uidere licet.

Sphiriſtica & exemplaria decem Dei nomina, alia competunt creatori in ſe, ad nullam creaturarum relata: alia eidem competunt, prout creaturam reſpectant: Illa ſunt, ſupremum diadema, ſapientia, atq; prudentia: hæc uero, ſunt reliqua poſteriora ſeptem. XLI.

Sublimiora tria, quorum primum patrem, ſecundum primogenitum, tertium Dei ſpiritum appellat, ſimplicem & coæqualem, eſſentiæ unitatem oſtendere aſſerunt Cabalei (diuinæ ordinationis compendio dicto Maereches elohus, & ſequenti epitome teſte) Alia uero ſeptem ab inuicem ſecerni docent, non quod in mente diuina reipſa diſiuncta ſint, ſed quod in creaturis, in quibus exemplaria illa relucent, ſeptuplex rerum genus ſeiunctim exiſtere, plane dijudicamus. Quemadmodum ediuerſo tria ſenſibilium rerum primordia nulla conditione nec ui aliqua inuicem ſeparari & diſiungi poſſe perpendimus. XLII.

Perpendimus enim tria naturalium rerum principia (priuationem, materiam, & formam) longo ſecerni interuallo, quorum tamen nullum ſeiunctim dari, uel exiſtere poſſe, ſed unam eandemq; corpoream naturam conſtituere conijcimus. At corpus ipſum, & elementum, minerale, uegetale, animale, rationale, & intellectuale, unumquodq; ſeorſum, & per ſe actum conſiſtere deprehendimus. XLIII.

Eiuſcemodi decem ſphiriſtica exemplaria (ut Gerundinus Rabi Moſes, Rachanates gloſſator, necnon & diuinæ ordinationis compendium pertractant) Primus Adam quamdiu uoluptatis hortum inhabitat, claro apprehendit intuitu.

Quum uero ſerpentis, & Heuæ ſtimulo de ligno ſcientiæ boni & mali ędat, ramulumq; de radice abtruncet, ac regnum a fundamento ſeparet, tunc de uoluptatis horto ipſe cum uniuerſa ſua propagine exterminatur: unde ſeptem duntaxat inferiorum ſephiros capax relinquitur, ſublimiora uero tria (quemadmodum Rabi Simeon portæ lucis, & diuinæ ordinationis compendium tradunt) nullus mortalium quouſq; ſerpentis uirus ablatum ſit pertingere, & intueri ualet. XLIIII.

Virus ſerpentis tollitur, unde & lex mandatorum euacuatur, quando fit conuerſio, & ad priſtinum poſſeſſorem redeunt poſſeſſa, atq; ſeruus ad propriam cognationem reuertitur. XLV.

Cuncta hæc fiunt, quando ad inuicem canales fiſtulæ reſpondent, & magna Iubilei ſonat tuba. XLVI.

Tuba ſonat cum peractæ ſint remiſſiones ſeptem, & inde magni ſab- XLVII.

bathi dies,cuius nullæ ſunt ueſperæ,ſequitur.

XLVIII. Hæc ſingula cum tranſacta fuerint,tunc mundi reſtaurator Meſſia filius Ioſeph,filius Dauid,de uirgine cœli regina,& paradiſi porta natus, e mortuis reſurgens,ſaluat,& ignis conflagratione iudicat mundum,mortuos uitæ reſtituit,ſanctorum corpora glorioſa reddit & ſempiterna.

XLIX. His denicꝙ ueluti baſi & fundamento theoricum Cabaleorum dogma totum innititur,ad quod mox practica & actuoſa pars Cabalæ ſequitur.

L. Actuoſum Cabaleorum dogma (ut rem paucis enunciem) nil aliud intendit,niſi ut mentis conceptus,& fantaſiæ ſimulachra,corporis quoꝙ geſtus (ueluti terreſtrium canalium orificia) diuinis paradigmatibus,& angelicis cœleſtibuſqꝙ uirtutibus,tanquam ſublimium canalium inuicem orificijs coaptet: unde ſolers fidei & pietatis cultor,minori ſolicitudine & cura,ipſi omnium bonorum largitori & patri luminum Deo,adhærere queat,& huius et futuri ſæculi commoda cum ſumma uitę fœlicitate conſequi & potiri ualeat.

IN PRIMVM THEOREMA APPENDIX.

QVI enim ordinem uniuerſi (ut libro directoris tractatu ſecundo, capite ſeptuageſimo ſecundo Aegyptius Rabi Moſes tradidit) a ſapientibus ſolum auditione recipere uoluerit,is facile ſuperſtruere poterit. Diuinæ namꝙ legis (inquit cap. quadrageſimo.) ſollicitudo eſt ueridica de Deo & angelorum ordine tradere documenta,& ita hominem erudire,ut uniuerſum orbem ſuo ad amuſſim ordine deprehendat. Sæpius enim prophetarum ſermo,tranſpoſito literarum ordine, alijſque inſolitis quibuſdam ſignaculis,grandia quidē ſapientiæ archana deſignat, Hæc ille capite quadrageſimo tertio. Ex quibus tu collige,quod biperite recipit & acceptat ueritatis archana auditor Cabaleus, uno quidem modo, quo firma credulitate ſuſcipit dependentiam & ordinem uniuerſi ita reipſa conſiſtere,ſicut ſapiens tradit Cabaleus. Alio modo, quo abſque ulla hæſitatione acceptat hunc ipſum rerum ordinem Moſen inſinuaſſe, typico ſenſu legis: cui adſtipulatur Gerundini Rabi Moſis in Geneſim auctoritas, a Talmudeis accepta,codice uotorum (ſuper illud Pſalmorū, Et minuiſti eum paulominus a Dijs) Quinquaginta, inquiens, ſunt ianuæ prudentiæ,quæ omnes (una dempta) traditæ fuerunt Moſi,eaſque palam uel ſignaculis quibuſdam lex ipſa oſtendit,Hæc Gerundinus. Per ianuas prudentiæ gradus indicat, quibus uniuerſus rerum ordo conſiſtit: una uero, quam demptam ait, eſt tertia illa ex ſublimioribus ſephiros,cui præcipue nomen prudentię adſcribitur,quæ Trinitatem (ut auditi) cum unitate creatoris inſinuat. Et ideo hanc penthecoſten, atque incomprehenſibilem Trinitatis ianuam, nec ipſe maximus quidem prophetarum

phetarum Moſes penetrare meruit,qui poſteriora duntaxat (totū .ſ.creaturarum ambitum) perluſtrauit, fidelis exiſtens in omni domo eius, non autem in ipſo,qui fabricauit eam: ait enim, Videbis poſteriora mea,facies autem meæ non uidentur. Quæ autem & quales ſint eiuſmodi quinquaginta ianuę,ſeu gradus & limites rerum,nec ipſe Gerundinus hoc in loco, nec ullus Cabaleorum palam expreſſit. Plurimum ſiquidem ſtuduit primorum ſapientum prouidentia,multiplici ænigmatum et uelaminum uarietate,legis atq; rerum archana circūtegere,ne a ſupercilio & inſcitia prophanorum contaminarentur. Extranea (inquit Salomon) ſecreta non reuela. Nec mittendæ ſunt margaritę ante porcos: Neq; dandum eſt (ut ueritatis auctor admonuit) ſanctum canibus,ne conuerſi dirumpāt uos. Qui enim indocili & prophanæ multitudini,legis & ſapientiæ abſcondita tradit,perinde eſt ac ſi furibundo,& capto iam apro uincula ſoluat, eumq; aureis et præcioſis monilibus ornet,furit ſane atrox & effrenis tunc belua, ac circumquaq; diſſipat,et dirumpit quicquid ſors ſibi obtulerit,ipſaq; aurea decoramenta cōculcat,& ſordidis uolutabris coinquinat,quod tu,qui ſapis,conſydera. Hac igitur de cauſa antiquorū Syntereſis,eo modo tradidit & docuit ueritatis ſacramenta,quo a perſpicacibus ſapientia,et probitate uiris percipi & dijudicari poſſint,atq; ſimul cum hoc uelata & incognita relinquentur prophanis: iuxta illud Salomonis, elogium uerbum uerbo reddendo, Mala aurea (inquit) in cancellis argenteis, eſt uerbum ſua condecentia prolatū. Eiuſcemodi namq; aurea mala hallucinanti quidem tota uidentur argētea,qui autem uiſu & lumine pollet,is per ipſa cancellata opercula animaduertit, & perſpicit id quod intus reſplendet, & rutilat aurum:& ideo ſapiens architectus Apoſtolus ſerpentina prudentia fretus (ut latius præcedenti uolumine aperui) ſapientiam ſolum inter perfectos loquitur,paruulos uero lacte,& infirmos oleribus paſcit: Vnde & ueritas ipſa admonuit, parabolis uelanda eſſe ſpiritalia chariſmata, ut uidentes non uideant,& audientes non intelligant.

Num.12. Exodi 33. Prouerb.15. Prouer. 25. Marci 4.

IN SECVNDVM THEOREMA APPENDIX.

QVod autem rerum archana inſinuentur per legem Moſis,uaria ſapientum atq; ſanctorum monſtrat auctoritas: Hæc (inquit Moſes) eſt ueſtra ſapientia et intelligentia corā populis,qui audientes uniuerſa præcepta hæc dicent: En populus ſapiens & intelligens, gens magna. Cum igitur ſapientia nil aliud ſit quàm altiſſimarum cauſarum notio: intelligentia uero dicatur,qua per cognitas rerū cauſas,cætera quæ ſequuntur deprehendimus,reuincitur uniuerſæ legis mandata altiſſimarum cauſarum noticiam, & rerum inde pendentium cognitionem inſinuare: cui alludit illud Apli, Confidis teipſum eſſe ducem cæcorum, lumen eorum, qui in tenebris ſunt, eruditorem inſipientium, magiſtrum infantium, habentem formam ſcientiæ & ueritatis in lege. Adſtipulatur etiam his Talmudicum illud,quod in libri directoris præfatione Aegyptius Rabi Moſes recenſet

Deuter.4. Roman.12.

ſes recenſet: Literalis, inquit, legis intelligentia ſic refertur ad ſenſum certitudinis in ea latitantem, ſicut obſcura & tenebroſa domus ad præcioſam
Matth.13. margaritam in ea reconditam, iuxta illud ueritatis oraculum: Simile, inquiens, eſt regnum cœlorum theſauro abſcondito in agro, quem qui inuenit homo, abſcondit &c̄. Quæ tuipſe conſydera. Hic uero triuiale illud Sciolorum pugnare uidetur argumentum: Si iſtud, inquiunt, tanti (ut narras) ponderis Cabaleorum dogma in ſacris daretur eloquijs, Aliquis utiq; Apoſtolorum & ueterum ſapientum idipſum protuliſſet, aut de eo alicubi mentionem feciſſet, At quia nullum illorum, de hoc ſcriptis uel dictis ſuis quicq; cõmemoraſſe legimus, ideo ambiguum, ſuſpectumue & minime admittendum uidetur, Hæc illi. Tu autem, ſi attendas, et ratiocinium iſtud recte conſyderes, inuenies idipſum non modo perperam, & falſo diſcurrere, ſed etiam falſa & uana figmenta adſumere: falſo quidem diſcurrit, quia ab hominis eloquio ueritas non dependet naturæ, ut dictu fas ſit, quod homo quantumlibet ſapientia & ſpiritu pollens, non profert, id non eſt: ſed ediuerſo quod non eſt, id ſapiens non loquitur. Idcirco rudis nimium & inconſyderata argumentatio eſt, dicere: Apoſtolus Cabalam non tractat, neq; de ea commemorat, ergo Cabalam reſpuit & contemnit. Quemadmodum turpe & longe execrandum eſt dicere: Quia Apoſtolus de ſacrata & deipara uirgine, de indiuidua Trinitate (uidelicet ob gentium ruditatem) nihil, uel non ſatis explicat, ideo admittenda non eſſe. Quia inſuper Apoſtolus, Ambroſius, Auguſtinus, Hieronymus, aut quiſquam ueterum Theologorum de cœleſti & angelica Hierarchia nihil exacte enunciat, quam modo ampliſſima Dionyſij uolumina pandunt, propterea reſpuenda ſint, quandoquidem plures ſanctorum ſapientumq; fidelium, hæc ipſa tanquam cœleſtia oracula amplectantur & fouent. Eadem utiq; lege de rudiuſcula & uana illa contra Cabalam argutia iudicandum. Quod autem hæc ipſa argumentatio falſa, uanaq; figmenta aſſumat, palam conſtat inſpicienti: proponit enim nullum Apoſtolum, neq; aliquem primorum ſapientum quicquam de Cabaleorum tradere uel innuere dogmate, quod aperte quidem falſum & commentitiũ, a quouis illorum ſcripta ſedulo lectitanti dignoſcitur. Omnium ſiquidem, ut ſanctorum ſapientumq; anxia (ut noſti) ſollicitudo et cura potiſſime hoc unum intendit, uniuerſam ſcilicet Moſis legem, cæteraq; prophetarũ Agiographa, a literali atq; terreno intellectu ad allegoriam & ſpiritalem transferret intelligentiam, admonente Apoſtolo: Litera (inquiens) occidit, ſpiritus autem uiuificat. Cum igitur hunc ſpiritalem & Allegoricũ ſacri eloquij ſenſum Cabalam uocitari libuit, claro argumento reuincitur, Apoſtolorum traditionem, & ſapientum ſanctorumq; gloſſemata, & eorum ſacri eloquij interpretamenta, omni diligentiæ ſtudio circa Cabaleum ueriſari dogma. Et ideo falſa aſſumit contradictor & oſor, atq; ignarus & nominis quidem Cabalæ. Nec te moueat, et ſuſpicantem reddat nouiſſima pateſactio nominis & doctrinæ Cabalæ, quemadmodum nec tarda Ariopagitæ

riopagitæ uoluminum euulgatio. Noſti enim (ut pauloante retuli) qua cura atq; ſolertia conati ſunt prouidi primorum ſapientum uelare & circumtegere fidei & ueritatis myſteria, ad præcauendum id, quod iam turbulenta & miſera hac noſtra tempeſtate contingere longe lateq; experimur. Qua de cauſa primorum allegorizantium ſeu Cabaleorum traditionem, quemadmodum & Dionyſij monumenta ędere, & in uulgum dare minime permiſſum erat, ſolum prouidis, ſapientia et morum honeſtate uiris, id clam & cum ſilentij pacto reſerare fas erat, donec (turbato exinde rerum euentu, & ſedicioſorum, tyrannorumq; prævalente audacia) hæc archana & abſcondita ſapientum uolumina, ad circumforaneos, & ad inſipientum manus peruenirent, qui quęſtus, & inani gloriæ libidine ea in publicum proferre, uiolare, & corrumpere auſi ſunt, quo tandem factum eſt, ut iam ſinguli qui ſibi aliquid literaturæ præſumunt, etiam mulierculę, lanij & cerdones, rudeſq; agricolæ, de maximis fidei myſterijs altercari & aſſerere, uaniſq; & pernicioſiſſimis opinionum inuolucris cuncta prophanare, & imbecillium multitudinem in lubricum & præcipitium deducere non formident. Et propterea nulla te capiat admiratio, q; Rabi Simonis principis Cabaleorum pariter et diui Dionyſij monumenta, tanto temporis tractu latibulis & tenebrarum caligine abſcondita iacuerunt: quod ſi Eccleſiaſticas, ſimul & Talmudeorum hiſtorias inſpicias, & Dionyſij ſcripta cum Rabi Simonis dogmate conferas, plane reperies utrumq; Coetaneos, & circa ſacratiſſimæ crucis Domini, et Hieroſolymitani excidij tempora floruiſſe: amborũ quoq; dictata, pari tenore, & ſimili contemplandi lege tractare rerum archana, ſpiritalemq; ſacri eloquij tradere intelligentiam. Eorundem etiam ſcripta, æquali ferme annorum ſpacio latitaſſe, & eodem quaſi tempore prodijſſe in lucem: Idipſum (ſi aduertis) Iuſtinianis ſanctionibus cum Talmudeorum codice (neſcio quo æmulanti ſydere, uel qua latente cauſarum ſerie) contigiſſe dignoſces, & tu conſydera.

IN TERTIVM THEOREMA APPENDIX.

IPſe enim (ait Hieremias) eſt Deus uiuens, rex ſempiternus: qui dixit, Ego Deus, & non mutor, & ideo eius quoq; uerbum in æternum (ut Pſaltes loquitur) ſtat, ſeu permanet in cœlo: de quo Apoſtolus, Audiui, inquit, archana uerba, quæ non licet homini loqui: Viuus namq; (ut ad Hebræos iiij. ſcribitur) eſt ſermo Dei, & efficax diſcretor cogitationum et intentionum cordis. Quum uero cogitationũ diſcretor ſolus ſit uniuerſorum rex, & conditor Deus, erit Dei ſermo idem quod & Deus ipſe, qui cum ſit immutabilis, eius quoq; ſermonem immutabilem eſſe neceſſe eſt, et ideo ſermonem hunc uocat (ſuper Eſaiam viij.) ſanctorũ gloſſa librum præſcientiæ, de quo legunt prophetæ. Eundem primo de libero arbitrio Auguſtinus, legem æternam appellat, quę non poteſt cuipiam intelligenti non incommutabilis uideri.

Malach. 3. Pſalm. 118.

IN

IN QVARTVM ET QVINTVM Theorema appendix.

VMbram (ut in epiſtola ad Hebræos ſcribitur) habet lex futurorum bonorum, futura bona uocat cœleſtia, et ſempiterna, prout pauloante eadem epiſtola declarat, dicendo: Quæ exemplari & umbræ deſeruiunt cœleſtium, uidelicet ſuperni teſtamenti & legis, quam ad Galatas iiij. Apoſtolus liberam matrem noſtram & cœleſtem uocat Hieruſalem: de qua
Pſalm. xviij. ſcribitur, Lex Dei immaculata, conuertens animas. De alio uero tradito in monte Synai teſtamento, ſubiungit: Teſtimonium Dei fidele, ſapientiam præſtans paruulis. Teſtimonium namq; certitudinem præſtat dere non uiſa, quod eo tutius & ſtabiliori fide recipitur, quo ille qui perhibet teſtimonium, ſapientia & uitæ munditia probatior habetur. Et tu qui ſapis intellige, nec garrulorū quorundam argutias attende, quod longe magis perficit ſyncerum ueritatis indagatorem fides, & firma per teſtimonium credulitas, q̄ ſyllogiſtica & ratiocinatiua de re cognitio. Præcellentior ſiquidem & multo ſublimior eſt mentis conditio, qua firma apprehenſione res creditur, quam ulla uis rationis, quæ uago ac titubanti cogitatione &
Prou. xij. motu rem ipſam dijudicat: iuxta illud Salomonis, Qui bonus eſt, haurit gratiam a Deo, qui autem confidit in cogitationibus ſuis, impie agit. Hinc & ueteres Ethnicorum ſapientum (ut ſecundo Elenchorum libro capite ultimo, tradidit Stagirita) arbitrati ſunt ſe homines erudire poſſe nō dantes artem, ſed ea quæ ſunt ab arte, facilius ſiquidem et minori impendio colonus domum inhabitat ab alio conditā, q̄ is, cui operepreciū ſit, ut a fundamentorum exordio fabricet illam.

IN SEXTVM THEOREma appendix.

TRitum enim eſt in ſchola ſapientum (ut latius in ſequētibus audies) hominem eſſe mycrocoſmum, ad habitum & ſimilitudinem uniuerſi formatum, quia igitur homo ipſe habitudine, & prima (ut uocant) perfectione, ſiue actu primo, uniuerſi orbis imaginem gerit. Ideo ultimæ humanæ perfectionis ratio operationum & actuū magni orbis, & eius conditoris imitationem ſimilitudinemq; requirit: iuxta illud Deuteron. x. Et nunc Iſrael, quid Deus (ſcz Tetragrammaton) Deus tuus petit a te, niſi ut timeas Deum tuū, & ambules in uijs eius. Beati enim (inquit Pſal-
Pſal. cxviij. tes) qui ambulant in in uijs Dei, quemadmodum miſeri & perditi ſunt,
Epheſ. iiij. qui per ignorantiam (ut Apoſtolus loquitur) & cęcitatem cordis alienati ſunt a uia Dei: & ideo infert & præcipit, Eſtote imitatores Dei ſicut filij chariſſimi. Hic aūt unum animaduerte, & tecum reuolue. Quemadmodum enim magni orbis lex, eiuſq; modus operandi in his, quæ generationis & corruptionis uiciſſitudini ſunt obnoxia, licet non eundem nec uniformem in ſingulis pariat effectum, quin unum (uerbi cauſa) ſtatura productum, alium procerum, unum erectum, alium curuum, & humero prominentem formet, iſtum nigrum, illum candidum, hunc ſenſu obtuſum,

ſum,illum peracutum,& id genus Synthomatum proferat, quibus indi-
uiduorum uarietas & diſcrimina conſtant:nihilominus in primarijs hu-
manæ compaginis membris,quæ modis omnibus ad uitam & actiones
requiruntur mortalium,nunc̄ deficit lex & natura rerum, quin ea ipſa
membra certa ac limitata quadam magnitudine numero & forma,pro u-
niuſcuiuſq; neceſſitate aptet & condonet.Sic utiq; parui orbis & mycro-
coſmi lex,tametſi in ſingulis eius ſexcentum & tredecim mandatis non
ſemper,nec ubiq; eundem ſeruet modum atq; tenorem, eo q̄ uerbum
dei (ut ij. Thimo.ij. Apoſtolus docuit) non eſt huic uel illi operi alliga-
tum. Decalogi tamen legis præcepta, nulla temporis uel loci uarietate
uim ſuam amittunt,nec ab eius obſeruantia & uinculo ſeruitutis ullum
mortalium immunem liberumq; permittunt. Præceptum puta colendi
deum & honnorandi parentes,unumquemq; ſemper & ubiq; ad ſui ob-
ſeruantiam,certo limite obſtringit,hoc autem uel illo præciſe cęremonia-
rum & obſeruantiæ ritu,deum colere, & honorare parentem, nec ſem-
per nec ubiq; eandem obligandi uim ſibi reſeruat: & ſic de reliquis deca-
logi mandatis iudicandum,quemadmodum tertio huius operis uolumi-
ne id latius intelligenti aperui. Quod qui recte & abſq; ullo ſuperci-
lio conſyderat,permulta quidem diſſidia,que modo in ſacra. ſ. republica
Chriſti ad exterminium uſq; graſſantur & ſęuiunt,tollere protinuſq; ex-
tinguere poſſet.

IN SEPTIMVM THEOREMA APPENDIX.

LEx qua conditus eſt,& qua regitur orbis,quam Cabalei (ſuper illud
Prouerbiorum viij. Ab æterno ordinata ſum) ante mundi conſtitu-
tionem extitiſſe enūciant, eſt ipſa lex,quam primo de libero arbitrio Au-
guſtinus ſummam eſſe dicit rerum omnium rationem, Diuinæ menti in
ſcriptam. Et eandem ethnicus ille Cordubenſis magnus peripatetici do-
gmatis interpres,diuinam artem uocat, cuius ſolum umbram (ut antea
expoſui) habet lex iſta in Arabiæ monte tradita. De cuius mandato ſcri
bitur. Deut .xxx. Non ſupra te eſt, nec in cęlo ſitum. De illa uero æ-
terna lege dictum eſt Pſalmo cxviij. Lex tua ueritas: Cuſtodiam legem
tuam ſemper,in ſęculum & ſęculum ſęculi: Beati immaculati in uia, qui
ambulant in lege dei.

IN DECIMVM THEOREMA APPENDIX.

PRæcipit namq; Chriſti ore ueritas Math.xxiij. ſuper cathedrā,inqui-
ens Moſi ſederunt ſcribæ & Phariſei,Omnia ergo quęcumq; dixerint
uobis ſeruate & facite. Quo autem pacto Moſaicæ traditionis cathe-
dra a Moſe aduſq; talmudici codicis promulgationem pedetentim,ab uno
in alterum auditorem ſucceſſerit,non abſonum fore duxi hic paucis repe-
tere,Si tu tamen ea,que ſecundo huius operis uolumine, de uario & dif-

ferenti phariſeorum genere recenſui in mentem reuoces, ne nominis ęquo catio rectã rei intelligentiã confundat, Legitur enim in traditionibus ue terum ſapientum Iudęorum, quas uocant pirke auos, ideſt capitula patrũ, Moſe legem accepiſſe in monte Synai, eamq; tradidiſſe & explanaſſe Io ſue, Ioſuam uero ſenioribus, ſeniores prophetis, Prophetas magnæ ſyna gogæ uiris: quorum poſtremus erat pontifex Simeon iuſtus, de quo ſum ma in Eccleſiaſtico libro decantantur prędonia. Quem & in Euangelio Lucas ij. c. Simonem iuſtũ appellat, is legẽ tradidit Antignadi Sacheo, Is Ioſepho Iohannis filio, & alteri Ioſepho filio Ioazaris. Vterq; Ioſephus hanc tradiderunt, Nitaidi arbilenſi, & Ioſue filio Prahaie. Cuius audito rem extitiſſe Ieſum Chriſtum Dominũ, iuniores talmudeorum falſo (ob nominis ęquiuocationem) affirmant, Talmudeorũ namq; capite helek teſtimonio, Ioſue ille tempore Hircani (quem uocant Ianai) floruit, Hircanus autem (ut flauij Ioſephi hiſtoria docet, centum ferme annorũ ſpacio ante Pontium Pilatum Ieroſolimorum regnum, ſimul & ſacerdo cium obtinuit, ſed de his alibi latius. Nitai igitur arbilenſis, & Ioſua hanc tradiderunt Iudę Tabaidis filio, & Simoni filio Sote, uterq; hanc tradide runt Semaiæ, & Abtalioni. Hi rurſus Hileli & Samaidi, iſti eam tradide runt Rabi Iohenani Zacaidis filio. Huc uſq; in capitulis patrum. Deinde ex uarijs talmudeorum ſcriptis colligunt ea, quæ mox ſequuntur. prout Aegyptius Rabi Moſes Deuteronomij ſui præfatione, Et Rabi Iſaac in Aſtronomica enarratione recenſent: huic igitur Rabi Iohanani comilito & collega erat Rabi Simeon, Cuius filius erat ſenex ille Gamaliel, ad cuius pedes legem audiuit Apoſtolus. Act, xxij. Is ipſe Gamaliel legem ex poſuit filio etiam nomine Rabi Simeon, is gnato ſuo Rabi Iudę (quem ob ſa pientiæ magnitudinem & eius honeſtatem) Rabi ſanctum appellant, cui us conſuetudine & aſſidua familiaritate (ut in codice, cap. ultimo, benedi ctionum narrant talmudei) uſus eſt imperator Antoninus cognomento pius. Is ipſe Rabi Iuda a Ieroſolimitano excidio uiceſimo & centeſimo an no primus Moſaicæ legis explanationem compendio dicto miſchna per ſtrinxit, & idipſum in uulgum dare cępit, quod uniuerſa Iudęorum ſyna goga uelati Moſis ore traditum amplectitur. Idem Rabi Iuda legis & co dicis ſui explanationem tradidit alteri Iohanam, qui triceteſimo poſt templi deſolationem anno, compendium illud Miſchna latius & cla riori ſtylo uno uolumine, quod Ieroſolimitanũ Talmud appellant expo ſuit. Huius Rabi Iohananis collegerant Rau & Samuel, quorum au ditor extitit Rau hunna. Is auditorem habuit Rabba, Rabba uero Rauam, cui auditor erat Rau aſchi, qui eruditione, uitæ modeſtia ho noribus quoq;, & mundi gloria præcellens Babilonicum Talmud cudere cępit, morte tamen pręuentus incæptum perſoluere non potuit, quod exinde eiuſdem filius nomine Mor, una cum collega ſuo Moremar per egit. Talmudicus autem codex ille gloſſas, & commentaria continet

prędicti

prędicti compendij Miſchna , Omnia etiam noua pro temporis & loci exigentia conſtituta , nonnulla etiam ſacri eloquij myſteria , atq; notanda aliqua facinora, & temporum geſta complectitur , ędítus a mundi primordio quarto millenario (iuxta Iudęorum computum) tricenteſimo & ſexageſimo quinto anno , a Ieroſolimitano autem excidio quadringenteſimo triceſimo ſexto anno, quem codicem uniuerſitas Iudęorum, per uarias mundi plagas exulantes, ſeruandum & opere proſequendum ſumma ueneratione recepit. Quadraginta deniq; generationes a Moſe aduſq; Talmudicum codicem in uulgum datum Aegyptius Rabi Moſes enumerat , quas qui latius audire deſyderat, illius Deuteronomij exordium petat. Iuniorum uero, qui deinceps fuere Talmudeorum,tametſi plures eximia eruditione & probitate uiri extiterint , nullius tamen illorum auctoritas facile admittitur , niſi quatenus Talmudici codicis dogma eiuſq; ueſtigia ſequatur . Iccirco illorum ordinem explicare minus opportunum iudicaui . Talmudici uero , canonis prędemorata tempora & ſucceſſionem enarrare hic libuit , eo q; plurima , quę ad Cabaleorum dogma ſpectant,uarijs codicis illius locis reſperſa & tradita eſſe cognoui.

IN VNDECIMVM THEOREMA Appendix.

SI enim Cabaleorum ſcripta & dogmata attendas , aperte intelliges Ianuas,ſeu gradus & limites rerum inſinuari in lege,quibus anima humana (quę eſt omnium ſpiritalium creaturarum ultima) & ipſum organicum eius corpus (quod eſt totius corporei orbis extrema propago) deſcendunt ab ipſo uniuerſorum conditore deo,iterumq; illuc (quaſi per ſcalam,quam uiderat Iacob) aſcendunt, & ſuum repetunt principium atq; æternę uitæ originem. Docet (puta Geneſis primo)Cabaleorũ prĩceps Rabi Simeõ,et libro Cãdoris Rabi Nehunias,atq; iunior Cabaleorũ Rabi Rakanates,quomodo Beth primũ libri Geneſis elementũ,ſuo apice paternum principium,quod ſupremum diadema uocant,deſignet , quodq; tota illa dictio bereſchith filialem refer athypoſtaſim ,quam & ipſi ſapientiam appellãt. Secunda dictione bara (id eſt creauit) proceſſum ſeu emanationem,ſignificet. Tertia dictione Elohim,id eſt deus (ſiue dij) indicet dei ſpiritum. Cui prudentiæ nomen in ſphiriſtico ordine adſcribunt, Ab hac igitur indiuidua , & ſempiterna trinitate uniuerſum creaturarum ambitum , cęlo & terra comprehenſum creari ſeu emanare ſingulatim exinde lex ipſa explicat , uocans primum omnium corporum hypoſtaſim Tohu,quod interprætatur admirabile , ſeu inane , Id autem , quo illud inane diſtinctionem & exiſtentiam habet Bohu appellat , quod Etymologia ſonat , quo illud eſt ſcilicet id quod Peripatetici formam uocãt,per

tenebras,priuationem inſinuat,per ſex dies operum primordij ſex mobilium rerum genera, & per ſabbatum, ſeptimum genus, quo ceſſatur a motu deſignat. Quumq; ſtatim poſtea uniuerſi opificium (epilogi inſtar) reſumit. Hę, inquiens, ſunt generationes cęli & terræ, in humanæ fabricæ (ut omnium eorum generabilium & uniuerſę legis finis, hiſtoriam digreditur, eiuſdem pedetentim ortum, progreſſum, occaſum, atq; regreſſum enuncians. At licet Cabaleorum ędita uolumina, hunc præciſe rerum ordinem, & hanc cauſarum ſeriem nullibi continuo & claro ſtylo (ne inſipientum & arrogantium temeritas, ueritatis corrumperet ſacramenta) minus exprimere, & perſoluere uideantur, Attamen, qui illorum ſcripta, & docendi modum diligentius conſyderat, illorumq; documenta hinc & illinc in unum conferat, plane perpendet uniuerſum horum allegorizantium dogma ad hoc unum (quaſi ad ſcopum) dirigi, quo primarum cauſarum, & rerum (uel maxime) humanarum, inde pendentium ordinem, egreſſum, atq; regreſſum inſinuet. Ex quorum omnium recta, & ſyncera intelligentia tota humana ſalus atq; æterna mortalium pendet fęlicitas. Neminem ſiquidem (inquit ſapiens cap. vij.) diligit, deus niſi qui cum ſapientia inhabitat. ſapientiam dico non mundanam, in qua (iuxta Ieremiæ ix. monita) Sapiens gloriari non debet, ſed in ea tantum ſapientia gloriandum eſt, de qua idem Ieremias præcipit dicens, ſed in hoc glorietur qui gloriatur, ſcire & noſſe me, quia ego ſum deus, qui facio miſericordiam & iudicium & iuſticiam in terra, hęc enim placent mihi ait deus.

IN DECIMVM QVINTVM THEOREma Appendix.

ESt enim uulgata Cabaleorum & Talmudeorum aſſertio, tot eſſe affirmatiua & proſequendorum operum in lege mandata, quod ſolida quæ corpus humanum ſuſtentant membra & oſſa, numero ſcilizet ducenta & quadraginta octo. Tot inſuper prohibentia & cauendorum operum mandata, quot neruorum uenarumq; meatus, trecenti ſcilicet & ſexaginta quinq;, quibus decem primaria membra & uniuerſum organicum corpus nectuntur & conflantur in unum.

IN DECIMVM SEXTVM THEOREma Appendix.

TRinum tradunt enim Cabalei hominem (in quo, & trina mundi machina relucet) inſinuari in operibus primordij, ubi ter hominis fabrica, tribuſq; fabricandi modis exprimitur. Primo (iuxta uerum exemplar) legitur Gen. i. Et creauit deus ipſum hominem in imagine ſua. Secundo Gen. ij, formauit (inquit) deus (Elohim) hominem puluerem de

rẽ de terra. Tertio Gen.v. dicit,in ſimilitudine Elohim fęcit (ſeu adapta uit) illum,creari etenim (hoc eſt emanare a primo ente) recte conuenit humanę menti,quę uere primus homo nuncupandus eſt,Formare autem ſpiritui congruit,qui ſtatim uita,motu,& nutritione organicum corpus informat,fieri uero,ſeu adaptari craſſo huic corpori conuenit,unde per in ſufflationem (ut litera Gen.ij.docet) ſpiraculi uitæ factus eſt homo in animam uiuentem. Quod ſi uerborum ſeriem de hominis ſtructura attendas, inuenies uno loco ſimilitudinem explicari pariter & imaginem. Alio uero loco neutrum,Alibi ſolum imaginem,Alibi ſimilitudinem tantum,De tota namq; hominis compagine,ubi legitur faciamus hominem, imago una cũ ſimilitudine exprimit, Paulo uero poſt (de potiori ſcilicet illius compaginis parte) ſcribitur & creauit Elohim ipſum hominem in imagine ſua. Vbi uero in exẽplari nulla fit de ſimilitudine mẽtio. Exinde de homine formato Gen.ij.nec imago nec ſimilitudo cõmemoratur,de facto autem,ſeu adaptato homine ſimilitudo quidem legitur,imago uero ſilentio inuoluitur. Hoc unum præterea omni quidem attentione dignum, hic minime prętereundum duxi,q; tota humanę mentis in indiuidua Hypoſtaſi perpetuitas, prouenit ex eius adhęrentia & nexu cum inſufflato ſpiraculo ſeu formato homine, quod Cabalei indumenti myſterium uocant. Iuxta illud Pauli ad Corinthios oraculum,In hoc (inquiens) ingemiſcimus,habitationem noſtram, quę de cęlo eſt, ſuperindui cupientes. Si tamen ueſtiti & non nudi inueniamur,nam qui ſumus in hoc tabernaculo ingemiſcimus grauati,eo quod nolumus expoliari, ſed ſuperueſtiri, ut abſorbeatur quod mortale eſt a uita. Hæc Apoſtolus. Vbi duplex ſit aduertis indumenti genus indicat,unum quod acquiſitum & mortale eſt, Alterum æternum ſupperadditum priori,q; ſi minus nacti fuerimus primum,ſed nudi inuenti,non poterimus ſuperindui ſecundo,nęc abſorbi poterit quod mortale eſt a uita. Nam & præcipui quidam Peripateticorum ſapientes ubi de perpetuitate motus cęli differunt, non negant fieri poſſe ut aliquid ſuapte natura corruptibile perpetuetur ab extrinſeco. Et tu qui ſapis tecum hęc cogita,& mente reuolue. ☞ ij.Cor.v.

IN DECIMVMSEPTIMVM ET DECIMVMoctauum Theorema Appendix.

NVllus quidem ſapiens & prouidus rerum archanarum indagator admirari hic debet,q; tanto diligentiæ ſtudio,legem Moſis humanæ compagini adaptari ſatagat Cabaleus, quãdoquidem ipſe paruus mundus homo (ut paulo ante retuli) ſicut ad magni mundi habitum et exemplum fabricatus eſt,ſic & eius,qua regitur lex, magni orbis legem referat oportet. Lex autem illa ſuperna,cum nobis non aliunde q; per effectus & ſenſata eius opera innoteſcat, magis autem & certius ſenſu deprehendamus ea,quæ aſſidue in nobis ipſis experimur. Iccirco huius mycrocoſmi

patres,operàtiones,& actus clarius tutiuſq; nos inſtruunt, & docent legem imitari ſupernam,quam ullæ partes, & quæcumq; opera uniuerſi. Et propterea ſapiens ille Architectus,& mortalium uitæ moderator, orthodoxam Chriſtiani gregis rempublicam,ad huius mycrocoſmi habitū & exemplum inſtituere ſummopere nititur,Multi (inquiens Rom xij.) unum corpus ſumus in Chriſto, Singuli autem alter alterius membra, Si totum corpus oculus, ubi auditus? Si totum auditus, ubi odoratus? i.Cor.xij. Nunc autem multa quidem membra, unum autem corpus, hęc ille. Sępius deniq; ad Romanos, ad Corinthios,& ad Epheſios de hoc modo inſtituendi & gubernandi Chriſtianam polliciam, perquam ſollicite admonuit. Quamobrem non inconſulte in marem & fœminam legem parciuntur allegorizantes,attendendo Moſem non ſine grandi myſterio,per uniuerſa priora quattuor pentateuchi uolumina nuſq; de ſe ipſo primo locutum, ut diceret, ego paſcebam oues uetra, ſed Moſes paſcebat. Nec alicubi legitur,dixit deus ad me,ſed ad Moſen. At in Deuteronomio quinto pẽtateuchi uolumine,dum legem explanare uoluit, paſſim ſeipſum pronunciat. Dixi (inquiens) uobis, Tunc reſpondiſtis mihi. Locutus eſt deus ad me. Et ſic per uniuerſum uolumen illud (ſecluſo eius principio & fine) ſe ipſum exprimit & pronunciat. Cum igitur animaduertant & perpendant Cabalei archanam huius uarietatis nullam aliam ueram reddi poſſe cauſam & rationem,niſi q̃ in primis quattuor uolumínibus nec Moſes ipſe, neq; humanus ſpiritus loquitur, ſed mens diuina, ſeu agens (ut uocant) intellectus, qui ſponſi & maris uices gerit. In quinto autem uolumine Moſes et humana mens loquitur,quã poſſibilem ſeu materialem intellectum appellant,qui ſponſæ et fœminæ ſpeciem gerens, Sponſo copulari (ut fœmina mari) deſyderat. Quod Peripateticoꝝ princeps in libro de phiſico auditu,cuilibet materiæ & formæ attribuere minime abhorruit. Vnde & in ſacris eloquijs frequentius (ut pręcedenti uolumine expoſui) diuinam mentem, uirum, ſponſumq;, Humanum uero intellectum,ſponſam,uirginem,et uxorem uocitari legimus. Quapropter non iniuria mari adſcribunt Cabalei quattuor prima pentateuchi uolumina, ultimum uero fœminæ attribuunt, & hęc ſatis intelligenti. Qui enim nonnihil luminis ſupernæ ſapientiæ habet, dabitur ei & abundabit. Qui autem non habet,ſed mundanæ tantum ſapientiæ innititur,huic etiam ipſa mundana quam poſſidet ſapientia aufertur tollituręq;,eo q̃ a ſuo percœleſti ſapientiæ lumine ueluti ſpecularis imago a ſuo exemplari auertitur.

IN

IN DECIMVM NONVM THEOrema Appendix.

QVa autem lege magni orbis & Archetypi hominis partes, terreni hominis artubus nomine & re ipsa respondeant, Rabi Ismaelis liber kumma, id est staturæ: Et Rabi Symonis liber pomorum, ac uaria Cabaleorum (super Sepher Iezira, id est, librum formationis) commentaria enucleatius, singulatimque enunciant, illuc se conferat, qui hæc scire & penetrare desyderat.

IN VICESIMVM THEOrema Appendix.

SI cœlestium actiones & opera terreni hominis actibus orationibusque retuleris, rectam et congruam esse harum appellationum habitudinem plane dijudicabis. Non enim aliunde, quam a cognita differentia, uel cõcinnitate operis & actus, diuersa uel consimilia imponuntur nomina rebus. Vnde Rabi Symeon Cabaleorum antesignanus crebro & maxime (super illud Exodi xxi. Mensis iste uobis principium mensium) Solem regem & uirum, lunam uero Reginam, & coniugem appellat: Sic & diuinæ ordinationis liber dictus Maereches elohus, ex omnium priscorum Cabaleorum sententia, cuilibet sphiristici ordinis extremo (quemadmodum & in cœlorum ordine lunari globo) fœminę ius & nomen adscribit. Cui alludit illud Psalmorum, & ipse (inquiens) tanq̃ sponsus procedens de thalamo suo, non est autem sponsus (Euangelio Iohan. iij. teste) nisi qui sponsam habet.

IN VICESIMVM PRIMVM THEOrema Appendix.

VLtimam enim sephiram, quam matronam, cœlique reginam uocant, per iridem in Genesi ix. per speculum & uinculum, seu nexum in Exodo designari docent Cabalei, quæ quidem attributa solum animasticæ naturæ competere nullus sapiens ignorat. Eandem utique ultimam sephiram, super illud Exod. xxxi. Et in die septima cessauit (seu quieuit) & animauit, Cabalei superadditam animam appellant, quam nonnulli præcipui philosophorum adeptum intellectum uocant. Eamque sacra theologorum schola spiritum gratiæ cognominat, quo Apostolus (ut antea indicaui) superindui desiderat, ut absorbeatur quod mortale est a uita.

Tu aũt qui sapis hic, & similibus in locis memento, cautum olim fuisse per sanctorum Dist. xxxviij. decreta, ne scripturarum archana philosophicis dictionibus pronuncientur, quamuis eundem cum orthodoxis sensum habeant, Paulo ad Romanos ij. & Augustino in libro Retractationum idipsum docentibus. Et ideo nominum & uocũ discrimina non semper uarium & differentem sanctorum fidelium, & Ethnicorum sapientum conceptum designant, quod tu consydera.

IN

IN VICESIMVMQVINTVM THEOrema appendix.

EMpyreum dari cœlum non modo ſanctorum auctoritas, uerum ſana etiam ratio ſuadet & monſtrat. Entium namque (ut ex Peripateticis ſecundo cœli fundamentis colligimus) aliud abſque operis adminiculo perfectionem obtinet ſummam, quod eſt primum, ſempiternum & incomprehenſibile bonum. Aliud perfectionem adipiſcitur (non tamen ſummam) uniformi opere uno, ut mens angelica. Aliud pluribus uariſque actionibus perfectionem ſuam conſequitur, ut anima cœleſtis. Aliud uero uſque adeo torpet, ut nullius compos operationis perpetua (ſua pte natura) laboret inopia, ratio uidelicet humana, quam poſſibilem, ſeu materialem intellectum uocant, ad inſtar primæ materiæ, quæ eſt omnis perfectionis expers. Sic eadem utique lege, cum in uniuerſo corporeę naturæ ambitu uidemus terram (ob ſummam ineptitudinem) immobilem eſſe loco, exigit rerum & naturæ ordo aliud dari corpus, quod ob ſummam corpoream perfectionem nullo egeat lationis motu, potior ſiquidem rerum perfectio in ſtatu magis conſiſtit q̄ in motu, quemadmodum latius primo huius operis uolumnie diſſerui. Hoc igitur ſublime & immobile corpus, ſapientes theologorum empyreum uocant. Cabalei uero (diuinę ordinationis libro teſte) intellectuale cœlum appellant.

IN VICESIMVM SEXTVM THEOrema Appendix.

QVoniam per operationum & mobilium corporum uarietatem, intelligentiarum multitudinem, & diſcrimina cōſpicimus, idcirco prænumeratis decem corporibus, decem intellectuales ſubſtantias, præficiendas eſſum eſt. Quas libro Mada (id eſt ſcientiæ) Aegyptius Rabi Moſes, & diuinæ ordinationis liber, ex uariis prophetarum locis collectas eiſdem his appellationibus enumerant. Sic & Areopagita, necnon & Gregorius (licet non eodem tenore) græcis latiniſque uocibus angelicam Hierarchiam pronunciant. Perpauca enim de hoc ordine ueteres theologos tradidiſſe nouimus. Solus Dionyſius, tanq̄ riuus de apoſtolicæ ſapientiæ fōte manans, exactius de his rerum archanis tractat, quę (q̄diu illius latitauerint monumenta) pluribus etiam præcellentibus theologica ſapientia uiris fuerunt incognita. Et hęcipſa una cum Dionyſio (ut antea recenſui) enucleatius proferunt Cabalei, permulta ſane nomina, officia, & loca angelorum explicat in luminum & templorum libro Rabi Symeon, quæ reliqui ſapientum conticeſcunt. Animaſticum uero in ſuperis dari ordinem, multiplex ratio, & ſacri eloquij ſapientumque theologorum probat auctoritas, quemadmodum primo de Cœleſti Agricultura uolumine, & compendiolo de Anima Cœli, longiori

longiori ſermone expoſui, que tu ad clariorem huius rei intelligentiam il-
linc require. Ne aũt multiplex Cabaleorum conſyderandi modus te an-
cipitem,& hęſitantem reddat,hoc unum animaduertas oportet. Ani-
maſticus ordo quamuis ſecundum ſe totum ad angelicam mentem rela-
tus fœminæ habitudinem & appellationem teneat,eius tamen partes in-
uicem collatæ , aliæ maris , aliæ fœminę conditionem & nomenclatu-
ram ſortiuntur. Vltima namque uniuerſi huius ordinis portio ratio-
nalis anima dignoſcitur,quam cum ad inferiores, ſcilicet uitales anima-
leſque potentias referas,tunc maris uicem gerit , ſi uero eandem reſpe-
ctu ſublimium & Cœleſtium animarum chori conſyderas , tunc fœ-
minę habitudinem reſeruat. Quod cum plures Iuniorum , qui allego-
rizantium ſeu Cabaleorum dogma iactitant,ignorant , multa nefanda &
ludicra in ſuperis affirmant. Hi enim dum audiunt Cabaleum humanæ
facultati adſcribere,ꝙ poſſit regnum & fundamentum,Sponſam & ſpon
ſum agglomerare,atque ſeiungere,arbitrantur ꝙ Cabalei ſenſus &inten-
tio ibi ſit de regno & fundamento in ſuperis,ita ut temere præſumant hu-
manis in uiribus eſſe,iungere,uel ſeparare ab inuicem ſupercœleſtes ſpi-
ritus , quod nemo niſi inſanus,& rationis expers ſentire uel excogita-
re poſſet. Sed Cabalei in hoc intentio eſt,de rationali in nobis anima, ſu-
perni ordinis animarum ſponſa,quam homo ipſe ſponſo & uiro ſuo,a cu-
ius coſta ducit originem,iungere & ſeiungere poteſt. Si præterea Ca-
baleorum ſcripta recte conſyderas , alios differentes modos perpendes ,
quibus mycrocoſmi partes referunt,& adaptant partibus uniuerſi: Ter-
reni namque hominis organica membra,rurſus e decem ſimplicibus ,&
integrantibus partibus plaſmari comperies , Oſſe, Cartilagine,neruo ,
corda,ligamento,fortalicio , hebraica uoce hiſuk,arteria,uena , paniculo ,
carne. Queuis enim e decem ſephiros (ait diuinæ ordinationis liber)
& magnus libri formationis interpres Rabi Iſaac , iterum decem ſephi-
ros complectitur,ubi etiam quidditatiuam (ut uocant) partium or-
dinem intelligi uolunt,uidelicet menſtrua,ſperma,plaſmatiuus ſpiritus ,
maſſa ſeu embrio,humores,organicum corpus,uegetatiuum,ſenſitiuum,
ratio,mens. Sic & macrocoſmi organica corpora,decem ſimplicibus re-
bus (quas prædicamenta uocant) conſiſtunt,ſubſtantia quanto,qua-
li,relatione,ubi,quando,poſitione , habitu , agere,pati. Eodem pacto
euſdem macrocoſmi quidditatiuo ordine partes denario numero dan-
tur , priuatio, materia,forma,corporea moles,elementum,minerale, ue-
getale,animale,rationale,& intellectuale. Sic & Archetypi hominis to-
tidem formales,ſeu ideales partes enumerant Cabalei, quas ob earum e-
minentem & ſubſtantiæ nobilitatem incomprehenſibilem decem nudis,
puriſque numerationum gradibus,& ſephiros deſignant:Plerumque eti-
am Archetypum cæleſtem & terrenum hominem ſimul,ueluti unum in
diuiduum contemplantur , Cuius motrix , & omnium operatrix anima,

ſit ipſe

ſit ipſe uniuerſorum rex & conditor Deus, prout Rabi Iſmael libro kuma ſtaturæ, & Rabi Symeon libro pomorum, fuſius recenſent, qui igitur hæc minus perpendit, eaque introductorijs his Theorematibus adaptare neſcit, ſimilis erit natandi arte imperito, qui cum ſe pelago gemmas collecturus committat, mox fluctibus rapitur, & præceps demergitur in profundum. Tu itaque hæc penſita & mente reuolue. Reliqua autem theoremata aliqua ex ſe perſpecta, & in promptu quidem ſunt intelligenti, aliqua uero perſpicaci & ſedulo lectori, qui præhabita documenta repetita lectiõe trutinauerit, ac uarium quem expoſui allegorizãdi modum oppor tunis locis attenderit, facile conſtare, & innoteſcere poterint. Paucis igitur in ultimi theorematis intelligentiam adiectis, primã huius uoluminis partem ſuperum nutu abſoluam.

IN VLTIMVM THEOREMA Appendix.

HOmo cum ad habitum uniuerſi factus ſit, trinam in ſe machinam complectens, ſi is ab ipſo omnium bonorum largitore Deo ſuum conſequi & impetrare uotum deſyderat, operæpretium eſt, ut ipſe mente, ſenſu, & corpore ſeſe coaptet, & ne primus Adam diſtrahatur, illectus per mulierem, & coniugem Heuam, ſerpentis calliditate ſeductam, neceſſarium eſt ut omnes compaginis ſuæ uires in unum colligat, conuertat & transferat ad cœleſtia: Quem operandi & coaptandi modum, canalium correſpondentiam uocant Cabalei, eo ꝙ ille, qui ſupercœleſtium aquarum ſcaturiginem deorſum per uarios fiſtulares meatus ſtillantem pertingere, & ſempiternæ uitæ liquorem haurire cupit, opus eſt, ut ipſe quoq; fiſtulas & canales erigat, quorum orificia ſublimium canalium meatibus ad amuſſim reſpondeant. Alioquin minime particeps fiet illius ſupercœleſtis ſtillicidij, ſed auram hauriet inanem. Et propterea præcipit in Deuterono. x. Moſes Deum (inquiens) dominum tuum time, ipſi ſeruias, & ei adhęrebis, & in nomine eius iurabis. Iurare enim in nomine illius, mentis adhæſionem depoſcit. Mentis autem adhęſio corporis obſequium & ſeruitutem requirit, ſeruitus illa timorem poſtulat. Qui igitur deſyderia ſua ab ipſa omnium bonorum ſcaturigine conſequi optat, eum in ſpiritu & ueritate (ut Iohannes loquitur) adorare oportet: Adoratio autem, ſeu oratio, cum nil aliud ſit ꝙ mentis eleuatio in Deum, ſtabiliſque illi adhęſio, unde oratio hebreo uocabulo teffila pronunciatur, quod copulam ſtabilemque adhęrentiam ſonat, Iuxta illud Iacobi. Poſtulet autem in fide nihil hęſitans. Qui enim hęſitat, ſimilis eſt fluctui maris, qui a uento mouetur & circumfertur, Non ergo exiſtimet homo ille ꝙ accipiat aliquid a Deo. Hæc Apoſtolus, Quod etiam Ethnicus ille Iamblichus de myſterijs ſe ex columnis Mercurij didiciſſe enunciat. Numina (inquiens) deorum pediſſequa, tunc primum

primum attinguntur,quando anima depoſuit modum cognitionis mobilem. Et paulo poſt,cum cognitio inquit per adæquationem fiat, ſequitur ut nomina ſempiterna & immobilia attingamus notione ſempiterna,immobili,ſimplici,quam (pauloante) contactum diuinitatis uocat, Et nos fidem,quam ſequitur adhærentia, nuncupamus. Tota igitur uis exorandi,& uota conſequendi ab illo bonorum largitore qui prope eſt(dans affluenter omnibus inuocantibus nomen eius in ueritate) ſita eſt , in adheſione & ſtabilitate mentis per fidem in deo : Nam quemadmodum humanæ mentis conceptus nullo linguæ,uel cuiuſuis corporei organi motu aut geſtu explicari poteſt,niſi motiuus ſpiritus, fantaſtico & cogitatiuo ſpiritui adhæreat,& ubi aliquid pituitæ,uel bilis meatus obſtruat & motiuum ſpiritum a cogitatiuo ſeiungat,unde lethargus , paraliſis, uel ſtupor corporis artus occupat,tunc organum,quod huic Synthomati obnoxium eſt,nullum prorſus mentis, uel cogitatiuæ uirtutis conceptum, quouis motu uel geſtu depromere,& explicare poteſt. Sic & ipſa mens mortalium,quando (ob rerum ſenſibilium interſtitium,& carnis illecebras) diſtrahitur & auertitur a mente ſuperna , cuius uniuerſa elementa, & corpora mundi ſunt ueluti connexa ſibi organa , que ad nutum ei obtemperant,tunc mens ipſa humana,quaſi ſtupore aut paraliſi affecta, capax fieri nequit ſupernæ mentis conſortij. Neque aliquem admirandum effectum in coniunctum ſibi nedum in alienum corpus depromere ualet, Abeſt enim ille fidei feruor & unio,de qua ueritas ait,Marci xvi. Si habueritis fidem,ſicut granum ſinapis,dicetis monti huic (uidelicet quaſi coniuncto ſibi organo) tranſi hinc , & tranſibit. Abeſt credulitas illa, quam ſequuntur ſigna Chriſti ore pollicita,dicentis. Signa autem eos, qui crediderint hæc ſequentur,in nomine meo dæmonia eijcient , linguis loquentur nouis,ſerpentes tollent. Cum autem interſtitium illud , per fidei ardorem,& uitæ munditiam ablatum fuerit, mox ſequitur adhæſio, adhærentiam uero comitatur facultas exequendi uotum ſuum,atque rite iurandi uel coniurandi in nomine Dei tetragrammaton.Et tunc iuxta alia,aliaque deſyderia, alia Dei , & angelorum nomina inuocanda , atque alio & alio modo prænuncianda ſunt,unaqueque enim res uiſibilis (ut libro lxxxiij. quæſtionum Auguſtinus docuit) in hoc modo angelicam habet poteſtatem ſibi præpoſitam : & ideo quemadmodum alia ratione uel idea , aut angelica poteſtate mundi opifex (Iohannis primo , in quo omne quod factum eſt uita erat) producit aurum , alia pomiferam plantam,alia quidem ouem,bouem & pecora campi , que tamen ex una eademque inexhauſtæ largitatis manant origine. Sic utique & mens ipſa mortalium (Cuius uita & animus eſt ipſa mens ſuperna, iuxta illud Deutero. xxx. Illi adhæreas , ipſe enim eſt uita tua) ad eundem immortalem ſæculorum regem , aſcendendo , eiusque implorando auxilia , non iniuria , ſub alio nomine , uel alio eiuſdem nominis pronun-

pronunciandi modo petit ſapientiam, ſub alio fortitudinem, ſub alio uber tatem annonæ, & reliqua uitę commoda, unde cultus & inuocatio ſanctorum ueram (ſi conſyderas) ducit originem, de quo alibi (uita comite) latius. Ex his denicꝫ collige, ꝙ uniuerſa ratio & facultas adhærendi in conformitate conſiſtat, unde fidei, ſcientiæ, meditationis, orationis, & omnium ſacramentorum pendet baſis & fundamentum. Et licet potior conformitas mentali opere conſtet, nihilominus imaginationis etiam cooperatio, & concinni organorum geſtus nonnihil energiæ prę̃ſtant, prout in tractatu de communi ſacramentorum ratione longiori ſermone explicui. Quo perſpicax & ſedulus lector plane dijudicare poſſit, quantum hac miſera & ferreanoſtra ætate, perplures qui ſibi ſacrarum literarum arrogant intelligentiam, inſaniant, & ueræ pietatis ſacramenta coinquinent, Quia igitur adhærentia, concinnas (ut dictum eſt) mentis imaginationes, & corporis actiones requirit, ideo Cabaleus dum orat, & Dei ſeu angelorum nomina inuocat, primo mentalem operationem exercet, meditãdo, & contemplando figuras, numerum, poſitionem, & combinationem literarum tetragrammaton, uel nomina angelorum, ea referendo et coaptando exemplaribus atcꝫ ideis, quas ineſſe diuinæ menti deprehendimus. Exinde idem Cabaleus imaginationis, conformẽ quoꝫ mentali operi actionem perficit, effingendo, et ſtabili conceptu imprimendo ſacrorum nominum figuram, puncta, & elementa. Simili lege externa corporis opera certo uocis moderamine, & organorum geſtu, uarijs quidem modis, iuxta petitorum, & inuocandorum nominum uarietatem pagit. Quemadmodum Helias dum Deum iij. Reg. xvij. inuocat pro reſtituenda demortuo puero uita, expandit ſe, & ter menſus eſt ſuper puerum: & pro impetrãda, pluuia, pronus in terra poſuit faciem inter genua, iij. Reg, xviij. ſic de Moſe, Ioſue, Heliſeo, alijſcꝫ prophetis, diuinum imprecantibus auxilium, ſacra hyſtoria recenſet, qui pro petitorum uarietate uarios et diuerſos corporeos exercuere actus. Teſtatur idipſum templorum libro magnus pontifex Rabi Iſmael, qui azimam placentam, diuinis quibuſdam inuocatis nominibus, cõficiendam docuit, qua ſyncera fide, et pura mente ſumpta, mox manducantis animum & cor ipſum afflari, atcꝫ ſuperne ſapientiæ lumine irradiari, plane affirmat, quod uulgo Cabalei una cũ Talmudeis peſſi has halef (id eſt cordis apertionem) uocant, quam quidem dictionem pronunciat ſacri Baptiſmatis miniſter, Accipe inquiens ſal ſapientiæ, Epheta, quod eſt aperiam. Tritum quoꝫ & certum apud recentiores Talmudeorum habetur de Eliazaro cognomine kalir, quem ideo kalir uocitatum aſſerunt, ꝙ cuiuſdam placentę eſu repente cęleſti ſpiritu afflatus, ſublimia et profunda ſapientiæ oracula hymnicis laudibus prodiderit, que ab uniuerſa ferme Iudæorum ſynagoga ſolennibus feſtiſcꝫ diebus paſſim decantari ſolent. Plura ſunt huius generis Talmudęorum & Cabaleorum teſtimonia, que hic compendij gratia, & mycrologorum cauſa ſilenda duxi. Vnde Iuniorum Iſraelitarum, Talmudeorumque uæſaniam nuncꝫ ſatis admirari

admirari poſſum, qui ſacra Baptiſmatis & Euchariſtię myſteria, tanq; inaudita & fanatica deliramenta ſubſannant. Veruntamen quia eiuſcemodi ueterum Cabaleorum praxis, & ſanctorū nominum archana, tanta obſcuritate, & uelaminum uarietate circumtecta ſunt, quæ exinde ad tot inſipientum & prophanorum deuenerunt manus, factum eſt, ut nunc multis quidem modis ueritas mendatio inuoluta, & rei puritas undiq; confuſa & turbulenta ſit, ita ut modo a plurimis etiam præcipuis Cabaleorū ignoretur, quę ſingulatim ſanctorum nominum, & quæ propria mentis, fantaſię, & corporis actio cuiq; uotorum, & precum accommodanda ſit, q̄d & ipſe me quoq; neſcire fateor, & ideo precipua & ſingula huius praxis archana perſpicatioribus, & ſapientia & intelligentia uiris qui multigena ueterum Cabaleorum de hominis ſcripta euoluerint, & omnem illorum ſenſum penetrauerint explicanda relinquo. Mihi uero modo conſultius, atq; tutius uiſum eſt, nullius inuocandi nominis archana, anxio & ſollicito animo perquirere, niſi illius quod eſt ſupra omne nomen, in quo omne genu flectitur, cęleſtium, terreſtrium, & inferorum, quod tametſi uulgo in omnium ore uerſetur, nemo tamen (inquit .i. Cor. xij. ueritatis præco) dicere poteſt, dominus Ieſus, niſi in ſpiritu ſancto, cui laus, gloria, & honor.

IN PORTARVM LVCIS EPITHOmen præfatio.

PRima iā huius uoluminis parte, quæ ad introductorium Cabale ſpectat, peracta, modo ad ſecundam portarum lucis epithomate comprehenſam ſuperum ope explicandam accedo. Quo quidem compendio (quemadmodū & præhabito introductorio) quamuis plura tradantur, quę filijs tenebrarum, & ijs, qui indagandis ſacri eloquij arcanis minus operam ſtudiumq; impendunt, aures, animumq; offendere poſſint. Nefas tñ & impiū uidebatur hęc negare pijs prudentibusq; filijs lucis. Sic.n. & prouidus ueritatis pręco Apoſtolus i. Cor. i. non abhorruit Chriſtum ſaluatorem prędicare crucifixum, tametſi id Iudęis in ſcandalum, & gentibus in ſtulticiam fuerit, propterea q; uocatis prædicatio hęc erat in dei uirtutē atq; ſapientiam. Hoc autem ſic profero, non q; Cabaleorum & allegorizantium dogmate me ſapientem, & qui eius abdita atq; profunda penitus eruerim iactitem, uix enim illius ueſtibuli limina, & incunabula me attigiſſe præſumo, uerum inopi, & deriſori me prefero, Magiſtrū non ſpō deo, & quę in huius dogmatis intelligentiam aperui, non tam edocendi, q; monēdi, & excitandi animo tradidi, Quatenus perſpicatiora ſtudioſorū ingenia ſuperno lumine fulta, per attentam horę meditationē alcius cōſcēdere, & ſecretorę adyta penetrare ualeant. Qui enim habet (prout antea expoſui) dabitur ei, & abundabit, qui autem non habet, quod habere uidetur, auferetur ab eo. Quibus denicq; ita prelibatis, ipſum iā Caſtilienſem (ut præſumitur) Rabi Ioſephum huius uoluminis auctorem auſculta, eū q; (inuocato patre luminum) ſic loquentem attende.

PORTAE LVCIS.

EFflagitasti iamdudum mi dilectissime, ut circa dei nomina, quę mensuras ac sphiros, ideſt numerationes appellari sibiuit, semi⁊ tam tibi lucis ostenderem, qua uoti compos fieri desiderijq; li⁊ mitem assequi ualeas, Petitionem itaq; hāc, quum iustam esse perspexerim, intentionemq; ipsam honestiorem quoq; dijudicauerim, haud pedē referre ualui, quin te uiæ lucis participem constituerem. Nunc igitur uigil esto, ut quem malit aut spernat altissimus tramitem cognoscas, quem quum assecutus fueris dum clamabis exaudieris, eorumq; scriberis in cœtu qui propius accedunt altissimo, hunc totus animi uiribus coles, ob lectaberis deo, & is intima cordis tui optata penitus explebit. Nouisti i⁊ taq; (ni forte audieris) deum mundi, deum cuius conspectu superna consternuntur, & ima, eiusq; timore totus terrarum orbis concutitur, ac indignatione sua qs nā permanebit? & eius iræ furore quis stare poterit? sanctis etenim suis ipse non credit, nec mundi sunt cœli ante oculos eius, ne dum abhominabilis & inutilis homo, iniquitatem ut aquam hauriens, & quonam pacto de muliere nascens sanctis dei nominibus abutetur, ausitue in regni coronam, ad propria emolumenta manus immittere, statu⁊ unt enim maiores nostri, q; quicūq; ipsum nomen uidelicet Tetragram⁊ maton proprijs literis protulerit, partem nullam futuri sęculi habeat.

RICIVS.

De nomine Tetragrammaton solum creatori, & nulli creaturarum cō municabili hic sermo est, Iccirco quemadmodum irreuerentiæ & con⁊ temptui datur, dum filius proprio nomine parentem appellat, sic utiq; te⁊ merariæ præsumptioni ascribitur ipsum cœlestem parentem & incōpręhensibilem Regem sęculorum pręcipuo suo nuncupare nomine, quum ita q; contemptus, & temeraria erga deum pręsumptio futuri sęculi salutem excludat, haud iniuria statuit priscorum authoritas, ut is qui magnum & horribile nomen creatoris characteribus suis protulerit (nulla urgente pietatis causa) partem non habeat futuri sęculi. Accedit ad hoc, ut quē⁊ admodum ipse uniuersorum conditor deus, a nulla creaturarum talis ada⁊ mussim compręhēditur, qualis ipse est, sic condecens fuit, ut nomen, quod incōpręhēsibile ens istud designat, nō proferatur prout literæ conscriptæ sonant, soli tamen pontifici in sanctuario semel tantum in anno propitia⁊ tionis & magno pęnitentiæ die idipsum suis characteribus exprimere li⁊ cuit, Hinc statuit ad Thimo. Apostolus: discedat (inquiens) ab iniquita⁊ te omnis qui inuocat nomen domini.

AVCTOR.

Siquidem sacer pręcellēsq; Rabi Henina Tradionis filius, eo q; ipsum nomen (& si non ad usum, ac prophanum quippiam, sed ad discēdi cau sa, utq; mysteria altissimi nosceret) suis characteribus explicuerit, penā tñ criminis aufugere nō ualuit, Quis igit ambiget, qn idē & paupculis lāguē⁊ tibusq; nobis contingere liceat: uides enim quid phibetur in lege altissimi,

Non

Non aſſumes (inquit) nomẽ dei ſcilicet Tetragrãmaton) dei tui in uanũ, ꝙuis de periurio admonere intentio ſit, hoc tamen nomine uanum lex utitur, quatenus (ut Chaldaica teſtatur ẹdicio) ſentẽtia ſonet, ne fruſtra qui ſpiam dei nomen labijs proferat, facile namꝙ ſcriptu, clariuſue intellectu fuiſſet, Ne iuraueris per nomen dei, dei tui falſum, ſcriptum tamen eſt non aſſumes. Omnium igitur noſter magiſter Moſes (in altu cõſcendens) dũ myſterium cõmemorandi nomen altiſſimi ab angelis miniſtrãtibus didicerit, admonuit Iſrael dicens, quũ nomen dei inuocauero, date magnificentiã deo noſtro, ꝙ ſi angeli cœli de memoratione nominis altiſſimi admoniti ſunt, longe quidem magis id attinet filio hominis, qui in tineas & uermes redigitur, ne dum ut is, qui facili cogitatione flectitur, uſui ſuo creatoris coronam adaptare præſumat, hoc prẹſertim in quo degimus ſẹculo, ubi nos eruditio latet, quẹ nomen ipſum altiſſimi, eiuſꝙ cætera nomina cõmemorandi rationem præſtat, cõmemorationem (inquam) quẹ ipſi operi accommodatur, quare qui idipſum memorare nititur, nihil ultra ꝙ ſui perditionem aſſequitur, fictiliſꝙ teſtẹ fragmentum adipiſcitur, de hoc atꝙ ſimilibus noſtri dixerunt magiſtri, quicumꝙ ſui creatoris gloriã non ueretur, expediret illi huius mundi machinam non intraſſe.

Nunc igitur fili mi, audi uocem meam, & auribus cõſilio meo attende, ſi flectere te peccatores uoluerint, auſcultare noli, ſi dicerent nos ſequere, et tibi ſanctorum (quibus utaris) nominũ eruditionem imparciemur, aures auerte, ne eorum conſilio adhẹreas, quinimo prauos illorum greſſus fugias, pedeſquẹ tuos ab eorũ ſemita prorſus reuocabis, Cũcta enim huiuſcemodi nomina illorũꝙ uſus retiacula ſunt, & uenatorij laquei qui in perennem ducunt animas interitum, et ſi priſci ſapientum diuina nomina a prophetis ore tradita nouerint, ut pote ſeptuaginta duarẹ, duodecimꝙ literarũ nomẽ, & huiuſcemodi plurima, quibus ſigna, prodigia, oſtentaꝙ mundi innouare potuerint, ad propria tamen commoda nequaꝙ illis abuti conſueuerant, ſed eo duntaxat tempore, quo gentes a uero dei cultu Iſraelitas detorquere moliebantur, aut dum ex aliquo opere altiſſimi dei ſanctificatio gloriaue emergeret, quẽadmodum Rabi Meir, qui de proſtibulo uxoris ſororẽ eripuit, cuſtodi ſeu miniſtro iuſſit dicẽdo, quum ẹrumnis te affectum noueris deus ipſius Rabi Meir, exaudi me dicito, Idem uero Rabi Meir, quum ſeſe periculo ſubijci uidiſſet, fugam potius ꝙ ſancti nominis uſum arripuit, ſimiliter & de geſto Honi Maagalenſis, & Roua cum Sabor Rege, decꝙ horum ſimilibus iudicandũ. Veritatis itaꝙ ſepes, fẹderiſꝙ traditio eſt, ut qui in re ſanctorum nominum uota aſſequi exoptauerit, is accẽctis uiribus ſtudeat legi, ut in ea quorũcumꝙ ſanctorum nominũ ſenſum dignoſcat, uidelicet Eheie, Ioh. Edonai, Tetragrãmatõ, El, Eloha, Elohim, Edonai Zeuaos, Elohe Zeuaos, Sadai, Sciatꝙ & intelligat ſingula prædictorẽ nominũ clauis uicẽ gerere ad aliquod q̃d ſẹculi uſus depoſcit, quẹ quũ attentius inſpexeris, & plane ſingula intellexeris, legẽ cunctaꝙ eius mãdata inde pendere ſtatues, ac eius qui dixit: et factus eſt mundus, magni

Pſal.xc. ficentiam admiraberis,corã eo plurimũ pauebis,& perhorreſces,eiq; adhę rendi ardua tibi inerit cupido,propius ſtabis altiſſimo, ac placide tua ex audita erit oratio, iuxta illud, Exaltabo eum quoniam cognouit nomen meum,omnium enim radix ipſa cognitio eſt.

Qua adepta,clamabit & ego exaudiam,ac ſi dixerit,quum de quauis re opus ei fuerit,ad idq; nomen unde exoptata res pendet,mentem erexerit, tunc exaudiam,cõmemorauit namq; anguſtiarũ tempore Iacob, El ſadai (id eſt deus qui ſatis,uel omnipotens) tribuat uobis miſericordiã. Et Da-
Gen.xliij. Dan.ix. niel ſuper ſanctuariũ preces effundendo: fac (inquit) ut luceat facies tua ſuper ſanctuariũ tuum deſolatum,,ppter Edonai,quanq; libro Berachos (id eſt benedictionum) maiores noſtri explanauerint,quod propter Edo nai idem ſonet quod ,ppter Abraam,qui te primus Edonai.i.dominũ uo cauit,interior tamẽ inſuper perſcrutatio requritur. Et Hana nomen altiſſi mi (ut ei ſemẽ annueret) implorans ſic dixit,Edonai (uidelicet Tetragrã maton) Zeuoas.i.deus exercituum,ſi reſpiciens reſpexeris. Et licet in li bro Berachos aliud quippiam magiſtri ſcripſerint,ibi tamen præmemora ta radix & ſtirps latitat. His ſtãtibus condecẽs duco, medullarem quã dam tibi radicem oſtendere,qua in hoc cui incumbimus negocio intrepide fulciri ualeas. Non te prætereat igitur oportet,quęcũq; in lege cõplectun tur altiſſimi nomina,a Tetragrãmaton dependere nomine, quãq; ipſum Eheie.i.ſum,arboris radix uocitari ſoleat,tamen Tetragrammaton trunci (quemadmodũ & Eheie radicis) uices obtinet, quo radicũ emittitur co pia,& undiquaq; promuntur rami:ſancta uero alia nomina ramorũ, ſur culorumq; de trunco emanantium,exemplum preferunt,quorum ſinguli multifariam ſecundũ uniuſcuiuſq; ſpeciem edunt fructus. Preter hęc in ſuper (quę aboleri nefas eſt) cę plura alia ſunt,cuius prædictorũ nomina appenſa,ut uerbi cauſa Tetragrãmaton cognomina ſunt horribilis, ſuſti nens inquitatem,ſuper delicta trãſiens,Edonai.(i.domini) appenſa ſunt magnus,miſericors,clemens: Elohim quoq; ſunt appenſa fortis,iudex,iu dicator. Iſtorũ preterea ſingulis alia debẽtur cognomina,quę quidem ſunt dictiones omnes in quas lex ipſa abſoluitur, Tota igitur lex ſuper cogno mina contexta reperitur,Cognomina ſuper ſancta nomina,cuncta ſancta nomina ab ipſo Tetragrãmaton dependent nomine,in eoq; cõflantur in unum,unde lex ipſa,lex dei Tetragrãmaton dicitur. Hinc collige,q; quũ ſancta nomina iuxta propriã cuiuſq; cognationem intellexeris,& quę cui uis illorum accõmodentur cognomina,noueris tunc uniuerſa entia ab al tiſſimi nomine dependentiam trahere facile cõſpicies,& tibi adherendi in ſerta erit cupido,tu aſſidua in eius cõſpectu formidine concutieris & pa-
Pſal.xc. uore,dei nãq; timor quid ſit perpendes,& Dei Elohim ſcientiã aſſequeris, in illorumq; enumeraberis cõuentu,de quibus ſcribitur,Exaltabo eũ quo niam cognouit nomẽ meũ: nec te utiq; latebit quantũ is promeretur ſup plicij,qui dei nomen in uanũ cõmemorat,nedũ qui ipſum Tetragramma ton ſuis literis profert,longeq; magis & qui eo utitur,quantas reus pœnas

ſubire

ſubire teneatur, Sed priuſq; uoluminis propoſitum aggrediar, a prælibami ne quodam haud incongrue exordiri libuit. Aduerte igitur compertū q; exiſtima, uerā altiſſimi exiſtētiā neminē unq; (ipſo excepto) menti cō prehendere potuiſſe, nec quiſpiam de uniuerſa ſuperum multitudine cenſe tur, qui locū eius, nedū eſſentiæ ueritatem nouerit. Audis enim quid cæleſtes angeli clamant, Benedicta gloria dei de loco ſuo .i. quocunq; loco exti Ezech. iij terit, Quod ſi hoc apud ſuperos, id proculdubio & imis competere magis dijudicabimus. Quapropter quicquid in lege ſcribit, ueluti os, manus, auris, pes, oculus, & quæ huius ſunt generis, quāq; magnitudinem ueritatēq; altiſſimi inſinuet, quid tamen res illa quæ manus et pes uocitatur, mōſtret, nullum ſane creatum ſcire & comprehendere poteſt. Quamuis & nos ad imaginem & ſimilitudinē facti ſimus, non tibi attamen uideri uelim, ocūlū illū oculi, manuſq; manū formā habere, ſed in ipſo, altiſſimi eſſe, quid intrinſecum, unde defluunt ſcaturiuntq; uniuerſa, denunciāt, quod quidem manus quidditate & figura procul abeſt, iuxta illud prophetæ: Cui aſſimilaſtis me & adequaſtis. Nullæ igitur inter ipſum & nos merito ſubſtantiæ atq; figuræ ſimilitudo extat, ſed membrorum intentio eſt, dociles reddere aures, quę membra inquā altiſſimaꝝ latentiumq; rerum menti humanæ incomprehenſibilium ſigna denunciāt, illius inſtar qui calamo profert, Reuben filius Iacob, neq; enim huiuſmodi literę nec illoꝝ figura ſimilitudinem præferunt ſubſtātiæ ipſius Ruben filij Iacob, Quū igit altiſſimus nos puritati adaptare uoluerit, deliteſcentes, reſeratoſq; multipliciter artus in humano corpore conſtruxit, eundē ſibi ordinem uendicātes, quem et q; drigæ in ſupis opus, Quare ſi cōtinēs quiſpiā capaxq; extiterit, ut quoduis ſui corporis membrū a ſordibus mundū cōſtituat, id latentis ſuperni artus membrum, cui idem nomen adſcribitur, ſedes euadet, ut oculus quidē oculi, dextręq; dextra.

RICIVS.

Id archanū Apoſtoli chariſmata pandūt dicentis, An neſcitis quia mē bra noſtra templum ſunt ſpiritus ſancti. Qui autem ſordibus & ſenſibiliū i. Cor. vi. reꝝ turpitudine corporis ſui membra inquinauerit, is membra tollit Chriſti, & templum dei membra efficit meretricis.

AVCTOR.

Vtpote ſi oculi intuitus a uanitate continuerit, nil aſpiciēs prauū, nil pudendum & turpe, ſed quę ſolum gloriam cultūq; cōcernunt altiſſimi, tūc oculus ille in abditæ rei ſupnę ſedē, cui oculi cognomē adaptas redigit, Et ſic parit de manu, pede, ſinguliſq; cōpaginis humanę mēbris iudica. Hinc maiores noſtri patres inquunt, ipſa quadriga exiſtūt, nō enim quęuis patrꝝ ſed patres una ipſam, quadrigā eſſe, aſſerant, Abraam nāq; ſibi dextri nomen aſſumpſit, ipſius in ſuperis dextri menſurę (ſcilicet gratiæ) factus eſt Gen. xij. hęres, iuxta illud: perrexit Abrahā uadēs et ꝓgrediens ad meridiē. Yſaac uero ſiniſtri menſurā adeptus eſt iuxta illud, Iurauitq; Iacob per timorem Gen. xxxi. patris ſui Yſaac. Mediā uero lineā ſibi uendicauit Iacob iuxta illud, Et la-

cob uir integer tabernacula inhabitãs. Tres itaq; huiuſcemodi patres ipſius q̃drigæ ſedes admittimus, uergit huc illud libri formationis, Rẽ ſup certitudinẽ & formatorẽ ſup ſedẽ ſuã repone. Te aũt nõ lateat quamlibet mẽ ſurarũ alicui membrorũ accõmodari, ut oculo uiſus, auri auditus, manibus tactus, pedibus ꝓgreſſus, quumq; maiores noſtri, mẽſuras adſcribũt altiſſimo: idẽ de mẽſuris cẽſeas, quod de pede, manu, cęteriſq; mẽbris edocuimus, nulla etenim habitudo inter nos & altiſſimũ, ſicut nec membrorũ, ſic nec menſurarũ ratione creditur ineſſe, Quia igit hoc libro in mẽſurarũ ſępius mẽtionẽ incidimus, Caue pręmonitus ne corruas, ut deũ exiſtimes alicuius menſuræ limitẽ quãtitatemue (noſtri inſtar) ſubire. At quẽadmodũ manus, pedis, auris, oculi, ſic et menſurę intẽtio nec terminũ, nec molẽ, ſed exẽplũ tenuemue ſimilitudinẽ pręfert, Sancta aũt nomina mẽſuras uocãt priſci Talmudeorũ magiſtri tractatu Ros haſana, ibi dixit Rab Iehuda, fędus exciſum eſt tredecim mẽſuris, ut nũq; ſupplicẽtur in uanũ, iuxta illud: Ecce excidã fędus &c. tredecim uero menſuræ ſunt deus Tetragrãmaton, deus
Ex. xxxiiij. Tetragrãmaton, deus El, miſericors, & clemẽs, longanimus, & multæ miſerationis, & uerax, cuſtodiẽs miſericordiã in milia, remittẽs iniq̃tatẽ, tranſiens ſuper ſcelera atq; ſup peccata, & innoxius: ſumma deniq; intentio eſt nullam humanarũ mẽſurarũ ad eas quę ſunt altiſſimi (niſi nomine tantũ) habitudinẽ ſuſcipere, ꝓut de ſcripto nomine, Rubẽ filius Iacob ꝓtulimus: hinc dicere ſolẽt magiſtri nõ talis mẽſura eſt carnis & ſanguinis, qualis dei altiſſimi. Prędudio igitur (ut dicendorũ claui) peracto, mox cuiuſq; ſanctorũ nominũ, quę ſcribunt in lege tractatũ aggredimur, in qua ubicũq; uinũ horũ offenderis, te doctũ eruditũq; reddere peropto, quatenus uuẽtiũ aquarũ fontẽ, q̃ ex q̃uis altiſſimi ſcaturit nominũ haurire diſcernereq; ualeas, quem quũ ebiberis noueriſq; omni in opę, fęlicitatis euẽtũ aſſequeris. Fundamentũ legis & radix eſt credere in nomẽ altiſſimi, ubi ſi in cogitationibus tuis recto tramite ambulaueris, incolumes erunt uiæ tuæ, nec pe
Eccle. iiij. des tui collidẽt perpetuo, Ait enim Rex Salomo, Cuſtodi pedẽ tuũ ingrediens domũ dei, quibus uticq; edocuit, ut qui ad diuinũ auxiliũ imploranda accedit, ſe antea examinet, aduertat & noſcat, an tentatores, & obſtacula adſint, ut orationes (ne ſuſcipiant) demigrẽt, quę ſi affuerint, amoueat, ſemitamq; ab offendiculo expurget, eius exemplo, qui aliquid impetrandi gratia, Regis curiã petit: hic etenim prędeat noſcatq; oportet, an præcipitij alicuius in itinere obſtet periculũ, conſyderet prędterea quot in regijs ędibus ueſtibulorũ ſunt ianuę, quarũ cuſtodes ianitoreſq; dijudicet, ut ſi eorũ quempiã hoſtẽ habuerit, ipſum reconciliet, ſuos inſuper amictus, an de coro eius bene cõueniãt perſcrutet, ut his decẽter ornatũ regalẽ liceat aulã
Heſter. iiij. intrare, ſcribit enim, Nõ licitum eſt indutũ ſacco aulã intrare regis, ſed poſtremo examinet, an in regis & principum prælatorum aſtantium cõſpectu rẽ ſuã facundo eloquio diſſerere auſit: an eius in cõtradicentes ſuppetant uires, queatq; cõtranitẽtibus reſiſtere. Ad hæc omnia cõcors unicuiuſq; maiorũ nos concitat ſermo, q̃ aſſerunt magnã ſummãq; ſentẽtiam eſſe

dicentes

dicentes terrenorum regnum cœleſtium regni indicare exemplū,ſi itaque carnis & ſanguinis ſolicitudo in omnibus prætactis ſtadium, cautelamq; adhibeat neceſſarium ſit,non ambigendum quidem,quin hæc eadem omni cura ſint attendenda,dum regis regum maieſtatem conſpectumq; quis adire conatur: a terreſtri namq; elemento aduſq; cœleſtia corpora,nullus locorum euacuatus,ſed multiformi tumultu repletus admittitur,quorum nonnulli mundi ſunt,& miſericordię participes,aliqui uero his quidem inferiores,temptatores ſunt & noxij,ac omnes per atra uolantes,hi pacē, illi gladium,hi bonum,illi malum,hi uitam,illi mortem miniſtrant,quos qdē omnes hęc ima,in qua degimus, machina cōplectitur, quorū cauſa cāticū nobis traditū eſt malorū euentuum,qui habitat in abſcondito altiſſimi: un Pſalm.90.
de hoīs deprecatio dū (has pertranſeundo turmas) ſupera petit,cuidā ſuſpecta deuiaq; luſtrāti loca aſſimilatur,ſi puritatis gratię capax extiterit,in calumniatorū noxā ſua minime irruet deprecatio,ſi uero huius grę expers uacuuſq; fuerit,multiplices nubilę fortunę euentus,trucidatorumq; acies illi ſe offerent,quāobrem pſalmos ſtatuit rex Dauid,ut euacuatū ſit iter,p quod facile tranſeat oratio,omnes enim prędictę turmę ueluti nubes ſunt, quæ ſupplicationū aſcenſum detorquēt,iuxta illud: Oppoſuiſti nubem tibi ne tranſeat oratio:pſalmos igitur ędidit Dauid,qui ordine prolati tollūt Thren.13.
diſcedereq; cogūt omnes obſtacula inferentes & damnum. Vocitātur aūt pſalmi hebraica dictione zemiros,a nomine mazmeros,qd' latino eloquio falcem ſonat,iuxta illud: Prędidentur ramuſculi eius bemazmeros,i.falcibus. Accedit ad hoc & illud pſalmi:erant mihi ſtatuta tua in domo peregri Eſaiæ.18 Pſalm.118.
nationis (ſeu timoris) mei,quaſi dixerit ubicūq; horū tumultuū timor peregrinantem me arripuit,his illos pſalmis (ueluti falcibus) prędidi atq; ſubegi. Adde & illud Iob xxxviij. quū cantu laudant ſimul aſtra matutina ioriu.i.cōfringuntur omnes filij Elohim,laudes cātu,idem qd' & pſalmi inſinuāt,qbus mane cōmemoratis,diſſeminātur & cōfringuntur omnes diri iudicij miniſtri,q filij Elohim nūcupari ſolent,dictio .n. iariū eiuſdē eſt lo Eſaiæ.24.
cutionis cū raa tiſſrara arez.i.cōfractione cōfringetur terra,Diligens itaq; ſui ſit iudex,qui orare ꝓponit,cogitationeſq; recte diſponat,ne orādo perturbatiōe mens fluctuet,ad nihilūq; eis redigatur imploratio, ꝓ hoc nāq; noſtri dixerūt maiores,ſemp ſe trutinet hō,ut ſi ad orandū idoneū ſe nouerit,oret,ſecus uero minime,quaſi dixerint,ſi ualidū ſe iudicauerit ut intentionē ratā ſtatuere ualeat,oret,ſin minus nequaq;, His igitur prędognitis, ſcito ſtirpē baſimq; eſſe,ut intelligas noſcaſq; oīa ſancta dei nomina,quę in lege ꝓferūtur in nomine Tetragrāmatō ꝓlatū Edonai cōtineri,qd' arboris iā trūcus dicitur. Reliquorū uero nominū,alia radicis,alia rami,alia theſaurorū,gazarūq; uices gerūt,q̄rū ſingula peculiare opandi munus ſorciūtur:theſauri inſtar q multiformia,uariaq; penetralia,et ſingula certę rei dedicata replet & imptitur,in hoc qdē margaritę & q̄duis gēmarū genus,in iſto argentū,in illo aurū,in alio epulę,in alio potus,in alio prędioſi ornatus indumētaq; reponūtur,& quū alimēto quiſpiā eguerit,penuſq; locū igno

rauerit (& ſi plurimum inquirendo laboret) euenit tamen ut fame & ta
be areſcat & pereat, & quãuis eſculentis, opipare apparatus, lautis ferculis,
cella abundet, perit is tamẽ, nõ quia eius renuatur petitio, ſed quia ciborũ,
quos expoſtulat repoſitoriũ ignorat: ſic et de ſanctorum nominum erudi-
tione, ſcientiaq; iudicandum, quędã enim miſericordię, deprecationi, ppi-
ciatiõiq;, quędã lachrymis et ſingultibus, quędã caſibus, infortunijs, angu-
ſtijſq; prelunt, nõnulla alimentis & uictui, nonnulla robori, fortitudini, &
gratię preficiuntur, qua de re ſi orans in nomine, quod expetito muneri ac
cõmodatur, minus cẽ deceat mentem dirigere noſcat, nil ſane ſuũ abnegat
Prouer. 19. uotũ, niſi cognitionis hebetudo atq; ſtulticia, iuxta illud: Stulticia hominis
ſupplantat greſſus eius, & contra deũ feruet cor ſuum, omnibus .n. apertę
ſunt manus altiſſimi, ſed petentis ruditas, quę deſideriorũ aditus intimaq;
diſcernere neſcit, inanem conſtituit: fatuus uero altiſſimũ ſuas a clamantis
Hiere. 5. precibus aures auertere cogitat, ad quod dicitur, peccata noſtra prohibue-
runt bonum a nobis, opus itaq; eſt legis inceſſus mente reuoluere, ſancto
rumq; nominũ adeo myſteria dignoſcere, ut in hijs, pprijs horũ cognomi-
nibus habitũ poſſideat, in conſpectuq; altiſſimi quũ ſupplicationis ſe cõ-
potem fieri exoptauerit, ad nomen petitioni accommodatum ſe mente cõ
uertat, tunc enim nedum uotum aſſequetur, ſed & ſuperis dilectus, imiſq;
gratus, & preſentis futuriq; ſęculi hęres euadet æternus, hoc itaq; ueluti di
cendorum fundamento coniecto, ad ſingula ſanctorum nominum, quę in
lege notantur, mox explananda ſpiritu annuente altiſſimi accingimur.

אדני

PRimum igitur propiuſq; creatis omnibus nomẽ, quo ſcilicet ad regem
Tetragrãmatõ aditus pateſcit, eſt qđ ſcriptis & uoce ſonat Edonai .i.
dominus, ad cuius notitiã animaduertere illud peculiare nomen altiſſimi
eſſe, quod ſummi opificis innuit exiſtentiam, a quo quicquid continet uni-
uerſum dependet, ſed portarum clauiumq; prima, quibus ad tetragrãma-
ton prolatum (non autem ſcriptum) Edonai accedimus, eſt nomen et cha
racteribus et uoce Edonai ſonans, quod quum ſurſum exordiamur, uerga
muſq; deorſum, in toto dei nominum ambitu, in extremo ordinem ſorti-
tur, & ad uſq; ipſum Edonai uerum conſummatumque unionis myſteri-
um creditur. Deinceps uero inferius diuiſionis machina collocatur, iuxta
Gen. 2. illud: Et fluuius egreditur de loco uoluptatis ad irrigandum paradiſum,
qui inde diuiditur, & quatuor capita factus eſt, quæ quidem capita qua-
tuor turmæ ſunt gloriæ, regno Edonai ſubditæ, quod (ut antea expli-
cui) ultimum obtinet totius unionis altiſſimi. Hic autem Edonai the-
ſaurus diuitiarumque exiſtit ædes, ad quemuis modorum inundationis,
ac dependentiæ rerum per canales fiſtulas emanantium a Tetragram-
maton prolatum Edonai. Tria enim ſeſe reſpicientia nomi- אהיה
na comperimus, inferius Edonai, in medio Tetragrammaton, ſu- יהוד
perius Eheie, id eſt, ſum, ab eheie autem omnimode ſeparan- אדני
tur inundationes, quę a fonte qui ipſum infinitum dicitur, pedetentim per

gradus

gradus ſcaturiunt, quouſq; ad Tetragrammaton Edonai applicent, illinc-
que canales erumpunt fiſtulæ, defluxuſq; omnes ad nomen Edonai, quod
cellarium eſt, ubi omnia Tetragrammaton regis reponuntur ornamenta.
Rurſus idipſum eſt magnus creatorum præſes, qui Tetragrãmaton uirtu
te cuncta enutrit, & eis uictus commoda præſtat: huius ueniunt nutu, eo-
que iubente diſcedunt, quicunq; Tetragrammaton adhærendi cupidine
petunt, nec ſemita, nec pars ulla, qua ipſi Tetragrammaton aſſiſtat qui-
ſpiam, niſi manuducente Edonai admittitur. Et quia rex Tetragramma
ton hoc ipſum nomen ſibi in diuitiarum ædes, in templumue, cuius ipſe
eſt hoſpes uendicet: ideo ſono eodem uocali, quo nomen profertur Edo-
nai pronunciari ſolet in lege Tetragrãmaton, quatenus nobis innoteſcat,
quod quicunque Tetragrammaton quæſiuerit, ipſum in nomine com-
periet Edonai. Non te autem effugiat, oportet nomini Tetragramma
ton quinquaginta quatuor quadrata nomina aſcribi, quę ipſius Tetra-
grammaton combinatione emergunt, horumq; literæ numerum ccxvi.
conſtituunt, quæ liiij. ſ. nomina myſterium ſunt defluxus uirtutis in om-
nia, quæ mundi machina ambit, & hęc (ueluti ſpiritus) literas reſpiciunt,
quibus nomen conſtituitur, quod eſt de lege exceptum, ubi perrexit an- Exod. 14.
gelus &c̄. Ipſa eadem liiij. (inquam) nomina, quæ uniuerſa continent
entia (manuducente Edonai) peculiaria cuiuſq; creati commoda largiũ-
tur: Edonai itaq; ſuijpſius diſpoſitionem, regnandiq; facultatem ex pro-
prijs quibus conſuitur literis oſtentat. Aleph enim myſterium ſignificat
Eheie, quod inter cętera nomina capitis uicem refert. Iod uero Tetragrã-
maton, cuius ſedes eſt Edonai prætendit. Dales autem & Nun liiij. nomi-
na exiſtentiæ denunciant: unde cuiuslibet modi inundationis, depen-
dentiæ, cunctorumque permanentiæ archanum relucet. Tota igitur re-
gnandi perficiendiq; poteſtas, ipſi committitur Edonai, quod & dictio
Edonai inſinuat: Hebraico enim hæc ſermone dominum ſonat, quia idi-
pſum (Tetragrammaton duce) extat totius terrarum orbis præſes &
rector. Et quoniam nullum creatum ipſum Tetragrammaton nomen
adire licet, niſi Edonai intercedente, decreuerunt priſci illud, in cuiuſq;
orationis capite tali ſerie commemorari Edonai .i. Domine labia mea a- Pſalm. 50.
peries, Scriptum enim eſt אדני Edonai, literis Aleph, Dales, Nun,
Iod, quo duce conſpectum Tetragrammaton intrat oratio. Quamlibet
enim inundationem dependentiamq; nomen Tetragrammaton, nomi-
ni infundit Edonai, id eſt, in quod opulentiſſima regis confluunt bona,
in eoque reponuntur in unum: & inde tranſmittit, & implet quicquid
creaturarum neceſſitas exigit: Piſcinæ inſtar, in quam trahitur flumen,
qua & horti, & campi, & cætera irrigentur uireta, merito cuius ipſum
quidem Edonai: in lege ברכה Berecha, id eſt, Piſcina nominari ſo-
let. Nam Beracha, id eſt benedictio prolatione Berecha, id eſt piſcinam ſo-
nat, qua gnatis benedixit Iacob, eamq; in hæreditatem ſuſcepit ab Iſaac,

Iſaac

Iſaac de Abraam, Abraam uero a nomine altiſſimi, ut (ea duce) re-
ſerandi portas Edonai, ſcientiam traheret, & ſibi & alijs uendicare poſſet,
Gen. 15. quæcunque poſtulat uſus. Hac itaque piſcina eum donauit, iuxta illud:
Et ſis Beracha, id eſt benedictio piſcinaue, non enim litera protulit. Sis
meuarech, id eſt benedicens, ſed Beracha, quia ipſa Berecha piſcina, ſcilicet,
tuæ poteſtati committitur, quam ſuſcipe, pro arbitrioque cuiuis homi-
Gen. 12. num impartiaris, in quod uergit illud. Benedicentur in te uniuerſæ cog-
nationes terræ, ac ſi dixerit, Quicunque huius piſcinæ quippiam exop-
tauerit, id uno te duce, expleri poterit, hanc ſiquidem tuam, tuæque ditio-
ni ſubditam ſtatui. Quare arbitrati ſunt maiores, primum eorum qui al-
Gen. 15. tiſſimum nomine uocarunt Edonai, extitiſſe Abraam, clamans Edonai
id eſt, domine Elohim Tetragrammaton, quid dabis mihi &c. ab hoc e-
tenim nomine ſua requiſiuit commoda. in huius hæreditatem ſucceſſit
Gene. 25. poſt Abraam Iſaac, iuxta illud: Poſt obitum Abraam, benedixit deus, I-
ſaac filius eius huius inſuper piſcinæ cauſa inter Eſau & Iacob, acerrima
longæuaque emerſit contentio. Hæc ipſa primagenitura eſt, quam E-
ſau uenalem expoſuit Iacob, cuius uenditionis contractui acquieuit rur-
ſus & Iſaac, dum Meſopotamiam Syriæ mittebat ipſum Iacob, ut ſcribi-
tur, ſurge & uade Meſopotamiam Syrię, deus autem omnipotens bene-
Gene. 28. dicat tibi, & det tibi benedictiones Abraam. Solo igitur Iacob, eiuſque
ſemini hæredium huiuſmodi condonata eſt piſcina, ideo quum Iacob mor
ti appropinquaſſet, hanc duodecim tribubus piſcinam aperuit, ut ſuam
quãuis tribuum hæreditariam portionem ſuſciperent, iuxta illud: Omnes
Gene. 49. hæ tribus Iſrael duodecim, hæc locutus eſt eis pater ſuus, benedixitque il-
lorum ſingulis ſecundum propriam benedictionem, benedixit illis, addi-
tur ſingulis ſecundum propriam benedictionem, ne forte exiſtimes, & pro libito cuique benedictionem impartiuerit (quod falſo creditur) ue-
rum quod ex hac piſcina peculiare condecenſque unicuique tribuum con
uenerit, id (non proprio, ſed ipſius piſcinæ dictamine) ſingulis exhi-
Deute. 33. buit. Sic & omnium noſtrum magiſter Moſe benedixit Iſrael, anteq; pro
miſſionis terram applicuerit, quod & illud innuit, hæc eſt benedictio qua
benedixit Moſe filijs Iſrael. Nomen itaque Edonai myſterium benedi-
Prouer. 10. ctionis exponit, benedictionem inquã, quę ei adhærentes, omni afflictione
ſolicitudineq; ablata diuites conſtituit, iuxta illud: Benedictio dei diui-
tem facit, nec ſociabitur ei afflictio. Quum uero nomen Edonai (the-
ſauri inſtar) omnium piſcinarum & defluxuum inundationem accipiat;
illi tanq; receptaculo. אדני Adne id eſt, Baſium dictio accommoda-
tur, ut baſes atrij in quibus ſtatuebantur columnę, centum enim argen-
Exod. 83. teę baſes tabernaculo fabricatę erant, iuxta illud: Centum baſes, centum
talenta, quę centum piſcinarum e magna piſcina Edonai haurientium ima
ginem præferunt: unde decretum eſt homini centum benedictionibus ſin-
gulis diebus benedicere, per quas de harum piſcinarum inundatione ali-
quid trahere poſſit, & ſi harum una defuerit, ac ſi maculam in ſanctua-
rium

rium inijceret iudicabitur, Huius uero mysticum de mystico pendet:

אֵיקָ בֵּכֵר aiak, bechar, id est aleph, iod, kof, bes, chaf, res.

ק	י	א
Israelita:	Leuita:	Sacerdos:
anima:	spiritus:	mens:
100.	10.	1.

quod & archanum innuit chahen, id est sacerdotis leuitę, Israel, idque mysticum designat animæ, spiritus, mentis, hinc protulit Dauid: benedic, anima mea deum, adaptauit enim benedictionem animæ secundum mysterium trium superiorum ordinationum, animæ enim centum benedictionibus benedicat præcipitur, quę ad Israel serie pręscripta respiciunt, de quibus decima (quę decem est numero) debetur spiritui, qui leuitam ordine coęquat. Ex his uero decem leuitę & spiritui coordinatis, rursus menti ꝓ decima traditur unum: unde collige ꝙ si non singulis dierum, centum benedictiones protulerit, non exhibebitur mēti una, quia nec spiritui decem, quę decima sunt leuitarum, hi enim decimam accipiunt ab Israel, cuius denuo ipsi decimam sacerdotibus tradunt, ac in hoc decimarum effulget archanum, quod in lege scribitur, & leuitis loquere dicens eis: quum acceperitis a filijs Israel decimas, quas dedi uobis de possessionibus eorum, auferte ab eo primitias dei, decimā de decima. Decimę autem decima, abditum monstrat. Aleph, iod, kuf, si enim non fuerit kuf, nec iod erit, nec (iod ablato) erit & Aleph. Præuideas igitur ut benedictionibus singulis diebus cętum benedicas, quarum si una defuerit, quasi maculatum sanctuarium relinquas existimaberis, quum eiusmodi benedictiones, centum argenteis basibus assimilari habeant, per quas inundatio nominis Edonai in piscinas centū undequaque diffunditur. Solet & in lege Edonai aliquando באר Puteus cognominari, quia uiuentium aquarum putei exemplum designat, in quem (ut pręposita innuunt) inundatio ac dependentia confluunt, iuxta illud: Fons hortorum puteus aquarum uiuentium, & distillantium de libano, & quamdiu iustitiam sectatur Israel, ac rite singulis dierum benedictiones cētum profert, uiua supernę inundationis aqua huiuscemodi puteus repletur, uniuersiq; Israel inde uiuam ad saturitatem undam e potantes omni diuitiarum bonorumq; genere abundant. Interdū etiā dictum Edonai באר שבע Beersceua, id est puteus septenarij dicitur, quia in ipsum per mundi fundamentum a septem supernis altitudinibus septem ducuntur torrentes: in huius uero putei occursu, alius sordidarꝝ turpiumq; aquarꝝ (extra parietem sphiros) est puteus cū reliquis multifariā puteorum generibus, in quibus serpentum scorpionumq; copia repit, qui & alienæ cisternæ dici solent, iuxta illud: Fouea profunda est meretrix, & cisterna angusta aliena. Qui igitur omnem prauitatis nequitiam amplectitur, haud illi unq̄ quisquam de Beersceua uiuentium aquarum haustus propinabitur. Sed in diras perditionis cisternas; quales & ipse effodit, irruet perpetuo, iuxta illud

Psalm. 102.

Num. 18.

Cant. 4.

Prouer. 23.

Hiere. 2.

Prophetę

prophetę: Duo inquit mala fecit populus meus: dereliquerunt me fontem aquæ uiuæ, & foderunt sibi cisternas dissipatas, quæ continere non ualent aquas, cisternam scilicet perditionis, cuius fundus basi suę rimis undiq; plena, aquam in se seruare non potest: sed uiperarum scorpionumq; cœtu circumquaq; repletur, cuius metu clamauit Dauid: neq; urgeat (inquiens) super me puteus os suum. Sępe insuper eidem Edonai ים Iam, id est maris cognomen adaptatur. Quia in idipsum (ueluti in mare flumina) omnis piscinæ inundatio dependentiaue collabitur, iuxta illud: omnia flumina intrant in mare. Mare enim non contentam aquam: sed continentem alueum insinuat, iuxta illud: Sicut aquæ operientes mare: & illud, Congregantia aqua uocauit maria: receptaculum ergo aquarum mare dicitur. De hoc autem mari multiformes angelorũ promuntur turmæ: uariaq; superum reptilium genera: quæ in undis quas mare complectitur reptant, iuxta illud, quod Dauid enunciat: hoc inquiens mare magnum et spaciosum manibus, illic reptilium innumeri, animalia pusilla cum magnis. In eo insuper uasta nauium nautarumq; multitudo, plurimaque uexilla in capite mali extensa, multiplices gurgites, & quę huius sunt generis, quibus mare ipsum sine interuallo fluctuat, iuxta illud: ibi naues pertranseunt. In huius autem maris latere alius quidam situatur locus, qui caricosum rubrumue mare nuncupari consueuerat, quod quidem limitibus terræ uicinum existit, quam indicat mensura Edonai: unde iudicium super Aegyptios irruit, quo & id, quod inferius mare rubrũ est impetu eos operuit, iuxta illud: deus enim pugnat pro eis in Aegyptũ: sic pariter latentibus in rebus sapientes eandem mensuram Edonai, mare sapientię uocant, quum cuiusuis sapientiæ ac dependentię, & quę de superna manant sapientia, hoc receptaculum extet, e cuius fonte omnes quidem sapientię participes sapientiam hauriunt & ebibunt: Hanc Regi Salomoni tradidit altissimus, ut scribitur, & deus dedit sapientiam Salomoni: is enim quum huiusce sapientiæ mare intrasset, effulgebat in eo uirtus, qua omnem tam in superis q̃ imis hierarchiarum ordinem calluit, ac nihil quod ipsum latu erit prorsus erat. Edonaiq; nominis uigore super solium sedebat altissimi, quo supera cum imis sui regni potestati subegit. Quia eum dei afflauit sapientia ad agendum iusticiam. Nonnunq̃ rursus nomini Edonai cognomen adscribitur. כל Col. i. omne, quoniam possidet uniuersa, eiq; nihil deest, & qui pro uoto aliquid impetrare nititur, nec potestatem nec locum alium exoret, ipsum enim omnia circuit & ambit, indeq; uoti compos, quicunq; illud implorat, efficitur. Et si mensura, quæ ipsa Edonai dimensione eminentior priorq; censetur, pariter omne nuncupari consueuerit, hoc tamen aliunde (ut infra explanabitur) radicem sortitur, quia igitur dimensio hæc benedictionis mysticum denunciat, scribitur in lege: & deus benedixit Abraam in omni quæ de Abraam migrauit in Ysac, iuxta illud: & comedi de omni, de Ysac in Iacob, ut scribitur: quoniam gratificauit me deus, & mihi est omne, quasi dixerit Iacob Esau, putas ne? dempto, quod tibi elargior

Psalm. 68.
Eccle. i.
Esaiæ. ii.
Gene. i.
Psalm. 103.
Psalm. 103.
Exod. 14.
3. Regum. 4.
Gene. 2. 4.
Gene. 27.
Gene. 33.

tibi elargior munere, minus mihi bonorum relinqui: nequaq̃. Omnes enim ſupernæ piſcinæ, quæ in ditione inq̃ Col. i. omne concluditur, claues poſſideo: idcirco & ſi plura tibi impendam, nec minus teneo quippiam.

Plerunq; etiam Edonai אבן ספיר SAPHIREVS LAPIS dicitur, quoniam ipſum totius mundialis fabricæ fundamentum extat: unde omnia ſua expetunt commoda. Appellatur itidem & אבן הראשה capitalis lapis, a quo ingenita caducae entia in opere principij promuntur ineſſe. At Saphireus ideo dicitur, quia (ſaphiri inſtar) omnifariam a ſupernis altitudinibus colorem trahit, & in creatis cõtraria diffundit: nam bonum nonnunquam, quandoq; malum, nunc interitum, nunc uitam, nunc languorem, nunc medelam, nunc egeſtatem, nũc diuitias miniſtrat: iuxta illud, Videte nunc quoniam egoipſe ſum, & non eſt Deus mecum: Deut. xxxij. ego occidam, & ego uiuere faciam: percutiam, & ego ſanabo. Hæc igitur dimenſio de fonte omnium ſphiros uim haurit, omnium modorum ad ſe piſcinas & dependentias trahens, cunctiſq; in eius ditione redactis, ſecundum cuiuſq; limitem, alimentũ uictumq; præſtat: iuxta illud, Lapis quem Pſal. cxvij. reprobauerunt ædificantes, factus eſt in caput anguli. Abraam em̃, Iſaac, Iacob, de ſuperioribus ſphiros ſuam quiſq; portionem ſumpſit. Dauid uero hanc, quæ inferior eſt, ſibi menſuram uendicauit: caput autẽ eſt anguli, quia in eam non minus ſupera uergunt, q̃ ima: ſupera quidem, ut ei uim, inundationem, benedictionemq; diſtribuant: in eam uero aſpirant ima, quatenus alimentum, permanentiam, uictuſq; commoda inde aſſequuntur: iuxta illud, Aut quis proiecit lapidem angularem. Qui & lapis eſt, qui Iob xxxviij. alumnus ſtatuitur Iſrael: iuxta illud, Inde paſtor egreſſus eſt lapis Iſrael. Geneſ. xlix. Hic ipſe lapis in altiorem lapidem ſua cupidine fertur: unde cuiuſuis gene- Exo. xxviij. ris haurit defluxum: iuxta illud, Sumeſq; duos lapides onychinos, & ſculpes in eis nomina filiorum Iſrael. Et illud, Domine Edonai deus, Tetragrammaton Elohim, quid dabis mihi, gloria enim cohabitans deſurſum trahit, trahiturq; & ipſa deorſum. Huic lapidi oppoſitus alius eſt lapis, Magnus lapis uocitatus, is quum putei os obturet, dirus tunc ſuppeditat Iſrael, quouſq; ille cui iudicandi competit ius accedat: iuxta illud, Acceſſit Geneſ. xxix. Iacob, & amouit lapidem ab ore putei. Et illud, Et Iacob perrexit in ſoc- & xxxiij. cos. Rurſus illud, Ecce dies ueniet Domini. Multotiens item ipſa Edonai dimenſio, בית המקדש DOMVS SANCTVARII cognomen Eſaiæ xiij. habet, quoniam domiciliũ hæc eſt, in quo peculiare degit altiſſimi nomen: quum enim montem Moria ſibi eligat, ſanctificetq; altiſſimus, in ipſo ſanctuarij domum ſtrui uoluit: iuxta illud, Sanctuarium domine Edonai fir- Exdoi xv. mauerunt manus tuæ. Id ſingulare hoſpitium ſibi ipſe ſtatuit: unde cœnaculorum, porticuum, cellariorum, totiuſq; domus forma ad formæ Edonai ſimilitudinem ſtructa erat, eo ſcilicet intellectu, quo de myſterio formæ membrorum hominis docuimus: quum uero calcitrauerit, præuaricatiue fuerint Iſrael, cohabitans gloria ſe abſtulit, domuſq; prorſus uaſta, & deſolata facta eſt. Quumq; Daniel (ut ſanctuarij reſtaurentur ædes)

Dani.9. deum ſupplex imploraret,in hanc menſuram ſe mente conuertens, Oſten de(inquit)faciem tuam ſanctuario tuo, quod deſertum eſt propter Edo/ nai. i. ſanctuarij, rurſus conſtrue domum: quod templum & ſedes exiſtit Edonai. Id uero quod libro Berachos in huius explanationem maiores noſtri enunciant.ſ.propter Abraam,qui te primus nomine uocauit,Edo/ nai, a ueritate utiq; diſſonum nõ eſt,dimenſio etenim hæc cuſtos erat Ab/ raæ, qua multiplicia uaria q; pro eo bella exercuit, iuxta illud, Irruit ſu/
Geneã .14. per eos noctu. Et illud,Quis concitauit? de oriente iuſticiã propter ipſum
Eſai.46. uocauit,prout in capite de iuſticiæ dimẽſione(annuente ſpiritu)elucẽſcet. Hæc eadẽ interdum menſura. שכינה SCHINA denoĩari aſſueuit. i. gloria cohabitans: quæ tabernaculo peracto aſſidue Iſrael incoluit, iuxta
Exod.25. illud:facientq; mihi ſanctuarium, & habitabo in medio eorum. Magna hic radix tenenda eſt: dum enim ab initio mundi machina fabricari cœ/ pit,gloria ipſa funditus ſedem locauit cum imis:omnium enim creaturarũ Hierarchiæ ſecundum graduum ordinem ſeſe reſpiciebant,cũ ſuperis.ſ.ſu pera,cum imis ima: unde et gloria cohabitans (hic ſua locata domo) infe/ rius moram traxit:cœli cum terra uinculo quodam mutuum ſortieban/
Geneſis.2. tur amplexũ,iuxta illud: uaychulu.i.perfecti:ſeu (ut literis dictio ſonat) comprẽhenſi ſunt cœli,& terra,& omnis exercitus eorum:nam unũ aliud cõtinebat,alterumq; altero promiſcue adimplebatur:& canales fiſtulę ac ſphiros ſuum adamuſſim exequebantur opus,a ſuperis deorſum adeo u/ berrime migrabant defluxus,ut tam inferiora q; ſublimia nomen repleret altiſſimi,iuxta illud:Cœli ſunt ſedes mea, terra autem ſcabellum pedum
Eſai.66. meorum. Dum igitur gloria cohabitans ſe non minus terrenis quam cœ/ leſtibus inſeruit,præuaricator Adam protinus effectus eſt, quare confun/ debantur ordines: fiſtulæq; canales anfractum ſubibant, piſcinarum re/ trahebantur defluxus: & denic; ſe abſtulit gloria, uinculiq; diſſolutio prorſus emerſit,quam exorſi mox ſunt,Abraam, Iſaac, Iacob rurſus re/ uincere: quumq; illam quoquo modo attraxiſſent, in tres glorię ſedes, ſua corpora redigebant:non tamen immobile ſuum intra caduca ſoliũ ſta/
Gene.17. tuit,ſed ſuperuolitando ſeſe illis appoſuit,iuxta illud:Aſcendit deus, deſu/
Gene.8. per Abraam &c̃. Quadrat et hic illud maiorũ patres.ſ.ipſa quadriga ſunt, Cohabitans igitur gloria hiſce temporibus per aẽra ferebatur,nec̃ potuit columba,ſicut nec in creationis principio pedibus requiem offendere quo/ uſq; Moſe una cum Iſrael ſanctuarium eiuſq; ornamenta fabricauerint, & canalium fiſtularum perplexionẽ correxerint,areolas ordinauerint, ui/ uamq; aquam per diſpoſitas piſcinas in hydriam retraxerint. Tunc deni/ q; gloria repetens inferiora non ſuper pauimentum(ut in creationis exor/ dio)ſed in tabernaculo ſibi hoſpitium repoſuit, iuxta illud: facientq; mihi
Exodi.25. ſanctuarium,& habitabo inter illos: hoſpitis inſtar qui erraticas luſtrare ſolet prouincias:habitabo.n.inquit(non inferius)ſed inter illos quocum/ q; ſcilicet greſſus ſuos tulerint, ſecum me conferam, eodemq; loco mini/
Num.10. me ſiſtam, iuxta illud: quumq; proficiſceretur archa: de hoc nimirum

doluit

doluit Dauid, ſtabile gloriæ domicilium ſtruere cupiens, iuxta illud: Sicut iurauit domino &c. Si introiero in tabernaculum domus meæ &c. Donec inueniam locum deo &c. quoniam elegit deus zion &c. hæc requies mea in ſæculum ſæculi. Quoniam igitur ad requiem gloriæ locum exquiſiuit Dauid: ſurge, inquiens, deus in requiem tuam, ratas eius cogitationes gloria ipſa ſuſcepit, unde ore prophetæ Natan ei denuncians: uade, inquit, & loquere ſeruo meo Dauid, ſic dicit deus, nunquid tu ædificabis mihi domum ad habitandum? neque enim habitaui in domo a die illa, qua de terra Aegypti eduxi Iſrael, ſed in tabernaculo, & in tentorio per cuncta loca quæ tranſiui cum omnibus filijs Iſrael: Nunquid loquens locutus ſum ad unam de tribubus Iſrael: quare non ædificaſti mihi domum cedrinam &c. Tu autem non ædificabis domum nomini meo, ſed filius qui exibit de lumbis tuis ipſe nomini meo domum ipſam ædificabit. Præparauit itaq; Dauid aurum, argentum, æs, ferrum, ligna, lapides onychinos, gemmas, lapides criſtalli, ac diſcolores, & omnẽ precioſorum marmoreorumq; lapidũ copiam, quæq; ſanctuarij ornamẽta diſpoſuit, eiuſdemq; conſtituit domus ſuperiora cœnacula, cellaria, talamos, atria, porticus et templũ, quorũ omniũ formã (ſancto cõſultore ſpiritu) effinxit, q̃ (ſpiritus inquã) cuiuſq; loci effigiẽ argẽti, auri, gẽmarũ, cęterorumq; quorumcunq; requiſitorum, exacte menſurã ac pondus iuxta ipſius gloriæ ordinem præbuit, quemadmodum ſcribitur: Dedit Dauid deſcriptionem porticus & templi cellariorum, cubilium &c. Et oĩm quæ cogitauerat atriorum & exedrarum per circuitum in theſauros domus dei, quæq; opera domus dei, & in uniuerſa uaſa myſterij templi dei, aurum in pondere per ſingula myſterij uaſa argentiq; pondus pro uaſorum & operum diuerſitate &c. Aduſq; in ſimilitudinem quadrigæ ex auro cherubin extendentium alas & uelantium archam fœderis dei omnia uenerunt, ſcripta manu dei ad me, ut uniuerſa exemplaris opera intelligentia &c. Vnde conſpicere licet, quoq; ordine pondere formaq; ipſum quadrigæ archetypum diſponitur, eodem & uniuerſa ſanctuarij opera ex altiſſimi ore diſpoſuit Dauid: ut illic ſedes gloriæq; hoſpitium ſiſteret. Huic inde ſucceſſit Salomon, qui iuxta patris documenta cuncta peregit, tuncq; mox gloria ipſa repetens imam hanc ſæculorum ædem ſolium ſibi ſtatuit, iuxta illud: tunc Salomo ait &c. Aedificans ædificaui domum, & habitaculum tuum firmiſſimũ, ſolium perpetuũ: ſcriptũq; eſt, Nunc ergo deus Tetragrammaton, deus elohe Iſrael, firmetur ſermo tuus, quem locutus es ſeruo tuo Dauid: credibile ne eſt? q; habitet deus Elohim cum hominibus ſuper terram &c. Nunc igitur cõſurge deus Elohim in requiem tuam: deus Tetragrammaton, deus Eloha ne auertas faciẽ Chriſti tui, memento miſericordiarum Dauid, ſerui tui. Quumq; compleuiſſet Salomo fundens preces, ignis deſcendit de cœlo, & deuorauit holocauſta & uictimas, & maieſtas dei impleuit domũ: Gloria igitur in terra ac domo ſæculorum requiem ſibi rurſus aſſumpſit, & in domũ ſanctuarij bene

Pſalm. ijj.

2. Regũ. 7.

Para. 28.

3. Regum. 8.

Pſal.133. dictionem effuderunt tractus canaleſq; fiſtulæ omnes, iuxta illud: Sicut ros Hermon, qui deſcendit in montem Zion, quoniã illuc mandauit De-
Pſal.49. us Tetragrammaton benedictionem uitam uſq; in ſeculum. Scriptumq; de Zion ſumma pulchritudinis deus apparuit Elohim. A domo autem ſanctuarij in uniuerſas terræ cognationes ſeptuaginta, quibus principes præſunt, canales ſcatebant fiſtulæ, per quas de Ieruſalem omnes quidem cognationes ipſæ bona ſuſceperunt, iuxtà illud: Et in te benedicentur u-
Gene.12. niuerſæ cognationes terræ. Et quia Salomo uiam æducendi ſcatebras in quemuis locorum de Ieruſalem nouit, gloriari uoluit dicens: feci hortos &
Eccleſ.2. pomeria, & conſeui ea cuiuſq; generis arboribus. Nunquid contingit uniuerſa arborum genera in eadem terræ parte produci? nouit autem Salomo, quis ex meatibus de Indorum plage trahitur, quem conſeuit pipere: quis Arabia, eumq; arbore conſeuit myrrhæ, ſic & de reliquis pariter cenſendum generibus: ad quod conuertit illud de Zion ſumã, pulchritudinis:
Pſal.49. de Zion enim (ueluti irrigatorio fonte) ipſa gloria cohabitans ad omnes terræ regiones (ſanctuario intercedente) benedictionum copiam effudit. Non ignarus autem ſcis ſoli Iſrael ſe gloriam cohabitantem exhi-
Exodi.25 buiſſe, iuxta illud: Facientq; mihi ſanctuarium, & habitabo inter eos, & dabo tabernaculum meum inter uos: ipſa etenim gloria (ut antea exara-
Leuit.26. uimus) templum eſt, quod nomen Tetragrammaton inhabitat: ſe nanq; ſpopondit altiſſimus Iſrael dicens: Quum tabernaculum meum aſſumpſeritis, non diſcedam a uobis in ſæcula: & ſi immunditia uos tetige-
Leuit.16. rit, haud unq; tamen uos deſeret gloria mea: ad quod innuit illud: Qui habitat cum illis in medio pollutionis eorum. Quum itaq; nomen altiſſimi tanto Iſrael munere condonauerit, ac in illis cohabitans gloria degerit, cunctis cellarijs theſauriſq; nominis Tetragrammaton, & quouis inundationis, dependentię, benedictioniſq; genere fruebantur Iſraelitæ: cuiuſq; enim abditæ penus claues tenuere, quibus defluxum & benedictionem omnifariam a cohabitante gloria ſuſcepere ualuerunt, iuxta illud: Et
Leu.26. dabo tabernaculum meum intra illos, perambulaboq; in medio ueſtrum uobiſq; ero in deum Elohim. Quaſi igitur pignus nominis altiſſimi in manibus Iſrael eſt gloria cohabitans: quam dum (ob illorum præuaricationem) ſanctuarij domus uaſta iacet, ſecum per captiuitatem ducit Iſrael: ad quod competit illud maiorum: Dilectus (inquiunt) eſt Iſrael, ut quocumq; tranſmigret, eum ſemper cohabitans gloria concomite-
Gene.55. tur, iurta illud: Ego tecum deſcendam in Aegyptum: Sic nec in Babyloni-
Eſaiæ 43. ca captiuitate hunc pariter cohabitans gloria deſerit, iuxta illud: In Baby-
Hiere.49. loniam miſſus ſum propter uos. Sic & cum eo (dum exul in Elom fieret) ipſa gloria commorabatur, iuxta illud: Et ponam ſedem meam in Elom. Similiter quum peregrinantur in Edom, nec illum gloria ea deſeri-
Eſaiæ 63. quit, iuxta illud: Quis nam eſt, q uenit de Edom. Quumq; ſuas repetat pro-
Deut.xxx. uincias, & gloria una cohabitans reuertitur, iuxta illud: uerſau .i. reuer-

tetur Deus

tetur deus Tetragrammaton deus tuus Eloha cum captiuitate tua : non enim ſcriptum eſt, uehecif.i. reuerti faciet, ſed ueſau .i.reuertetur. Scriptumq; eſt mecum de libano ſponſa, ubi tradunt magiſtri, hoc regis puerum admonentis exemplum præferre,dum ait:Si me quæſieris, in noſtri me filij commercio ſemper adinuenies, ut dictum eſt: Qui cum illis habitat in medio pollutionis eorum : & ſcriptum eſt : Qui ſecum habitat dum polluunt tabernaculum meum.Et iterum dicitur:Ne polluant caſtra manſionē ſuam,quam ipſe inhabito,neq; contaminent terram ipſam, qm̄ ipſe deus Tetragrammaton ſum habitans inter filios Iſrael. Conſueuit & ubiq; dimenſio hæc אהל מועד Ohel MOED .i. tabernaculum concilij nuncupari,quia dei,quam incolit domus eſt hæc,iuxta illud : & uocauit Moſem,& loquutus eſt ei deus Tetragrammaton de tabernaculo concilij dicens &c̄ : omnis enim dei ſermo ſe tabernaculo mediatore obtulit. At ipſe Moſe,quum dei ſermonem audire exoptaſſet,tabernaculi interiora adiens facie ad faciem dei ſuſcepit eloquia,iuxta illud:Quumq; uenerit Moſe in tabernaculū concilij &c̄. Ipſa uero Chaldaica æditio,hoc nomen Tabernaculum,habitaculum profert,qđ utiq; cohabitantis glorię myſterium inſinuat:dictio autem Moed (quam latina æditio teſtimonium dicit)hebraico eloquio (ut Chaldaicus interpres tranſtulit) cōcilium paratuſue denunciat,quia altiſſimi nomen, ibi ueluti in concilij ædibus paratū ſemper cōperitur, iuxta illud : Et tecum ibi conueniā. Interdum et hęc mē ſura צדק Zedech.i.iuſtitia cognominatur,quia ſcłorum domos eligens, aſſidue gloria hæc Ieruſalem incolebat, iuxta illud : Plena iudicij iuſticia pernoctauit in ea. Ad huius uero doctrinam ſcito præſcriptam menſuram inferiorem lenemq; iudiciariā domū uocitari, in quā ab altiori iudicij domo(menſuram dico fortitudinis atq; timoris)quum defluxerit inunda tio,ipſa quidem iudicium,in gladium aut pacem,in famem aut ſaturitatē, in interitum aut uitam,in languorem aut ſanitatem iudicando exequitur.

Itidem hæc a timoris ac fortitudins dimenſione hauriens alia quæcumq; ſæculi iudicia miniſtrat, & dei exequitur certamina, quam fortes ualidiq; ſexaginta gladijs cincti bellorumq; magiſtri ambiunt,ut profligant et interminant,prouinciasq; deprædentur & uaſtent,regna ſubuertant, uindictæ ſupplicia ſuggerant.Nam quum menſuræ huic ZEDECH cognomen accommodatur,ingens tunc legionum acierumq; numerus imperio eius ſubigitur,quas propugnatores appellant,qui ad debellandum uibrandumq; enſes, pugiones, tela, arcus, ſagittas & iacula geſtant : Hæc eadem comes erat menſura Abraæ, dum bella cum regibus exercuit , qua duce profligatis regibus certaminis uictor euaſit, iuxta illud,Quis nam concitauit de oriente iuſticiam:eam uocauit propter ipſum(ſeu ad pedem eius) Vocitatur & dimenſio hæc חרב GLADIVS ultione fœderis ultor, q̄ ueluti iudex Hieruſalē inhabitans corrigit Iſraelitas, illorū iniquitatū delictorūq; adeo debita repēdens,ut omnes iuſti permanſerint : Quapter

Canti.iiij.

Leuit.xvj.

Num.v.

Leui.i.

Nume. viij.

Exodi.25.

Eſaiæ 4.

ſtatuerunt magiſtri hanc ideo iuſticiam uocitari, quia eorum auferens ſce-
lera, iuſtos reſtituit, iuxta illud: Nec dicet uicinus elangui, populus qui ha-
Eſaiæ 33. bitat in ea auferetur ab eo iniquitas, quod hanc uidetur ſententiam reſona-
re, uidelicet non dicent hi, qui Hieroſolymam incolunt. Cur enim aſſiduis
languemus anguſtijs, quia hæc dimenſio, quæ lenis iudicij domus dici-
tur, illic continue hoſpitatur, quatenus (illorum debita quæq; exigendo)
ab iniquitatibus delictiſque expurgati ac iuſti, & ad futuri ſæculi uitam
prompti conſiſtant: ad hoc facit & illud, Vos duntaxat ex omnibus ter-
ræ cognationibus noui, Quapropter reddam ſuper uos omnes iniqui-
tates ueſtras. Quoniam autē hoc ipſum iuſticiæ metrū Hieroſolymis nul-
la temporis intercapedine (iudicium miniſtrans) degit, non per noctauit
ibi quiſpiam in iniquitate pollutus: in die enim illa cuiuſq; diei expurgauit
debitum, ne ſuper urbis incolas ſcelerum farraginem coaleſcere permitte-
Eſai. 1. ret, iuxta illud ZEDECH .i. iuſticia pernoctauit in ea: & quia ueſti-
bulum dimenſio hæc eſt, quo ad Tetragrammaton ingreſſus admitti-
tur, quoue iuſtos ab impijs Tetragrammaton ſecernit, & nuſq; in-
troeundi impijs aditum præſtat: ideo lætatus eſt Dauid, quum hanc ſibi
placabilem nouerit: cuius auxilio faciē nominis altiſſimi uiſendam adiuit,
ut ſcribitur: Ego per iuſticiam uiſitabo faciem tuam. Haurit & hoc idem
metrum aliqñ miſericordiā, eaq; repletur erga Iſrael, cum gratia miſericor-
Eſaiæ 1. diaq; iudicandi munus exercet, unde iudicium, gratia & miſericordia per-
Pſalm. 83. mixtū dicit, idcirco dictū eſt: Repleta iudicio iuſticia pernoctauit in ea. Et
iuxta illud: Iuſticia & iudicium paramentū ſolij tui. Vnde dicit, Corrige
Pſalm. 9. me deus iudicio tantum, non ira tua ne in minus redigas me. Et huiuſmo-
di dimenſio iudiciariæ domui in terra Iſrael uendicata eſt, iuxta illud: Et ip-
Pſalm. 9. ſe iudicat terram in iuſticia. Reliquæ uero nationes iudicantur per do-
mum iudicandi, quæ profertur Meſarim. i. rectitudines, iuxta illud: Iu-
dicat gentes cum Meſarim: iudiciariæ namq; ædes, quibus gentes iudican-
tur ſæculi, miſericordiam gratiamue nequaq; miniſtrant, ſed minime in-
Deut. 16. dulgendo menſuram menſuræ coæquant. At menſura iuſticiæ domui
Deut. 16. iuſticiarię Iſrael tradita eſt, iuxta illud: Iudices & exactores conſtitues &c.
Et iudicent populum iudicio iuſticiæ. Et ſcriptum eſt, Iuſticia iuſti-
ciam perſequere: iuſticiam. ſ. inferiorem, & eam quæ ſuperius iuxta my-
ſticum Edonai, Elohim, Tetragrammatō. Apponitur autē ibidē ut uiuas
.ſ.p iuſticiam quæ ſuperius: et hæres ſis. ſ. iuſticiæ quę inferius. Ipmq; hoc
Exodi. 34 iuſticiæ metrum, qm a ſuperiori prætorio, quo iudicat Iſrael, ſibi aſſumit
influxum, ideo nomine Edonai ubiq; uocitari ſolet. Quod dedicandum
in domum iudicij Iſrael ſummopere requiſiuit Moſe: Si gratiam (in-
quiens) obſecro inueni in oculis tuis dñe Edonai, ambulet quęſo in me-
Exodi 23. dio noſtrum Edonai &c. Gentes uero ſuperior iudiciaria domus (angelo
principeue mediatore) iudicat, quorum angelorum (inquā) aut prin-
cipum neminem a ſtatuto diſcedere licet, iuxta illud: Ecce mittam ante te
angelum ut te cuſtodiat in uia &c. a cuius cōſpectu prę monitus eſto &c.

quoniam

quoniam non ſuſtinebit peccata ueſtra. De iuſticiæ uero dimenſione, quę prętorium eſt Iſrael, ſcribitur: Dei Tetragrāmatō, dei noſtri Elohim miſe ricordiæ ſunt & ꝓpiciationes, quum p̄uaricati fuerimus in ipſum. Et ſcri ptum eſt: Edonai audi, Edonai propitius eſto, Edonai auſculta &c̄. Vbi aduertendum, ꝙ prohibentia legis mandata, q̄rum exceſſu retributionis ac uindictę iudicium expectādum eſt, trecentum ſexaginta quinq; ſunt nu mero, qualis eſt dierum numerus, in q̄s ſolaris anni periodus abſoluit̄, in quibus delinquere poteſt homo. Verum quia Edonai miſericors menſurā ipſa iniquitatem omnem, cunctaue ſcelera noſtra abſoluit, ideo trina exꝓ primitur prolatione Edonai, iunctum literis, quæ iuxta prohibentium mandatorum numerum. cccIxv. componit. Hæc eadem menſura quum iudicium exequi proponit ſuper Iſrael, ſe tunc gratiæ & miſericordiæ indumentis operit, iuxta illud: Quomodo dabo te Effraim, tradam te Iſꝓ rael &c̄. Conuerſum eſt in me cor meum, ſimul incaluerunt pœnitudines meę. Quando enim in pœnitentiā prorumpit Iſrael, ipſa iuſticię dimenſio propter iudicium in Iſrael explendum dolore angitur: idcirco quum iuꝓ dicet, illos non dire, ſed pie (ueluti gnatum pater) redarguit, iuxta illud: Quem diligit deus, corrigit, & ſicut patris in filium ſpirat uoluntas. Scriꝓ ptumq; eſt, Beatus uir quem corripit deus &c̄. Nec ignoret cor tuum ꝙ non aliter ac uir filium, te deus Tetragrāmaton, deus tuus elohim corꝓ rigit & obiurgatur. Inditur etiam dimenſioni huic uniuerſa in lege prōꝓ nomen אֵנִי ENI. i. EGO. quia metrum hoc prætorium Iſrael exiꝓ ſtit, quod uindictæ pro eis ſupplicium infert, ac ſæpius de crimine, eiuſꝓ q; iudicij formidine præmonet Iſrael, quum fieri nequeat, quin ipſum iuꝓ dicandi opus exequatur, iuxta quod ubiq; ſcribitur: Et timeas deum tuū Elohim, ego ſum deus. i. timere formidareq; oportet iudiciū meū. Et ſi miſericordia ei iuncta ſit, iuxta illud: Et ego quoq; incedā &c̄. Et ego quoq; corripiā uos. Profert aūt ibidē litera ſeptuplū ꝓpter peccata ueſtra, eo ꝙ dimenſio iſta ſeptenarij puteus dicitur: uarij em̄ putei, ſunt, timore uidelicet, robore iudicioq; repleti: putei. ſ. Iſaac, de quibus ſcribitur: Et indeaꝓ ſcendit Beerſeua. i. puteum ſeptenarij. Iſaac autem eſt, qui per ſeptem fluꝓ mina iudicia trahit ad templum Edonai, quorū alia iudicij, alia pietatis alueo prolabuntur, iuxta illud: Ego interimo, & uiuifico: uulnera infero & medelam adhibeo. Et quoniā menſura hinc uindictam ſumere, hoſteſꝓ que debellare conſueuit, ideo Aegyptiorum ipſa primogenitis plagam inꝓ tulit, atq; de eorum medio Iſrael eripuit, ſuperna tamen iuſticia duce, quæ Iubileus dici aſſueuit. Quumq; primogenitos ipſa percuſſiſſet, nec anꝓ gelus, nec princeps, aliudue quippiam operi manus iniecit, iuxta illud: Et tranſibo per terram Aegypti nocte. & percutiam omnem primogeꝓ nitum in terra Aegypti ab homine aduſq; iumentū: & in omnes deos Aeꝓ gypti inferā iudicia ego deus: Vbi dixerunt maiores tranſibo per terrā Aegypti ego, & non angelus: percutiam omnem primogenitum ego, & non Saraf. i. angelus urens: et in omnes deos Aegipti inferam iudicia ego, et nō nuncius, ego deus, ego ipſe, & nullus alter: unde admonens Iſrael, Voꝓ

Daniel ix.

Oſee xj.

Prouer. iij. Iob v.

Deutro. viij.

Leuit. 26.

Gene. xvj.

Deutro. 32.

Exodi xiij.

bis,inquit,hac mẽſura redẽptor exto.qua & uos iudicare ſoleo,iuxta illud,
Leuit. xxij. Qui uos eduxi de terra Aegypti,ut ſim uobis in deũ Elohim. Idẽ repetens
ait,Ego deus Tetragrãmaton,deus ueſter Elohim,hanc quippe ſententiã
& in capite & in fine ꝓferre cernis,Ego Deus deus ueſter, unũ quidem ad
miſericordiam,alterũ ad iudiciũ. Qm̃ aũt huius menſuræ ditioni quęq;
ſubĵciunt̃ ſęculi creata,eiſq; magnus cõſtituit̃ alumnus,cuius amplitudini
qđ uis creatorũ aſpirat: appellat̃ & hæc in lege מלכות MALCHVS,
.i. regnũ,quia ea manu ducẽte rex Tetragrãmatõ ſua quæuis munia obit,
iuxta illud:dei Tetragrãmatõ eſt regnatio,p̃eſtq; gẽtibus:regnatio et dña
Pſalm. xxj. tio ambo pręſidentiã,poteſtatemq; declarant: nomẽ aũt Edonai, qđ do-
miniũ inſonat,ab Eheye & Tetragramatõ recipiendę uirtutis, inundatio-
niſq; modũ teſtat. Regni uero dictio pręſidentię normã edocet vi. ſ. iudi-
cĵ emergẽtis a nomine Edonai,nam hoc ipſum (intercedentibus ccxvi. li
teris,quas liĵ. exiſtentię cõtinent nomina) populũ ſuũ dĵudicat. uerũ qa
metrũ hoc fœderis ultionẽ explere cõſueuit,ideo mãdata eius uilipẽdentẽ
regẽ Saul a ꝓprio regno diſpulit,q; exinde tradidit Dauid. Vnde MAL-
CHVS.i.regnũ domus Dauid uocitari ſolet,quæ quidẽ cõmenſuratio a
Dauid cõmercio minime diſcedẽs, eiuſdẽ bella hoſtilemq; uindictã exer-
Pſalm. xvĵ. cuit,ex quo protulit Dauid. Perſequar inimicos,eoſq; aſſequar &c̃.quos
et uulneribus cõfodiam &c̃. Huic mẽſurę adhęſit Dauid,unde & regnã-
di munus accepit,q; ꝓnus implorare ſolitus. Ad te (inquit) deus Tetra-
Pſalm.xxix grãmaton clamabo,et in dñm Edonai preces effundã:hac duce ſuos ꝓfli-
Pſal.xxxĵĵ. gauit hoſtes,iuxta illud: Surge et expgiſcere ad iudiciũ meũ deus Elohim
Pſal.xxxvĵ. et dominus Edonai iniurgia mea uidiſti,deus Tetragrãmatõ ne ſileas,dñe
Ibidem. Edonai ne ꝓtinus ſis a me:& prona eius in hanc ſemper erat cupido, iux-
ta illud:domine Edonai erga te omne deſideriũ meum : nec a te abſcondi-
Pſal.xxxviĵ tus eſt gemitus meus:& ſcriptũ eſt,Quoniã te deus Tetragrãmaton expe
ctaui,& tu reſponſum dabis domine Edonai,deus meus Elohai. Et ſcribi
tur : Nũc aũt ad quid ſperaui? domine Edonai ſpes mea in te eſt. Et quo
ties ipſum oppreſſit tribulatio,in hanc ſuum ſemp poſuit refugium, iuxta
illud:in die tribulationis meę domine Edonai quęſiui:ſcriptum etiam eſt,
Pſal. lxxvĵ. Miſerere mei domine Edonai,ad te clamo tota die. Et quoniã huiuſcemo-
di metrũ in tranſmigratione comes eſt Iſrael,ideo dicere cõſueuimus:reg-
num domus Dauid Chriſti tui ꝓpere ſubleua, ipſumq; ſuam in priſtinã
ſedẽ repone. Dicitur & aliquoties dimenſio eadẽ נשר NESER. i. Aqui
la,ſeu uirentiũ decidua,quia dum iuſticiã operatur Iſrael,ab uniuerſis ſupe
rum altitudinibus ad hanc omnifariam inundationẽ,dependentiam,miſe
ricordiã,gratiãq; trahit,ab uniuerſis (inquã) quę hac ſphiro ſuperiores e-
xiſtũt. Sed quũ a uñs altiſſimi retro ſe transferat,tũc metrũ hoc,cuius (ue-
luti pomerĵ aquarũ penuria) folia defluunt,egens, inops ac aridũ ꝓſtra
tumq; iacet, unde ut arborei decidũt fructus, ſic & miſeri paſſim Iſraelitæ
in obprobria conuiciaq; uergunt: quũ em̃ a ſuperis commenſuratio hæc
quicq; deueſci tranſglutireq; nequeat,nec aliquid in Iſrael ipſa depromere
trãsfundereq; poteſt: & Neſer tunc uocitatur: quod idem dictione ſonat

quod arbor, cuius Noſer.i. decidunt fructus, ſurculi, ac frondes, Iamq; prætulimus arboris radicem eſſe nomen altiſſimi, & nomina alia ueluti ramos, Itaq; cohabitans gloria quum nihil de ſuperis rapiat, tunc egeni, ſiticuloſi atq; eſurientes exiſtunt Iſraelitæ, ab eaq; (non ſecus q̄ ab arboris trunco) cadunt ut folia. Interdum autem dimenſio iſta opibus profluit, aliquando egens diminutaq; iacet, plena quandoq;, exhauſta nonnunq;, iuxta illud: Quemadmodū aquila ſuum concitat nidum &c̄. Quumq; ad Deut.xxxij. pœnitentiam conuertitur Iſrael, tunc eam, in quem prius obtinuerat ſtatum reducit, ut in illam ſupernæ piſcinæ canales fiſtularū reintegratione ſtillent, quibus undiq; locupletiſſime repleta, denuo uires reſumit, iuxta illud: Qui ad ſaturitatem ornatui tuo bonum tribuit, renouabitur ueluti Pſal.102. Aquila puericia tua: Hanc dimenſionem Neſer, i. Aquila dictam magna alatarum aquilarum turma concomitatur, quæ ipſius quadrigæ Aquilæ uocitantur: hæ ut Iſraelitas de Aegyptiorum onere degrauarent, eis in Aegipto ſuperferebantur, iuxta illud. Vos uidiſtis quid feci in Aegypto, Exodi xix. & uos ſuper aquilarum alas portaui, & harum quadrigam conſtituentiū aquilarum, plenitudo & præſtantia, plenitudinem & præſtantiam Iſrael in lege & mandatis, ſicut & earundem diminutio, Iſraelitarū ab his receſſum cōſequitur. Quoniam uero hanc ipſam dimenſionem ut inde inundationem contrahat, altioribus annecti oportet, ideo poteſtatem Iſrael donauit altiſſimus, ut uinculo quodam ipſam altioribus ſubnectere ualeat. Quod myſteriū eſt תפלה TEPHILA. i. iunctio, ſeu copula, ornamē tumue manus, iuxta illud: Et ligabis ea in ſignum ſuper manum tuam. Quare edocuerunt magiſtri, quod quicunq; legit lectionem Sema. i. audi Iſrael, mane abſq; ornamentis is de ſe falſum teſtimonium perhibet, & omnis ei uia clauditur, ne intret oratio, una enim tephilia. i. oratio ſeu copula, ex alia pendet tephila. oratio. ſ. ſeu copula oris, Et copula manus, quę (in quam) manus copula portas referat, quibus ad nomen Edonai introire licet, unde & ad nomen altiſſimi. Idcirco legendo matutinam lectionem Sema, ipſa ornamenta apponere præcipitur. Dixerunt maiores ſabbatis alijſq; ſolennibus diebus non ſunt tempora, quibus apponenda ſint ornamenta, ubi grandia quidem myſtica proponuntur, his enim cunctis diebus, ſunt patentes aditus. Quapropter ſabbatorum aliarumq; celebrādarū dierū exceptaſunt tempora, quia ipſa hæc ſignū ſunt, alteriuſq; ſigni connexione non egent. Rurſum dictio, qua lex prophetæ, Agiographiq; utuntur, eſt כה. Ko. i. ſic, Quia metrū idipſum quorumcūq; altitudinū hoſtium eſt, & ſancti ſpiritus myſticum deſignat, quo prophetiæ machinam uniuerſus prophetarum chorus ingreditur: unde ſæpius prophetæ colloquijs ſuis hanc dicendi ſeriem inſerunt. Sic dicit dominus: Menſuram hanc (ut ante differui) cum imis reponere cœpit Abraam: cui & primus nomen accommodauit Edonai dicens: Edonai, Elohim, Tetragrammaton quid dabis mihi: cui dominus reſpondēs, ait, Quod nec ſyderū, nec ullus tam ſuperū q̄ inferiorum eſſet ordo q̄ ei prolē ſponderet: Geneſis xv.

id ipſum

id ipſum ſolo uigore dimenſionis, Ko. euenire poſſe: hæc enim orationum eſt ianua, qua ſyderum minas propulſare, eiuſq; petitiones exorare contingit. Ipſa iudicij dimenſionem in miſericordiam transfert, pro exanimi namque uiuentem, pro languente ſanum, pro ſterili fœcundum reddit: inde enim cuncta dependent, & omnibus ueluti ianua introitum præ-
Gene.15. ſtat. Idcirco Abraæ ſpoſpondit altiſſimus: Sic erit ſemen tuum: qua ſi dixerit, menſura hac intercedente, ingrediendi tenebis aditum, ad omnium ſcaturiginum fontem, omniumq; genitorum originem, eum aduſq; locum: qui omnium fatalium ſignorum ſignum dicitur, a quo in uniuerſa fatalia ſigna, uiuus ſuperum liquor effluit. Signo hoc ductore ſemen propagare poteris: ipſum enim eſt in quod maiorum hæc uertitur ſententia. Vniuerſa de fatali pendent ſigno, etiam lex in templo repoſita: non autem de ſydereo ſigno, ut praue nonnulli arbitrantur, audiendus ſermo eſt. Sic & quicquid (cap. cui obtenebratur) de fatalibus ſignis protulerint, miranda ibi concludunt archana. Quum uero commenſuratio iſta in hæ-
Gene.12. reditatem condonata fuerit Abraæ, iuxta illud. Et ſis benedictio & deus
Gene.24. benedixit Abraæ in omni, id eo opus erat, ut altiſſimus clauem traderet Iſrael, qua piſcina hæc reſerari poſſet. Qua de re ſacerdotibus ſuperum claues prębuit, quibus piſcinas, inundationem, ac dependentiam ab altitudinibus omnibus, ac ſupremis ſphiros in hanc piſcinam, Ko. protraherēt,
Num.6. idcirco mandauit iuxta ſacerdotum benedictionem, loquere Aron & filijs eius dicens, Ko. i. Sic benedicite &c̄.

Quumque metrum huiuſcemodi benedictum repletumque extiterit, tunc benedictio, defluxus ac dependentia applicat Iſrael, iuxta illud, Et po-
Ibidem. nent nomē meū ſup filios Iſrael: & ego benedicam illis: ſacerdotalis enim benedictio in. Ko. metro clauditur, iuxta q̄d pſallit Dauid: & ſancti ſeu gratia pleni tui benedicunt tibi, hebraice benedicūt. Ko. de q̄ pariter ſcribitur, & erit in ſignum ſuper manum tuam. Hæbraice ſuper manum. Ko. Nos autem alligamus leuæ ornamenta, eo quod de ſiniſtra dimenſione: quæ eſt timoris acroboris, prodit uirtus in metrum. Ko.

Et quoniam commenſuratio hæc. Ko. pro Dauid bella peregit: ideo ceci-
Pſalm.17. nit p te, hebraice per. Ko. curram accinctus, ſeu in accinctam militiam: huius enim dimenſionis uirtute profligit Dauid, & perſecutus eſt hoſtes, eadem & hæc debellauit reges pro Abraam, prout in dictione iuſticia ędidimus. Metrum, id eſt quod prodigia & ſæculi portenta oſtentat, quodque decem in Aegyptio plagas intulit. In hoc autem te erudiri uelim: Placuit maioribus Aegyptum in ſecundo collocari ordine poſt terram Iſrael: Aegyptiorum autem princeps ex proceribus eſt dominorum gentium, adeo ut ex cœleſtibus ſibi uendicet ſignis, quod primæ geniturę uicem gerit, ſignum, ſ. Arietis, cuius eſt ortus in menſe Niſſan, qui men-
Exodi.12. ſium primus accipitur, iuxta illud: Hic menſis uobis primus ſit menſium. Quoniam igitur ſuo principi adhæſit Pharao: ac nominis

Tetragram-

Tetragrammaton expers prorſus extitit, eo quod huic domino erat dicatus, ad ipſum delegauit altiſſimus Moſe, qui ei exponeret quendã uniuerſi omnium principum & exercituum mundi dominum & præſidem conſiſtere, qui ipſe (inquã) eſt altiſſimus, cuius portio atq; poſſeſſio eſt Iſrael: quicq; Moſe eundẽ Pharaonẽ prẽmonuit, ut Iſrael dimitteret: q̃ nullo cœleſtis ſigni ac ſyderis uigore, ſed altiſſimi nutu regitur, a quo accepit Moſe, nullum Dei ſcientiam aſſequi poſſe, niſi cui prior ianua pandatur. Ko. Qua recluſa, altiſſimi dictio Tetragrammaton in ea tanquam propriis ædibus temploq; refulget: iuxta illud, Dixitq; deus Elohim Moſe, Eheie eſer eheie. i. ſum qui ſum: & dixit. Ko. i. Sic dicas filijs Iſrael, eheie. i. ſum, me miſit ad uos. Deinceps repetit idem, & dixit deus Elohim Moſi, Sic dicas filijs Iſrael deus Tetragrammaton, deus patrum ueſtrorum &c̃. Hoc eſt nomen mihi in æternum, & hoc eſt commemoratio mea in generatione & generationem, quamuis hic multifariam lateant abdita, unum tamen expedit hoc ſcias. Hanc dictionem eſſe. ſ. Ko. per quam ad nomen Tetragrammaton ingreſſus admittitur. Idcirco. li. æternum Hebraice litera caret uau, & ſcribitur, lealam, quod ad celandum ſonat, quia occultandum eſt nomen Tetragrammaton dum legitur, uetitum namq; eſt ipſum, niſi in ſanctuario ſuis literis enunciare, nec illud proprio niſi cognomine proferre licet: Et hæc eſt recordatio mei, ſcilicet Tetragrammaton templum, nomen Edonai, ac ſi dicat, quoties nomen reperies Tetragrammaton, ipſum pronuncia cognomine Edonai, iuxta illud ſapientum, non quibus characteribus inſcriptum iaceo, eiſdem uoce nuncupor: ſcribor enim literis iod he, proferor uero Edonai. In his ambabus lectiunculis quibus nomen Ehei & Tetragrammaton commemoratũ eſt, ſcribitur dicto. Ko. quia hoſtium eſt per quod ad hæc duo accedimus: tria enim (ut prius explicui) nomina ſunt in capite Eheie: in medio Tetragrammaton, in extremo Edonai. Quia igitur uocalis commemoratio nominis Tetragrammaton fit cognomine Edonai, in his duabus lectiunculis mentio eſt dictionis. Ko. Et quum iuſſu altiſſimi ad Pharaonem acceſſiſſet Moſe in hanc menſuram uti in nominis Tetragrammaton porta ſermonem aperuit: iuxta illud, Deinde uenerunt Moſes & Aaron dicentes Pharaoni. Ko. i. ſic dicit deus Tetragrammaton, deus Elohim hebræorum &c̃. Quibus Pharao reſpondens ait: Quis nam deus Tetragrammaton, cuius uoci auſcultare debeo? Cui rurſus Moſes: Si ate, inquit, altiſſimi nomen abditum eſt. Scito priorem ianuam, per quam ad eius notitiam ingredimur, eam eſſe quæ dicitur. Ko. qua & cœli creantur et terra: iuxta illud. Ko. i. Sic dicit deus El. deus Tetragrammaton creans cœlos &c̃. Ipſa eadem eſt quæ prauis omnibus & præuaricatoribus ſupplicia rependit, iuxta illud: Nec audiuiſti ad. Ko. i. hucuſq;. Ko. i. ſic dicit deus Tetragrammaton, per hoc noſces quoniam ego deus Tetragrammaton in medio terræ, ecce ego macke. i. percutiam cum uirga quã manibus teneo, omnem. n. plagam intulit menſura Ko. quarũ (ut iudiciũ expoſtulat)

Exodi iij.

Exodi vj.

Eſaiæ xlij. Exodi viij.

expoſtulat) unaquæq; quinq; modis plaga erat. Eadem et ipſa primogenitorum flagellum præbuit, quum Aegyptiorũ numen inter cætera gentium numina primogeniti uices obiuit, percute cardinem, & commouentur ſuperliminaria. Quapropter quum a pluribus legis mandatis receſſerit homo: illum quatit, & uindictæ pœnas impendit, eumq; (iubet altiſſimus) qui de docentis et ſeptem prohibentibus legis prȩceptis unũ tranſgreſſus fuerit, in hoc quod nobiſcum eſt prætorio, quadraginta diuerberari flagellis, ne diras atrocioreſue menſuræ. Ko. procellas ſubeat Iſrael.

Eſaiæ j. Quoniam uero noſcit bos poſſeſſorem ſuum, & aſinus præſepe domini ſui, ideo metrum hoc manu ducente boue & aſino, peccatores plectit: unde id quo uerberum infertur ſupplicium, de aſini & bouis corio texitur. Quumq; menſura hæc de timoris atq; fortitudinis metro hauriat, indeq; repletur, tunc uaſtat prouincias, uariiſq; ærumnis & cladibus uniuerſa ſæculi agitat. Quamobrem præmonuit altiſſimus Iſrael, ut cum menſura. Ko. caute ſe gerat, ne ipſa (formidinis ac roboris metro duce) ferueat exacerbeſcatq; in iram: Sed operam nauet (ut in eum ne ſæculum diſſipet) miſericordiam benedictionemq; inducat: iuxta illud. Ko. i. Sic

Numeri vj. benedicite filiis Iſrael, id eſt, ad eam benedictionem, gratiam & miſericordiam attrahite, quatenus & uos benedictio inhabitet. Huius uero contrarium ſummopere cauendum, acerrime enim eius affligit concuſſio: iuxta

Deut. xxv. illud, Quod ſcribitur quadraginta uerberibus eum percutiet, & non addat, Id eſt, ſi peccator quadraginta hæc ſuſcipit flagella, non affligent eum quadraginta uerbera mẽſuræ. Ko. Quę his ingeſtis per uos ſupplicijs longe atrociora ſe offerũt: Cui deinceps annectitur, ne ipſum ulterius percuciat maka raba, hoc eſt percuſſiõe magna, quaſi innuat, niſi quiſpiam quadraginta in hoc ſæculo uerbera ſuſceperit, futuri ſæculi flagella uerbere aſperrimo euitare non poterit: pro quo dixerunt maiores, non eſt Macho legendum, ſed miko. i. de Ko. Raba uero numerum componit ccvij. iuxta prohibentium mandatorum (quorum tranſgreſſores uerberibus pœnam luunt) numerum, quem lex ipſa continet. Explanauerunt inſuper magiſtri, quod ſcribitur: Quadraginta uerberibus eum percutiat: nõ addat quadraginta, inquiunt, quibus unum deeſt: omnia enim ipſa nos edocuit ſcriptura. Quũ igitur de primogenitorum plaga moniturus Moſe acceſſerit, illam a menſura. Ko. prodire innuit: iuxta illud. Ko. i. Sic di-

Exodi xj. cit Deus Tetragrammaton, circa dimidium noctis ego exibo inter Aegyptios, ubi priſci tranſibo (aiunt) per terram Aegypti, ego, & non angelus &c̃. Menſura eadem in principij opere עץ הדעה Ez HADAAS, id eſt lignum ſcientiæ dicitur, in qua delinquens Adam a mortalium ipſe commercio ſe abſtulit: coloris namq; (ut prędiximus) omnifariam ſuſceptrix hęc eſt, qualiſq; in eam ſuperioribus uis ſtillans exiſtit: talem in creata effectum, mortem ſcilicet aut uitam, malum bonumue diffundit. Idcirco

Geneſis ij. ſcribit lex lignum ipſius ſcientiæ boni & mali: ſi enim bonum, cur malum: ſi malum, quanam ratione bonum. Sed hæc ideo lignum uocatur ſcientię, quia

Quia dictio Tetragrammaton ipsa scientia est, mensuraq; Edonai lignum est nominis Tetragrammaton, & eiusdem quas inhabitat ędes templum q; existit, & in quam idipsum extendens radices uim benedictionemq; transmittit, mensura tamen intercedente Zadic, id est iusti, quæ bonū cognomine dicitur. Quū uero canalium fistularum per iusti metrū transiens scatebra desierit, tunc ea quidem a sinistris ex diri iudicij mensura sęua uariaq; hanc inde machinam irruentia mala absorbet. Cæterum quia nunc bonum nunc malum, mensura haurit Edonai, ideo lignum boni maliq; scientiæ hanc lex ipsa appellat. Quum itaq; in huiuscemodi haustu peccauerit Adam illum interitus supplicium inuasit, ut scribitur: En propositui in conspectu tuo uitam & bonum, interitum & malum: scriptumq; est, Et ipsi sicut Adā trāsgressi sunt fœdus, fefellerunt in me &c̄. In ipso enim Beris, idest fœdere delinquit, hoc est in mensura quæ fœderis uindictam infert omnibus (ut exponent dicenda) in nonnulla legis præuaricantibus mandata rependit. Et quum metrum hoc a ligno uitę duce mensura Elhai, id est, dei uiui largas benedictiones uariumq; a superis defluxum hauriat, tunc אֶרֶץ הַחַיִּים Erez hahaim, id est terra uitæ appellari consueuit, unde defunctos quorum tumulus in prouincia huic mensuræ accommodata iacet resurgere, priores asserimus, & qui legem eiusq; mandata seruauerit, quiue (ut in exordio edocui) corporeis artubus tersis huic mensuræ adhæserit, is & post obitum uitam uiuere dicitur, iuxta illud: Et Benaiohu filius iehoioda filius uiri hail, id est, robusti, scribitur enim hai, quod uiuum sonat: Legitur autem hail: & ambo quidem se inferunt mutuo, quicumq; igitur huius mensuræ consortem se statuit, futuri sęculi uitam adipiscitur, iuxta illud: Et uos qui adhæretis deo Tetragrammaton, deo uero Elohim, uiui uos omnes estis hodie. Quod uero maiores admiratione quadam proferentes, contingit ne? (inquiunt) quempiam gloriæ ipsi adhærere, ratum utiq; est, sed mysticum quid includit & cęlat. Nuncupatur & eadem סִפְרָהַחַיִּים SEFERHAHAIM, id est, liber uitæ, qui cellarium est, in quod ab altiori, quæ uita futuri sæculi dicitur, per deum El uiuum uita ipsa diffunditur, libri qui ad scripturam contexitur instar, sic enim omnes tam uitæ q; interitus hæc superum in se pictas scriptasq; suscipit formas, p quo dicitur: Ego interimo & uiuifico, & scriptum est. Quicunq; ascribitur uitæ in Ierusalem, nam & hæc pro parte Ierusalem dicitur, quemadmodum latius pandunt ea quæ tractantur in mensura El hai. Designatur & crebro huiusmodi mensura in lege dictione זֹאת Zos ideſt, hæc. Quatenus monstret quoduis bonorū & inundationem quamcumq; benedictionemq; Israel ipsa intercedente suscipere, quæ illi aditum ad nomen Tetragrammaton efficit. Quoniam igitur hanc in hæreditatem sibi uendicauerunt Israelitæ, qua portio & possessio dei Tetragrammaton dicuntur, quæ sine interuallo cum illis inhabitat, his altissimi conspectum adeuntibus una cum eorum

Deut. xxx. Hos. vi.

i. Reg. xxiiij

Deut. iiij.

Deut. xxxij Esa. iiij.

cœtu ipſa ingreditur,& illorum ſingula uota proſequitur. Cernis enim ſummum templi miniſtrum propitiationis die quo ſanctum ſanctorum ingredi licuit, ad ueniam, indulgentiam & benedictionem aſſequendam, necnon quæ totius anni uolumine expetuntur commoda, niſi hac menſura duce admitti ac introire non potuiſſe, immo & Moſe niſi primo manuducente Zos, altiſſimi conſpectum nunc̄ꝫ adiuit, iuxta illud.

Leuit.i. Et clamauit ad Moſen, & loquebatur ei deus Tetragrammaton de tabernaculo concilij dicens &c̄. quis nam erat? qui clamauit ad moſen? clamauit quidem Aleph minor dictionis ויקרא Vaikra, id eſt, & clamauit & deinceps loquebatur ei deus: unde autem erupit ſermo? erupit quidem de tabernaculo concilij, quid autem tabernaculum concilij præferat iamiam aperui. Eſt et eadem in aduerſis Iſrael protectrix, de qua

Pſal. xxvi. Dauid enũciat, Si ſuper me caſtrametata acies fuerit, nõ timebit cor meũ, ſi ſuper me bellum inſurgeret in Zos, id eſt in hanc ego confido, hæc Iſrael, ſecum in captiuitate permanens conſolatur aſſidue, iuxta illud.

Cant.vij. Et Zos, id eſt, hæc ſtatua tua uirenti palmæ ſimilis eſt, huius ductu tam

Num. xix. ſcriptam, c̄ꝫ ore traditam legem promerebatur Iſrael, pro qua ſcribitur. Zos, id eſt, hæc lex, homo qui moritur in tabernaculo. Aſſequimur & huius dictamine ſcriptæ legis intellectum, ea enim oretenus traditæ legis myſterium exiſtit. Ipſa duce terram hæreditauit Iſrael, ut ſcribitur Nume. xxxiiij. Zos, id eſt, hæc eſt terra, quæ in poſſeſſionem uobis contingit, eadem bonorum eſt potiſſimum quibus futuri ſæculi uitam adipiſcimur, iuxta illud Eſai. liiij. Zos, ſcilicet hæc eſt poſſeſſio ſeu hęreditas ſeruorum dei Tetragrammaton hac præuidente omnis generis bonorum munera ſuſcipit Iſrael, ad quod dicitur Gen. xlviij. Vezos, id eſt, & hæc eſt quam loquutus eſt illis pater eorum, benedixitq̄ꝫ eis. Sic & huius imperio Moſe benedictionis Iſrael participem effecit, ſcribitur enim Vezos, id eſt & hæc eſt benedictio, Eſt etiam menſura hæc qua regni compos factus eſt Iuda, ut ex illo elicitur Deute. xxxiij. Vezos, id eſt, & hæc ad Iudam monetq̄ꝫ altiſſimus ac hortatur Iſrael, ut illam cuſtodiant atq̄ꝫ obſeruent, eamq̄ꝫ ſordibus emundati tractent, ubi dicitur Deu. xxiij. Nec fœdum nec turpe quic̄q̄ꝫ in te appareat, ne tibi reuertatur a tergo. Scriptumq̄ꝫ eſt Deuter. xxxij. utinam ſaperent, intelligerent Zos, id eſt, hanc, prouiderent nouiſſimum eorum, ac ſi dixerit, utinam de ſapientiæ fonte bonum traherent intellectum ad menſuram Zos, tunc fructibus iuſti qui bonus eſt ueſcentur, prouidebuntq̄ꝫ nouiſſimum. Nam de ſpacioſo loco, prudentiæq̄ꝫ haurient flumine in menſuram Zos, quæ uocatur Aheris, id eſt nouiſſimum. In quod tendit illud Geneſis. xlviij. Congregamini & denunciabo uobis quid in dierum nouiſſimo eueniet uobis. Et illud Hiere. xxx. Spes adeſt in tui nouiſſimum. Innuit eandem menſuram lex quoties commemorat uaiomar, id eſt, dixit, aut quicquid a prolatione pendet. אמירה. EMIRA, id eſt dictio, utpote Koomar, id eſt, ſic dixit Deus. Ad cuius enodationem aduerte, q̄ ubi in lege ſcribitur prolatio pẽdens a dibur, id eſt, eloquium, utuaiedaber, id eſt locu

tus eſt deus, ibi fortitudinis metrum oſtenditur, ſcriptæq; legis negoci-
um eſt, prolatio uero Emira, regni menſuram inſinuat, & circa le-
gem oretenus traditam uerſatur intentio. Quoniam autem harum le-
gum altera alteri opem præbet, ſeq; mutuo ſeruant, placuit altiſſimo id
ipſum nobis in lege myſticum effulgere, quare ubiq; profert lex, & lo-
quutus eſt deus Tetragrammaton Moſi dicens, loquutus enim quod
in capite clauſulæ ſcribitur, legem ſcriptam oſtendit, dicens uero,
quod in extremo profertur ore legem latam deſignat, ac per talia duo,
locutionem ſcilicet & dictionem lex ipſa paſſim ſtruitur, atq; perfici- Ex.xxxiiij.
tur, ut innuit illud: Scribe tibi hæc eloquia, quoniam ore iſtorum elo-
quiorum tecum fœdus excidi: ſtatutum igitur eſt fœdus ſuper legem Deut.x.
ſcriptam, quando hæc ore editæ legi nectitur. Nunc autem myſtici
huius ſummam audias, tabulæ fœderis reponuntur in archa, ut illud:
Et eas repone in archa: lex autem ſcripta per legem oretenus traditam
explanatur, nam ſcriptæ legis templum, ore lata lex eſt, Edonai enim
id eſt, dominus templum eſt Edonai Tetragrammaton, & ſeſe binæ hæ
leges ueluti gemini ceruæ fœtus amplectuntur, Prouer.xvi. & qui has
ſeiunxerit de eo ſcribitur. Et muſitans ſeiungit ducem, ſimiliſq; eſt ac
ſi nullius dei cultor fuerit. Quamobrem quotiens lex commemorat Cant.i.
& loquutus eſt deus ad Moſen, dicens, geminas leges has pariter mon-
ſtrat, ut illud: Oſculetur me oſculo oris ſui, quumq; tam in ſcriptam q̄
ore traditam legem deliquerint Iſraelitæ, hos increpauit propheta di- Eſa.v.
cens: quoniam habuerunt legem dei exercituum in contemptum (ideſt,
legem ſcriptam) dictaq; ſancti Iſrael irrita fecerunt, legem ſcilicet ore
traditam. Signum autem quod aſtipulatur ei quo loquutionem men-
ſuram fortitudinis, dictionem uero menſuram regni aſſerimus, eſt illud.
Et loquutus eſt deus Elohim ad Moſen, dixitq; ei, ego deus Edonai, ibi Exo.vi.
enim ſubnectit loquutioni nomen Elohim, quod fortitudiuis metrum
enunciat: dicere autem ſubiungit, ego deus Edonai, quod regni menſu-
ram inſinuat. Cum itaq; hæc noueris, conſydera menſuram hanc, ore
editam legem uocitari, quia lex dei ſcripta iſtam ore latam ueluti taber-
naculum areamq; inhabitat. Sed quia miranda quæq;, interioraq; pe-
netralia in ſcripta lege latitantia, per oris legem promulgatam eluceſcunt,
dictum eſt: quum latuerit te aliquid iudicij, id eſt, aliquid altum uela-
tumq; in lege ſcripta, ſubditur, facieſq; ore illius quod ipſi tibi enun-
ciant. Tu igitur intellige menteq; reuolue, hoc librando inſuper exa- Deut.xv.ij
mina, q̄ nulla inundatione dependentiaq; fungitur oris lex, niſi quam
ſcripta lex impartitur, nec ad ſcriptam legem introeundi ſemita ulla, ni-
ſi per ore traditam admittitur, quemadmodum nec aliunde q̄ a nomine
Tetragrammaton benedictionem haurit nomen Edonai, nec ad Te-
tragrammaton accedendi aditus, niſi ductore Edonai comperitur, quod
iam dicta planius edocent. Reciprocum ſibi igitur adminiculum huiu-

Zach. xiij. scemodi leges præstant, ac ambæ denique conflantur in unum, ut illud: deus unus & nomen eius unum. Omnibus itaque in mensura Zos, Edonai uocata enucleatis, unum haud paruipendendum, immo pectore seruandum relinquitur exponendum. Ipsa namque mensura quum ab altioribus multiformem absorbeat uigorem, modo ad interitum, modo ad uitam perducit. Hunc rapit ad superos, illum detrudit ad ima, languentem efficit, sospitem restituit, omniaque secundum qp iudicij rectitudo expostulat disponit. Ibi enim nihil iniquè flectitur, nihil obliuioni traditur, nulla ibi personarum acceptio admittitur, iccirco ut a superioribus contrahit, sic diuersa superum sortitur cognomina, utpote nomen fortitudinis timorisque metro accommodatum Elohim, cui & sublimium prætorium dicitur, quo uniuersa creata (media intercedente linea) ad dextram atque sinistram iusto iudicantur iudicio, quumque fortioris mensura iudicio mortalia dissipanda, succidenda atque perpenda statuit. Edonai tunc, quod omnium a superis scatentium est cellarium, dei Elohim iudicium quo repletum est exequitur, quare tunc Elohim quidem appellatione uocitatur. Vnde & ipsum fortioris mensura, qua iudicium exoritur denominari consueuit, ac si legato delegantis congruat nomen. Hac igitur lege huiusmodi mensura sæpissime dominus Edonai, deus Tetragrammaton, deus Elohim, Sadai, id est, omnipotens, iuxta illi a superiori metro condonatum, inundationis exuberantiam nuncupatur. Nam a superno hauriens fonte, quia sat perfectionis complementique obtinet, cognomen sortitur sadai. Quo duce illidentium hæc deprædantiumque agmina fugat, iuxta illud, Psalm. c. cantico malorum euentus. Qui habitat in abscondito altissimi, in umbra sadai commoratur. Quoniam autem mensura ista qua nomen Tetragrammaton ingredimur, ueluti buli speciem figurat, statutum est ut sadai nomen postibus ab extra inscribatur, in lectionis occursu quæ incipit. Quumque audiens audieritis &c. Deut. xi.

Scire autem operæprecium est, hanc trinonimam Sadai, Elohim, Edonaique mensuram (auctore fouente ministranteque omnia Tetragrammaton) triplici ignium genere indui, dum enim Sadai nomine promitur, urentis ignis amictu coloratur, omniumque sordidorum spirituum phalanges in conspectu eius metuentes contremiscunt et prosternuntur, ipsius nutu disseminantur, & inuias terræ specus irrumpunt: dum uero Elohim exprimitur, urente igne, rubore infecto operitur, supremaque dijudicans & ima, impios pariter & iustos concremata dissipat & eneruat, indeque omnes in iudicij exequutionem positi iudicandi ius efflagitant. Hæc enim (residentis in ea Tetragrammaton uigore) statuitur, ut mortem, uitam, morbos, salutem, supplicia, medelamque distribuat, sublimes deponat, in celsitudinem reuocet. Quum autem Edonai uoce profertur, ignis colore uestitur, quem uniuersa creata metuunt & perhorrescunt, in sublimique regni solio sedens ut princeps

ceps & dominus regijs monilibus adornatur, totiuſq; quadrigæ & ſuperum & caducorum, intercedente duarum & quadraginta literarum nomine, ſolidiſſimus præſes effulget, ad quod ſcribitur: Deus dominus noſter q̄ efficax eſt nomen tuum in uniuerſa terra, qui exhibes confeſſionem tuam ſupra cœlum. His igitur de menſura Edonai reſeratis, rurſus examina q̄ ſicut in ueræ unionis uinculo tria nomina, ſcilicet Eheie, Edonai, Tetragrammaton, Edonai dominus, ſic in humana compagine tres inde pendentes nexus eluceſcunt, Anima ſcilicet, ſpiritus & mens. Animam igitur ſpiritui, ſpiritum menti, mentem ipſi Edonai cõnecti uiriq; oportet, ut illud. Eritq; anima domini mei colligata in uinculo uitæ. Quoniam uero menſura hæc quum a ſumma ad infima deuehimur, extremum obtinet, quumq; ab infimis ad ſuprema conſcendimus exordium habet, eam ideo ultimum .he. nominis Tetragrammaton denunciat, quo unum cum altioribus nouem conſtituente, expedit, ut eius ductu, pro uiribus quicunq;, nomen Tetragrammaton aſſequatur, illi adhærere ſtudeat, juxta illud, & ipſi adhærebis. Audiendum deniq; hoc ſupereſt, q̄ בנסת ישראל eccleſiam Iſrael quoties maiores commemorant ipſam cum præſcriptis nominibus Edonai menſuram oſtendunt, In ſe namq; omnem continet Iſrael conuentum, in eam pariter congrediuntur, ibiq; aggregantur in unum, hæc eadem a cunctis nationibus ſecernuntur Iſraelitæ, ut illud. Et uos ſeperaui a gentibus, ut peculium ſitis mihi, & illud. Dum altiſſimus poſſeſſionem impartiuit gentibus, dum ſeparabat filios Adæ, ſtatuit terminos populorum, ad numerum filiorum Iſrael. Quare metrum quidem hoc ארץ ישראל Terra Iſrael, uocari conſueuit, in duodecim enim tribuum portiones proſcinditur. Quod rurſus in cantico canticorum כלה Kalo, id eſt, ſponſa dicitur. Iſtorum tamen enodationem, quia latius ſequentia cuncta deuoluent, modo ſilentio prætereundum duxi. Sed hoc tandem compendioſe collectum reſerua. Id ſcilicet Edonai nomen, magnum eſſe templũ, inquo inundationis omnes reponuntur modi, qui pulchritudine, hoc eſt Tetragrammaton ducente a capite erũpunt coronæ Eheie appellatæ, in ipſo nanq; templo quæq; a tredecim coronæ altitudinibus prodeuntia flumina collabuntur, deq; duabus & triginta ſapientiæ ſemitis, de quinquaginta prudentiæ ianuis, e duobus & ſeptuaginta pontibus, a ſummæ miſericordiæ aquis proficiſcẽtibus, ex ſpeciebus flam̃ei ignis (fortioris menſuram exeuntibus) duabus & quadraginta, ex meatibus per mediam lineam incedentibus ſeptuaginta proſiliunt & ſcaturiunt, uiaq; æternitatis & confeſſionis in menſuram El hai, id eſt, dei uiui, fundamentum uocitatam iunguntur atq; conſpirant, & inde in ipſam ciſternam ſeu puteum uergunt: a fundamento (inquã) in ſupernam, quæ Edonai dicitur piſcinam uergunt. Non exiſtimes tamen aſſidue omnia prædicta ſimul erumpere, ſed tunc dum ipſum adeo completum eſt no-

Pſal.viij.

i.Reg.xxv.

Leui.xx. Deut.xxxij

mẽ, ut deus Tetragrammaton unus uocitetur, tunc enim omnes in nomen Edonai altitudines istæ unanimes confluunt, & pro inundationis opulentia in ipsum ab altioribus nouem sphiros emanante, idem bonorum copiam secundum cuiusq; naturæ limitem, creatorem singulis elargiri solet. Interdum autem iudicij meatus sancti minuunt, gratiæq; & misericordiæ defluxus adaugent. Sæpius uero e contra gratiæ quidem & misericordiæ fistulas canales impij demunt, iudicijq; plures addunt & constituunt. Quare acerrima sæuaq; in nomen prodeunt Edonai, unde uarijs ęrumnis opprimitur sæculum, suprema obturantur fistulæ canales, externiq; erumpunt meatus. Sicq; ingentia, ut sordidarum uortices aquarum mala regurgitãt, ubicunq; dolor & afflictio, deprædantur regna, corruunt sceptra, prosternuntur imperia, obruuntur prouinciæ, profligantur exercitus, truculentissimæ captiuitates & cędes emergũt, febres, ulcera, fames, pestis, meror, fletus, desolatio, morbi innumeri, inopinatæ neces, frequentia funera, cuncta deniq; miseranda lætaliaq; proueniunt: Conclude itaq; talem ipsum Edonai appellationem subire, quale id quod ab intus & extra siue bonum siue malum in eũ uehitur existit iuxta illud: lignum scientiæ boni & mali. Si enim a gratiæ latere tractus educitur, ei boni inditur cognomen: si a iudicij latere, iudicij (inquã) quod de internis trahitur cateruis, rursus et bonum dicitur, ut illud innuit: & ipse rubicundus, cum oculorum pulchritudine, bonitateq; aspectus. Si uero ab exteris turmis iudiciũ emanauerit, pessimum illud malum erit prauaq; dispositio. Istud autem consydera, quoties scilicet Edonai nomen de latere gratiæ, aut iudicij eorum qui ab intra in eum profluxerint existet, boni sortitur appellationẽ, in cuius mysterium dicimus. Benedictus iudex ueritatis, & iuxta hoc super necatos beter statuerunt benedicere, qui bonus es & bona impartis, q; si iudicium ab extra degentibus prodiderit, mala tunc dispositio dicitur: At si secus spiritum gratiæ miserationumq; absorbeat, tunc uniuersa sæculi locupletissime misericordialuntur & gratia, ut ex illo percipitur: Quoniam dei Tetragrammaton, dei nostri Elohim sunt misericordiæ & propitiationes. Hæc igitur trutina pensanda clauso repone pectore, ne spretus defluat inde liquor. Altissimus itaq; nobis ineffabili pietate, suarumq; gratiarum amplitudine & munificentia huiusce eruditionis doctrinam impartiatur, ueritatisq; tramitẽ exhibeat, per quem sanctissimum eius nomen adire, eiq; placita peragere, & futuri sæculi uitam promereri ualeamus. Amen.

1. Reg. xvi.

SITIVIT

אל חי

SITIVIT ANIMA MEA AD DEVM ELOhim, ad deum El uiuum. Quando nam ueniam, & uiſitabo faciem dei Elohim? Pſalm. 41.

SEcundum (iuxta gradus altitudinum) ex dictionibus ſanctis eſt nomen El hai, id eſt deus uiuus uocitatum, nam iſtud inter nouem altitudines, quas ſphiros ac ſpecula dicimus, extremum obtinens, à cunctis ſuperioribus gratiam haurit & uitam, in Edonaiq; (ut a prælibatis eſt cognoſcere) diffundit & transfert. Quatenus igitur ipſam gratiæ dimenſionẽ ſuſcipit El appellatur, Ex quo autem uitam abſorbet uiuus dicitur, quæ duo quum ſibi inuicem adhærent, ambo deus uiuus nuncupari ſolent, quumq; hunc uitę uigorem in me trum diffundit Edonai, ipſum terra uitæ, Edonai cognominatur, quia a ſupremis in ſe uitam colligens, non minus angelicis q; cœleſtibus choris, Gene. 1. totiuſq; terrarũ orbis multitudini uberrimę uitę munus impartit, iuxta illud, Producat terra animam uiuentem in genere ſuo, hæc enim literæ ſeries ſecundum ſapientiæ myſterium, cuiuſq; rei mobilis animam deſignat, reptilium ſcilicet in arida, piſcium in mari, iumentorum, beluarum, uolucrum, iumentalemq; humani generis ac uitalem angelorum animam, toti uſq; cœli et ſtellarum ad ſingula eorum genera, copias demonſtrat, ſupernamq; homini aſſidentem animam, mentemq; denunciat.

Pro quo tradunt maiores, producat terra animam uiuentem in genere ſuo dicentes, hęc anima eſt Maſiæ, admiranda equidem ac ualida intuenti iſtorum ſunt eloquia, ſententiæ autem huic adſtipulatur id quod ſitera p̃fert, in genere ſuo, id eſt qualiſcunq; fuerit generis ſuperum, mediorum, caducorum, animæq; Maſiæ, non tamen me philoſophiæ cultores redarguant, ſi & angelum animæ participem dixerim, nullum ſiquidem (ſupple uiuentium) creatorum admittitur, quod anima uitæ iuxta proprium genus non inhabitet, tantum enim animæ ſibi unumquodq; uendicat, quãtum ſui materiæ limites petunt: uniuerſus igitur inſuperis ac deciduis animarum chorus a terra uitę uitam contrahit Edonai, ductore ſcilicet El hai id eſt deo uiuo, qui ab ortu uitæ, ligno intercedente uitæ, uitam tranſponit in nomen Edonai, quod cum animantibus cunctis, nutu El hai, uiuendi præbeat munera, deprecationes in anni principio conſtitutæ ſunt. Memor ſis noſtrum in uitam, ubi intentio uertitur in El hai atque magen, id eſt protectorem. Quapropter conſydera futuri ſæculi uitam exoptatæ menſuræ El hai, ad Edonai metrum precibus attractæ applicari oportere, cui inhians Dauid, Sitiuit (inquit) anima mea ad Deum Elohim, Pſalm. 41. ad deum El uiuum, per quorum connexionem uota omnia Iſrael aſſequitur, hoſtes profligat, nulluſque tam acer ualiduſque, quin in conflictu eorum uires amittat, ad quod protulit Ioſue: In hoc noſce- Ioſuæ. 3.

tis ꝙ deus El,uiuus uos inhabitet,uos hoſtium hæredes conſtituet.Quoniam igitur altitudines ac ſphiros iungamus oportet menſuræ Edonai, idcirco in benedictione,quæ matutinos aſſidue ſequitur pſalmos, dicere mos eſt. Qui eligis pſalmornm cantus rex El hai ſæculorum,ideo quicunꝙ uitæ alteriuſue commodi ſe compotem fieri deſiderat,in El hai dimenſionem mentem erigat:qui enim Edonai nomini mundus adhærebit,pro nutu ipſi iungetur El hai,ex quo ſcribitur,uos qui adhæretis deo Tetragrammaton,deo ueſtro Elohim,uiui eſtis omnes hodie.Solet & nonnunꝙ dimenſio iſta Elohim haim,id eſt,deus uiuus ſeu uiui appellari,ut dicitur:ipſe eſt Elohim haim,id eſt uiui & rex mundi:& quando El hai menſura Edonai metro,dicto Elohim annotatur,uitaqꝫ repletur,utrunqꝫ tūc Elohim haim nuncupari legimus,unde per canales fiſtulas animantium genus affluentiſſime uiuendi facultatem ebibit,dumqꝫ Moſe in cœlum ſe tolleret,El hai metrum in menſuram conflabat Edonai,ut ex illo eruitur, magnificetur nunc obſecro uirtus Edonai,uirtus enim Edonai uitæ myſterium inſinuat,quam El hai tranſmittit,quia parum infra ſcribitur: Peperci ſecundum uerba tua,uiuus autem ego,Ex quo nobis utiqꝫ innotuit Moſen in Edonai dimenſionem uitam traxiſſe, pro quo facit illud maiorum,dixit ſanctiſſimus Moſi uiuificaſti me eloquijs tuis, & niſi id egiſſet Moſe,ſuper omnes mox irruiſſet interitus:idcirco quouſqꝫ exuberans metrum hoc fructus rurſus & fructuum fructus ędidit,uita functus eſt Iſrahel,quibus poſtremo ędítis,criminis pœnas rependit. Quapropter qui myſticum hoc aſſequi dignouerit,facile quanti uigoris, tractus El hai in Edonai dimenſionē exiſtat auſpicari poterit.Profertur autem Elohim haim,cuius & metrum Edonai ſimiliter cognominetur,quia ipſa El hai menſura,nulli niſi ad ęqui iudicij exigentiam,uitam impartitur,nam perſonarum nulla ibi prędſcribitur electio,ac ſi dixerit iudicij,cum haim (id eſt uita) dimenſio,quare & in capite anni quod iudicij dies determinatur, has pariter menſuras una cum magen,id eſt protector prima benedictione cō memoramus dicentes. Memento noſtrum in uitam,rex cui placet uita, ſcribe nos in libro uitæ,propter te Elohim haim,El hai,rex auxiliator, ſaluator,atqꝫ protector.

Deute. 4.

Num. 14.

Legitur & crebro hæc dimenſio El hai, אל שדי El Sadai,id eſt,deus qui ſufficiens,quia per ipſum uigor,perfectio,uita,inundatio,ſuperiorꝙ omnis defluxus ſatis in nomen ſtillat Edonai,ut in libro hegiga (id eſt, ſolennitatum) enunciant maiores. Sadai, nam eo rerum opifex mundo ſuo ſat dicit,licet ibi ſonare uideatur ꝙ ſe latius ac latius mundus extenderet,donec proprius ei architector ſtatum imponeret: interior tamen ſenſus eſt ꝙ menſura El ſadai cuiuis creatorum alimenta miniſtrat,quouſque ſat,ſatcuncta pariter clamitent. Quumqꝫ Edonai metrum,El ſadai poteſtate repletur,ipſum tunc (ut præhabita explanant) huius ſibi El ſadai cognomen expoſtulat,& ſingula bonorum a ſuperis manantium in Edonai nomen,

nomen,per El ſadai menſuram prodeunt,ut inſonat illud. Et El ſadai , id eſt,deus qui ſufficiens ſiue omnipotens benedicat tibi. Gene. 28.

Dimenſio etiam hæc ne dolores ærumnęq; in poſterum magiſq; exacerbando affligant ſat dicit,idcirco deprecatus eſt Iacob in nomine El ſadai.Metro etiam huic aliquando cognomen cõpetit: מקור מים חיים Fons aquarum uiuentium,quia ex ſublimiori uoluptate,a coronæ cui infinitum dicitur origine,unde uiuentium omnium uita deriuat, huiuſcemodi erumpunt aquæ,quoniam uero ſunt & prauarum aquarum lacunæ,mortuæ aquæ ac fœtidę,& de impetuoſis irruentium undarum fluctibus,exque ciſternis alienis uocitatę,queue turpiores promentes aquarum gurgites ſcatent & exiliunt,ideo altiſſimus furens Iſrael redarguit & increpat:duo (inquiens) mala patrauit populus meus,me dereliquerunt fontem aquarum uiuentium,ut effodiant ſibi ciſternas confractas,aquam retinere non ualentes:ſcriptumque eſt: Congregatio ſeu ſpes Iſrael Deus Tetragrammaton,omnes derelinquentes te erubeſcent &c̃. Scriptum quoque eſt, quoniam dereliquerunt fontem aquarum uiuentium Deum Tetragrammaton. Multiplex igitur ratio eſt,per quam metrum iſtud uiuentium aquarum fontem uocari liceat,tum quia de ſuperna idem uoluptate migrat,qua cuncta uiuendi actum exercentia uitæ opulentiam permanentiamque adipiſcuntur, tum quia, ut uiuum animal uaria peragendo opera hac atque illac progreditur, ſic eiuſmodi defluentes aquæ,ad campos,prata,uineas,pomeria irrigandum , ad ſingulaque humanarum rerum emolumenta quocunque aſſidue decurrunt,cum etiam quia omni eam,quæ in conſpectu altiſſimi uera eſt uita exploranti,id aquarum genus exoptati loci fulgidum pandit iter fluminis more,qui eius pinnacula comitantem in ſui denique originem ducit,iuxta illud: De mathana in naheliel, de naheliel bamot (id eſt de dono flumina dei & de fluminibus dei excelſa) & ſecundum hanc ſententiam audiendum eſt quod præmonet lex: Vide præbui in conſpectu tuo uitam ipſumque bonum,& mortem ipſumque malum,nam qui dimenſioni El hai deuincitur,uitam aſſequitur & bonum, qui uero longe ab ea diſcedens retroccidit,malum offendit atque interitum,diuerſa enim ſerie ſibi inuicem uniuerſa coæquant,ut illud innuit,etiam hoc in occurſu illius fœcit Deus Elohim. Vocata eſt quoque eadem menſura יסוד IESSOD,id eſt fundamentum, quemadmodum enim domum coniectum ſuſtinet fundamentum,ſic & dictio Edonai metro fulcitur Ieſſod,cui dicitur El hai,hinc libro hegiga (id eſt ſolennitatum) proferunt ſapientes, unica columna ſuſtinet mundum,cui nomen eſt zadic (id eſt iuſtus) ut dictum eſt:iuſtus fundamentum eſt mundi. Conſyderare autem oportet, fundamenta non omnia,lege eadem ſuperſtructa aſpicere. Fundamentorum nanq; aliud altius iacitur,ipſa uero conſtructio humilius,aliud ędificij obtinet mediũ,aliud ſubſiſtens fabricam conſtituit altiorem,iuxta trinam machinam,ſuperiorem, mediam, & inferiorem, cui innititur illud, inferiora, ſecunda, tertia, Hiere. 2. Hiere. 17. Hiere. 17 Num. 21. Deut. 30. Eccle. 7. Prouer. 10. Gene. 6.

tertia,facies ea altius.ſ.altiori,medio medium,inferiori inferius,cuius myſterium eſt חו:שר:חי Holem,ſurich,hirik. Conuenit & huic illud priſcorum.Conſydera (inquiunt) nō talem eſſe altiſſimi dimenſionem,qualis carnis & ſanguinis eſt menſura,huius enim moles ſupereminet, ipſum uero ſuſtentaculum & baſis ſubſtat,altiſſimus autem in ſublimi reſidet,omnus uero pendet deorſum, ut ſcribitur: Sic dicit deus Tetragrammaton, excelſus et ſublimis.Menſuram igitur Edonai ueluti conſtructam domum defert fundamentum El hai uocatum.Quapropter peruolare ſemper Edonai ad El hai menſuram continua æſtuat cupidine,nec ancipiti quidem animo ſenſus hic audiendus eſt,quum & caduca ſenſibiliter percepta idipſum ſimilitudine inſinuent,trahit nanq; altior ſuperpoſita magnes inferius locatum ferrum,itidem ignis,aer,aqua perlucide monſtrant.Huic etiã
Prouer. 10. ubique צדיק ZADIC,id eſt iuſtus cognomen inditur,quoniã omnia hęc ſuſtineat dimenſio inferiora,pro quo legitur: Et iuſtus fundamentum mundi. Iuſtus autem dicitur q̃ quæq; inundationis bonicq; genera in nomen transfundit Edonai. Aſt unum commemoratione dignum hic examina & auſcultа,tria eſſe nomina: Iuſtus,iuſtitia,iuſtificatio. Iuſtus quidem metro congruit El hai,Iuſtitia Edonai,& quum iuſtus huic ſuum impartiat munus,huiuſmodi inundationem dependentiamq; iuſtificationẽ appellari libuit. Tres enim hæ in unum coincidunt dictiones: Iuſtus ut præbeat,Iuſtitia ut ſuſcipiat,Iuſtificatio utrunq; coniungit. Ad hoc rurſum mentis aciem conuerte. Cum iuſtus bonorum munera elargiatur iuſtitiæ,terra uitæ ipſa de more nuncupatur. Sed ſi huius iuſti fiſtulæ canales reuocentur,ut in iuſtitiæ metrum non defluant,tunc mortiferis hęc abundans meatibus,ſæculi interitus clades anfractuſq; miniſtrat: ecõtra uero quum iuſtificationis uinculo uniatur pro ſupplicio oblectamenta, q̃
Prouer.x. interitu uitam exhibet,iuxta illud: Et iuſtificatio eripit de morte. Hoc igitur tramite decernere licet,quemcunque terram uitæ hæreditare affectantem,iuſti dimenſioni adhærere neceſſarium eſſe, ſicque iuſtus uocabitur & ipſe,quare & eiuſdem terræ uitæ fidelis cultor poſſeſſorque euadet,pro quo dicitur:&
Eſaiæ.6. populus tuus omnes iuſti ſunt in æternum hæreditabunt terram. Iam tibi ſatis innotuit,quid hic maiores exprimant. Omnes (inquiunt) Iſrael partem futuri ſæculi habent,ut dictum eſt,Et populus tuus omnes iuſti ſunt &c̃.At quatenus in criminum culpa magnitudinem dijudices,id unum nequaq; ſilentio inuoluendum fore putaui. En exacte iam docuimus q̃ ipſa Edonai dimenſio,quum El hai iuſticq; metro annexa exiterit,tunc omnium bonorum locuples affluentiſſime unicuicq; prouidens uniuerſum fœcundat orbem,ipſumq; munerum quorumcunque generibus adimplet. Retrogradiente uero eadem,uacua inaniſque bonorum Edonai relinquitur menſura. Primum quidem contingit,dum legem mandataq; a ſordibus expurgati filij hominum ſeruant, accidit autem alterum,quum ſpreta lege uentris ſtudent delicijs,nephariaq; ſectantur facinora,tunc enim ſe reuocans auertenſque Zadic, ad ſuprema

prema euolando se colligit, unde canales fistulæ quæque tabescunt, aridaque & inops Edonai deseritur dimensio, ut sonat illud: propter ipsum malum ablatus est iustus. Scribit & Salomo, Iustus est qui perit in iustitia sua. Legiturq; deus de cœlo ꝓspexit, ut uideat an sit intelligẽs &c̃. omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt, non est faciens bonum &c̃. profert autem non est faciens bonum, quia in superis innumerabilia condere, uastare atq; cõfringere mortalibus facultatem elargitur, cui competit illud. Tempus est agendi deo, subuerterunt legem tuam, dictum est similiter, aut tenebit fortitudinem meam pacem faciet mihi, faciet mihi pacem. Quanta igitur iustorum legem amplectentium sit potestas examina, quibus datur sphiros omnes iungere, atque inter supera & ima integerrimam necessitudinem componere, per quos cœli & terra cõflantur in unum, per quosq; (adhęrente Zadic) Edonai metrum deus uiuus uocabitur, o fœlicem hominem iam sublimia sua perscrutantem indagine, q̃ digna suauisq; huius futura portio, q̃ beata hũc gestantia uiscera, de quo scribitur: Lętetur genitor materq; tua, lętatur deus in operibus suis. Sic cõtra scelestus nequã & sordidus homo, minister est, per quem sterilem aridãq; linquens mensuram Edonai, zadic ad supera retrahatur, ut legitur, & musitatio separat ducem, unde sæculum obruitur, & creatorum subuertitur ordo, idcirco nos præmonent maiores dicentes. Semper tantum obnoxium culpæ se existimet homo quantum & condignum pręmij, cuius sensum explanans Rabi Symon filius Eleazar inquit, quia tam sęculũ q̃ et hominũ quiuis secũdum operationũ exuberantiam iudicatur. Si unum etenim quispiam meritũ peregerit opus, is utiq; se pariter & mundũ ad gratiæ meritum disponit, ꝙ si scelus patrauerit miser quidem efficitur ipse, uniuersumq; in criminis noxam flectit, cernis itaq; modũ quo unica columna Zadic uocata totius sæculi molem sustineat, propter quod scriptũ est, & zadic, id est, iustus fundamentũ est mundi &c̃. Habet & ubiq; metrũ hoc boni cognomen, ut illud: dicite iusto quoniam bonus, tractus enim qui de supernis decurrunt oraculis, immo & qui de fortitudinis timorisq; mensura influxibilem hanc machinam erumpunt, si per iusti templum incedunt omnes in bonum & rei commodum declinant, qua ꝓpter rite (inquiunt sapientes) enunciat, qui nihil a superis mali demandari statuit. Quod autem legitur, quia malum descendit a deo Tetragrammaton de cellarijs extra sphiristicam fabricam existentibus audiendum est, plures quippe flagellorum thesauri ibi existunt, quos mali uocitari placuit, crebro namque hi templum inuadunt Edonai, ac in mortalium feri irruunt sæculum, ad cuius figuram scribitur, quia malum descendit mees Edonai, ac si malum descendere uelit, non quidem ex deo, sed ex re quæ cum deo, ideo non legitur, descendit me Edonai, quod de deo sonat, sed mees Edonai, procedit ad hoc etiam, quod in opere principij lex ipsa exponit, Et uidit deus quoniam bonum &c̃. & in operis postremum scribitur, Ecce bonum ualde &c̃. ubi in codice Berescis raba sapientum prisci explanant Bonum ualde, i. mors, ex quo accipe, & mortem, quã, s. iusti metꝝ ꝓsequitur

Eccle. 7. Psalm. 13. Psalm. 118. Esaiæ. 27. Psalm. 103. Prouer. 16. Mich. 1. Mich. 1. Gen. 16.

bonum uitamq; censeri,iusti enim (inquiunt) & postq; obdormiuere,in uiuentium enumerantur cœtu. Ad quod etiam accedit lignum scientiæ, boni & mali,nam quum Edonai sacrarium scientiæ lignum appellatum, a boni oraculo plenitudinẽ contrahat,quicquid in entibus uersatur(haud minus interitus q; uita) id in bonum uerti decernimus,& si per iusti dimẽsionem fistulares in eadem iustitiç,scientiçue lignum minime scaturiunt meatus,tunc idipsum Edonai templum,exteriorum,quç pessima dicuntur lues,fungitur munere,unde horrisono procellarum fulmine sęculum protexerit,uastat & dissipat,prout æqua iudicij ratio expostulat. Quamobrem cõsulte lignum scientiæ boni & mali eiusmodi metrum proferri conuincimus,hinc de Mose,quum huic boni oraculo dedicatus extiterit perhibet Exod. 2. lex,& uidebat ipsum,quoniam bonus erat,unde ut aiunt:& domus circũquaq; lucens effulsit. Nec te lateat,Edonai templũ ut plurimum uocatum Elohim,quum in uniuersi fabricam intenderet metrum boni consuluisse, quo adamussim cuncta suis formis effinxit atq; peregit, ad cuius sensum in opere principij scribitur:& uidit Elohim quoniam bonum. Promi-
Gene.1. tur & nonnunq; dimensio ista שבל טוב Sechel Tof,id est intellectus bonus &c. huius enim auxilio ad fulgidum pro intuitu speculum deferimur, patetq; semita per quam a nominis Tetragrammaton ueritate sapientiam assequimur,ac pertinaci legis mandatorumq; cultori metrum hoc bonus scilicet intellectus,se comitem offert,ut ex illo patet,Initium sapientiæ est timor dei Tetragrãmaton, bonus intellectus omnibus factoribus
Psalm. 110. eorum,& magnũ quidem huius est mysterium.s. quo scribitur intelligens
Proueb.16. rem (seu in uerbo) inuenit bonum,sic & mensurę tali quum se exhibuisset Dauid dicere consueuit,LeDauid maskil,id est,ad Dauid intelligentẽ, omnis denique prolatio intelligentiam referens in idipsum conuertitur o-
Titulus raculum,& qui typicum gratiæ nouerit sensum,quid uelit intellectus bo-
Psalm. 32. nus dat gratiam,facile prospicere poterit,Dissonant autem intelligens & prudens,q; de fonte prudentiæ ebibit prudens,de bono autem primo &
Prouerb. 13. ultimo uelcitur intelligens. Legitur denuo dimensio hæc nomine שלם SALOM id est pax,quum enim (ut prehabita pandunt) probitate rectitudineq; onusti sint Israelitæ, cunctis præmiorum opibus templũ exuberat Edonai,contrarium uero agentes,contraria perpetiuntur, quod si rursum ad pœnitentiam hos iustorum quispiam reiunxerit,illorumq; perplexa direxerit,tunc pacis oraculum,bonum templi Edonai ad deum Tetragrammaton se interpretem exhibet,eaq; conciliat, & omni resecto di-
Psalm. 28. scrimine in unum conflat atque componit,propter quod ad horam quidẽ unum profertur Tetragrammaton nomen,& quia benedictio nulla demittitur,nisi hoc ipso pacis oraculo duce,scriptum est: Tetragrammatõ uirtutem populo suo tribuit,Tetragrammaton benedicit populo suo in pace,ubi sapientiæ primarij,nullum (inquiunt) receptaculorum nouimus,sic omniformem benedictionem complectẽs,sicut ipsa complectitur
Nume.6. pax,qua summus bonorum largitor condonauit Israel,ut legitur: Cõuertat deus

tat deus faciem ſuam ad te, & ſtatuat tibi pacem. Quoniam igitur extremum inter eximia ſpecula obtinet pax: ſacerdotalis ideo benedictio et quotidiana ſemper oratio in poſtremo pacem commemorat: huius enim imperio accedunt, ſuoq; nutu abeũt, quicunq; uenturi ſæculi uitæ comites effici deſyderant. Hic uero myſticum illud priſcorum aduerte: dum Moſe (inquiunt) penetraret ad ſupera, conſpiciebat altiſſimum elementariis literis coronas annectere: cunctatuſq; ipſe conditor Moſen: Nunquid tua in urbe funditus pax ipſa euanuit? Reſpondens ait: Quis nã uernaculus pace ſalutare dominum pręſumpſerit? Attamẽ (inquit creator) nõ ab re duxiſſem, mihi ut quid auxilij prębuiſſes? cõtinuo Moſe exorſus Nunc (inquit) magnificetur poteſtas domini Edonai. Et paulo infra legitur: Peperci ſecundum uerba tua, ſed uiuus ego &c̃, quaſi dicere uelit uiuificaſti me uerbis tuis, Hæc illi. Eiuſmodi nanq; pacis metrum, dum Edem incolat Edonai, in ipſum uiuendi uirtutem transfundit. Qz̃ ualidũ igitur & uehemens eſt pacis robur, quod & ſuperis opitulatur, ut ſcripta oſtendunt: Qui pacẽ operatur in ſublimibus ſuis. Homo itaq; fidus legis mandatorum uel cuſtos, ſuper cœleſtia (ut ita dixerim) pace agmina conciliat: cui innititur illud, Aut tenebit fortitudinẽ meam faciet pacem mihi. pacẽ faciet mihi. Inditur huic aliquãdo cognomẽ זכרון Zikoron. i. recordatio, ibi em̃ memorię remittitur quicq̃d in ſingulis mundi operibus boni latitat: & cuiuſmodi recordatio hæc fuerit, ea lege iudiciũ ſubeunt uniuerſa: quare anni exordium recordationis (ſeu memorialem diem (lex ipſa appellat. Anni ſiquidẽ exordium typice templũ refert Edonai. Recordatio uero oraculum pandit El hai. Quoniam igitur anni primordijs iudicij in nos fieri executionem abditus ſapientiæ ordo ſtatuit, & cuncta mortalium geſta examine conſpectui offerri Edonai: ideo noſtris tunc precibus in metrum uergimus El hai, orantes memento noſtrum ad uitam rex cui complacuit uita, ſcribeque nos in libro uitæ propter te Elohim, uitæ El hai. Aſt quia dimenſio iſta in memoriam reuocat quæcunq; obliuione operiuntur: hinc in anni primordio orationem abſoluimus dicentes, Qui recordaris fœderis: id em̃ metrum et fœderis et recordationis aditum monſtrat. Inde & Dauid huic aſpirans oraculo: pſalmus (inq;) in Dauid ad memorandum. Idem ait, Recordatio oblationis, et oblatio recordationis, quæ meminit iniquitatum: inde nanq; adulterinæ mulieris pœna rependitur, ſiquidem hæc zelotypiæ oblatio eſt, quæ (inquã) zelotypia hunc locum inhabitat, ut legitur, Zelus Tetragrammaton exercituum facit hoc. Non ignoret tamen per memorationes & reuiſitationes idem importari. Aſt reuiſitationes in mãnu ſunt Edonai, memorationes uero aguntur duce El hai. Quũ itaq; geminis his ſeſe metris conglutinatibus tota mundi machina ad perfectionis perducatur culmẽ, bifariam mundi opifex horum exemplo diem ſabbati iuſſit. per זכר zochor. i. memento, in typum diei, oraculiq; El hai, & per שמור Samor, i. cuſtodi (uel obſerua) in myſticum noctis templique Edonai: binas

Num. xiiij.

Eſai. xxvij.

Leuit. xxiij.

Pſal. xxxviij

Nume. v.

iiij Regũ xix

Exodi xx. Deutro. v.

Rnai:binas enim huiuſmodi decalogus dictiones profert. Pro cuius doctrina animaduerte,altiora tria lumina,diadema (inquã) ſapientiam,prudentiam in unitate conſiſtere: quumq; deuinciuntur pariter & inhærent,ſphiriſtica delubra unionem cum menſuris ſex inferioribus aduſq; eandem Elhai,fundamẽtum ſabbatumq; uocitatam init prudentia. Quare a prudentiæ globo ad metrum El hai ſeptem ſphiriſtica lumina comperimus:in cuius myſticum ſex dierum mundi creatio exiſtit. Septima uero ſabbatum eſt,quod ordine,fundamenti oraculo coæquat,cui & nomẽ protulimus El hai. Iccirco par eſt ipſi benedictionem ſanctuariq; locum ſabbato accõmodari,ut ſcribitur: Et benedixit deus Elohim diem ſeptimã ſanctificauit ipſum,quia in eo ceſſauit &c̃. Qui iure igitur ſabbatum ſeruauerit,is ueluti quadriga ſedeſq; cenſetur oraculi Tetragrammaton: unde & quies ſabbatum enunciatur,ut illud: Hæc eſt quies mea in ſempiternũ. Ac fere in homine,ut rex in ſolio,reſidet altiſſimus:ad quod facit illud, Et quieuit in die ſeptima. Quamobrẽ ſabbati cultor diligentiſſimus exiſtens, & totius legis cuſtos uocabitur: ſcriptum em̃ eſt, Beatus homo qui faciet hoc,et filius Adę qui apprehẽdet eam,quicunq; ſeruat ſabbatũ, nec ipſum contaminet &c̃. Audiendum inſuper, q; qui ſabbatorum noctibus ſuo perfruitur thoro,modeſtos & iuſticia prędditos filios propagabit: Quia iuſti oraculum ſabbatũ eſt,perpetuæq; poſterioris ij ſæculi uitæ cõpotes euadunt,nã ſabbati exemplar metrũ eſt El hai,in quod (ut ſapientibus placuit) conuertitur illud: Qui fructum ſuũ dabit in tempore ſuo: cui aſtipulat et Propheta, Eunuchis (inquiens) q̃ cuſtodiũt ſabbata mea &c̃. Non exiſtimes autem in Iſrael ex hoc proceres Eunuchos eſſe, ſoloſque rite ſabbata celebrare, ſed quod ad Eunuchorum ſimilitudinem quandã iuſtos Propheta commouerit, qui coniugalem uſum ſex operatiuis diebus freno coercent: ſabbatorumq; noctibus matrimoniale petunt cubile:cuſtodire,n.qđ ibidẽ legit fęmineum ſexum proponit,ut ſcribitur: De omni qđ dixi mulieri pręcuſtoditus eſto: p cuius ęnigmate dici cõſueuit,memẽto,diei eſt,cuſtodi uero,noctis. Hoc igitur iuſtis dogma ſeruantibus,mox luminum ſpõdet pater inquiens, Et p̃ducã illos in montẽ ſanctum meũ (in delubrũ.ſ. El hai) lętificaboq; eos in domo orationis meæ in templum.ſ. Edonai:q̃ gemina oracula,memento,& cuſtodi,deſignant: ſed ſabbatũ pphanans tanq; altiſſimi dei cultus recuſator enũciabitur, ſiquidem ab imis ſuperiora petentes,primam arboris ſtirpem ſabbatum offendimus:quapropter & idipſum mundi fundamentum appellari licuit. Quoniã uero mentales ſpiritus, El hai ducente metro,a lumine euolant Edonai:ideo ſabbati die,ut ęnigmatice ſapientes pferũt,alia ſupaddit̃ homini anima,q̃ in ſabbati exitu auferẽt,ut typice innuit illud: Et in die ſeptima ceſſauit,et aĩauit. Id autem,qui nõ hebetat lumine myſticũ plane nũc pſpiciet & penetrabit: p ſabbati itaq; dimenſionẽ inferioribus cũctis ſphiros poſtremum annectitur Edonai metrum, q; obrem ſeptima dies ſabbatum dicitur:quia per deſcenſũ a prudẽtia in ſphiriſticã areolam id ſeptimũ oſtenditur:

Geneſis ij.

Pſal. cxxxj.

Exodi xx.

Eſai.56.

Pſalmo j.

Eſaiæ 56.

Iudicum j3.

Eſaiæ.56.

Exodi.3j.

oſtenditur:& quoniam duo ſphiriſtica lumina ſublimiora,ſubdítis dimenſionibus ſex agglomerat prudentia : ideo prudentiæ delubrum, dum a poſtremis ad ſuperiora cõſcendis,ſeptimum cõnumeratur. Huius denicꝙ ſæculi metrum El hai ſeptena præfert : futuri uero prudentia, ꝑ quam libertas omnis exactaꝙ erũpit redemptio. Inde iubent ſapientes,precantẽ orationi redemptionẽ adiungere:nã redemptionis El hai,orationis uero Edonai abditũ repreſentat. Quamobrem orationẽ exoriens, dũ ꝓfert: Domine labia mea aperies:mentem ꝓ uiribus in redemptionis oraculum intendat,& qua lege Edonai templo ſit conglutinãdum excogitet: ex hoc enim gloriam ſibi intulit ſapientum priſcus Samuel inquiens : redemptionem orationi appoſui : nanque ſupernos, collegit meatus in redemptionem Iſrael, cuius inde uigor in ædem requieuit Edonai : ſicque ſphiriſticum uir iſte cœnobium in unum totum conſeruit. Sed quoniam redemptionis atꝙ orationis occultum,idem quod & myſticum El hai atque Edonai,ac memento,& cuſtodi propalat : ideo exprimunt priſci: Si bina duntaxat ſabbata adamuſſim celebraret Iſrahel, actutum illius capturæ uinculum ſolueretur. Quòd ſi ambigens dixeris : Cur igitur qua die ſapiens uir iſte orationi redemptionem annexuit, de exilíq ergaſtulo exemptus non ſit Iſrael, ſcias oportet, unicum numero hominem tantum iungere poſſe quantum ſolius indiuidui hominũ portio exigit, nam ſi unanimus Iſrahel geminas has rite componeret dimenſiones omnium continuo ſumma comitaretur libertas. Ignorandum tamen non eſt Edonai metrũ redemptorẽ etiam nõnunꝙ uocitari,dum.ſ illi redemptio ipſa inhæret,quumꝙ ab oraculo El hai delegetur, ut iuſtos a malorũ ſupplicíjs flagellorumꝙ turbine ꝓtegat et eripiat. Itidẽ tunc מלאך הגאל redemptor ANGELVS profertur,quod expreſſit Iacob dicẽs: Ipſe angelus qui me de omni malo redemit &c̃, legatum nanꝙ delegantis nomine cognominari fas eſt. Sed quatenus hoc magis eluceſcat mentis,huc aures deflecte. Iubilei metrũ ſeptimũ uidelicet obtinens ſuperius, redemptionis libertatiſꝙ ſummæ oraculum extat : per quod uitæ ſicut & ereptionis facultatem nanciſcitur menſura El hai : Ab Aegypto , eiuſdem iubilei imperio (intercedente El hai) liber exiuit Iſrael:cui innititur illud, Vehemiſcim aſcenderunt filíj Iſrael de terra Aegypti:nõ cm̃ legendum eſt uahemuſim qđ armati ſonat : ſed Vahemiſim qđ quĩquagĩta inſinuat, ut ſcribitur:Iubileus ipſe eſt annus hahemiſim,i.quinquagenarius:legit rurſum Et redemptio ei ſit, ac in Iubileo exeat:inſuper,Et in omni terra poſſeſſionis ueſtræ redemptionẽ date terræ. Sũma denicꝙ hęc oĩa complectens eſt: et in anno huius iubilei reuertimini ſinguli ad poſſeſſionem ſuã. Sabbatũ ergo El hai dimenſionem referens, ſeptimũ eſt inferius,iubileus uero ſeptimũ ſublimius: ac nos iubileum in ſeptẽ ſabbata annorum,ſabbatũ in dies ſex,& in ſeptimũ ſabbati,ſ. diem abſoluimus. Quorſum aũt octaui metri initium Iubileus enumeretur,id de Tetragrãmatõ prolato Elohim tractatus exponit:altũ quippe (ut audies) myſticũ hoc decernit. Nec te lateat Iubileum ac

Gene.48.

Exodi xiij.

Leuit. xxv.

Leuit. 25.

bileum ac uenturi ſæculi uitam magnum ſabbatū uocitari, quod ſeptimū occupet ſuperius ordinem: El haiq; ſabbatū ſeptimum inferius, cui prudentiæ delubrum omniformes elargitur opes, immenſæq; libertatis ac uitæ dona munificentiſſime porrigit. Si ergo uitæ ac redemptionis te comitem efficere concupiſcis, memento ut ſabbatum, quod ueſtibuli more futuri ſæculi magniue ſabbati aditum pandit, exactiſſime celebres: ad qđ concordat uocabiſq; ſabbato oblectationē (ſabbatum, ſ. quod nobiſcū) & ſancto Tetragrammaton glorificatum (ſeptimū, ſ. quod altius) ubi declarant maiores, & ſancto deo glorificatum, i. dies propitiationis quæuis enim propitiatio de iubileo proſilit, per quem indulgentia in templum migrat Edonai. Dinoſcere autem operæprecium, q̄ etſi (ut maioribus placuit ſapientibus) ſabbatum nobis quid ſit conſtet nulli, tamen prophetarum ſabbati merces innotuit: eximium etenim quid bonorum exiſtit, ac e ſex principiſ diebus abditum lumen, in quod nec omnis creatura propriū figere meretur intuitum. Vigil igitur eſto, ne trinam epularem ſabbati refectionem prætereas, quæ unionis typum, cum noſtroq; ſabbato magni ſabbati nexum præfert: nam huiuſce triplæ refectionis ſabbati die obſeruator altiſſimi pene nominis unionem facere cenſetur: uxta myſticum illud, Deus unus eiuſq; nomen unum: in tribus ſcilicet & ſeptem, de tribus inſuper auguſtiſs Gog Magog merito eruetur: harum una ruſus ſabbati epulationum nomen concernit Edonai, quod eadem die, cum altioribus uinculum aſſumit. Secunda nomen aſpicit Tetragrammaton: tertia in oraculum declinat prudentiæ, quæ ſublimiori delubro Eheie cōſerta manet: pro quo depromitur illud, Et uocabis ſabbato oblectationem &c̄, & illud, Fluuiuſq; exiuit de uoluptate ad irrigandum hortum &c̄. Summū enim unionis uinculum denunciant, uoluptas, fluuius, hortus: quapropter triuam hanc ſeruans epularem refectionem nō ſecus q̄ decem ſphiriſtica lumina in unum conglomerans decernitur, iuxta templa Edonai, Tetragrammaton, Eheie, totus deniq; ſphiriſticus (concilians te ſabbato, metroue El hai) conflabitur ordo. Idem etiam oraculū El hai, בריה BERIS, i. fœdus in lege ſcribitur: omnis. n. legis dictio quæ fœdus ſonat, unū de tribus ſphiriſticis luminibus inſinuat, ſ. El hai, Edonai, bina. i. prudentiam. At fœdus prudētiæ, fœdus eſt oris, fœdus linguę, fœdus labiorū: ſcribit. n. Quia p̄ os horum eloquiorū tecū excidi fœdus. Fœdus uero El hai, fœdus dicit pacis, fœdus ſabbati, fœdus arcus. Inſtituit & nobis mundi conditor circumciſionis fœdus, ut per ipſum, El hai cōſortes efficiamur. Fœdus autem Edonai, fœdus concernit legis, quæ inter El hai, atq; prudentiæ fœdus iuncta conſiſtit: & quum El hai atque prudentiæ metris templum hæreat Edonai, idipſum ſibi fœderis cognomen adaptat: uxta ęnigma fœdus linguę, fœduſq; effuſorij. Idē circumciſionis oſtenſio aperit, ut illud ſapientum ꝓdit: Si circumciderit & circumciſi membri præputium membri coronam nō patefecerit, ꝓ nihilo circūciſio ipſa reputabitur: mēbri. n. circūciſio et oſtēſio coronę, abditum

Eſaiæ 58.

Zach. xiiij.

Eſaiæ 58. Gene. 2.

repręſentat

repreſentat Edonai: quūcꝫ defuerit oſtenſio, primū uticꝫ ſphiriſticum oraculū, ꝑ qđ in Tetragrāmaton ædē ingreditur, deeſſe iudicabitur. Enunciat etiā dimenſio iſta. אות Oos. i. ſignū, eo ꝙ inde oſtenta & ſigna in ſęculo innouentur: quare nimirū ſi in Aegypti exitu, quū orationi annexa fuiſſet redēptio, cꝫ plura effulſerint portēta atcꝫ ꝓdigia, cui cōcordat illud: Et uidit (uel reſpexit) deus Elohim filios Iſrael, et cognouit Elohim. Necnō illud, Et recordatus ſum fœderis mei. Dicitur etiā ſabbatū (ꝙ & El hai metrū refert) ſignum, ut ſcribitur: Inter me & filios Iſrael ſignum ipſa eſt in perpetuum. Similiter & circūciſio, quæ hanc ipſam ſphiram El hai oſtendit, ſignū nuncupari didicimus: ut illud: Circūcidite carnis pręputium ueſtrum &c. Sic pariter & arcus ſignū nominatur, quemadmodum ſcribitur: Arcum meum dedi in nube, eritcꝫ in ſignum fœderis &c. Fœderis aūt arcus, ut antea expreſſimus, fœdus denūciat El hai. Quoties ergo ſigni ꝓlationem audies, Elhai dimenſionem intellige, quod recordationis myſterium exponit: ſiquidē oēs ſæculi filios idem in memoriā reuocat El hai: At fœderis ſabbati & circumciſionis ſignum, huic tantum filios conciliat Iſrael: ſignum uero fœderis arcus in omnia q̄ terrarum complectitur, orbis applicatur. In huius denicꝫ oraculi typū lex ipſa nomen exprimit שבועה Scefua. i. iuramentum: quamuis. n. dictio iuramentum referēs, prolatione adæquatur dictioni Sciuea. i. ſeptem: quo pacto protulit & Abraam Euimelech, Seua. i. ſeptem (inquiens) agnas manu mea ſuſcipe, ideo locum uocauit Beerſceua, id eſt puteus ſeptem, quum ibi iuraueſ rint ambo. Scriptum eſt & rurſum, Appellauitque eos ſciuea, id eſt ſeptem, ideo nomen eſt urbi Beerſceua: nulla autem hic facta eſt commemoratio iuramenti, quod legitur antea, eo quod urbs ipſa de myſterio pendet ſeptem, locus uero putei de myſtico Scefua, id eſt iuramenti. Vt autem planius ænigma hoc pateat, aduerte ꝙ quicunꝫ accingitur ad orandum, ſe ad ſeptem oraculorum penetralia confert, quæ ſeptem mundi dierum archetypum pandunt: ubi totum a metro pendet El hai, qđ ſabbati myſticū aperit. Idē aūt ſunt ſabbatū & ſeptima dies, in quā (ſeptimū inquā) ut diximus, iuramētū omne cōuertitur: ut legitur, Et in die ſeptimo ceſſauit & animauit: quo fit, ut q̄ dei nomen accipit iuramento, per animam quidem iuret & uitam, ut illud: Viuus deus, & uita animæ tuæ &c. Etenim animæ tuę uitā decernit nomen El hai: ꝑ quod in uniuerſum animarum chorum, quæ ab Edonai euolant, terræ uitæ munus diffunditur. Qui igitur deierare præſumpſerit, deum quidem El hai, & ſeptem pariter ſphiriſtica lumina aſpernatur & deſpicit. Aſt q̄ ſenſu ꝓferatur iuramentū badonai. i. in deū, uotum uero ladanai. i. deo, inferius dicenda explanabunt: uotum eīm magni ſabbati exemplum præfert ſeptimi. ſ. quod ſublimius exiſtit: iuramentum uero ſabbati quod inferius. Menſuram etiam iſtam nomine חק Hok. i. ſtatutum, lex ipſa depromit: cuncta enim ſummus rerum opifex inſtituit, omniacꝫ termino ac menſura ab excelſo ſuo pendentibus nomine diſcreuit. Solum nancꝫ huiuſ-

Exodi. xx. Exo. xxxj. Gene. xvij. Geneſis 9. Geneſis 21. Geneſis 26. Exodi 31. j. Reg. xxv.

modi admirabile nomen abſq; limite limitem omnem tranſgreditur: cui
Pſal.cxviij. quadrat illud,Finem poſuit tenebris,& omnem finem ipſe ſcrutatur. Scriptum eſt etiam,Cuicq; conſumabili uidi finem,latius nimirum mandatum eſt tuum:ac ſi dixerit,uniuerſa creata terminum ſubeunt ſolum metrum uocatum mizua. i. mandatum, quod in ſphiriſtica areola ab inferioribus ad ſuperiora primum,et a ſuperioribus ad inferiora poſtremũ offenditur, nullo ſiquidem termino fineue clauditur, ſed cuncta circumambiens ſingulis quidem terminum dimenſionemq; apponit,cui mandatũ ideo dicitur:quod ipſius nutu quæq; promuntur altiſſimi opera,ut illud: Lex ipſa atq; mandata:lex enim ſcriptam innuit legem, mandatum uero uoce promulgatam inſinuat. Sed quum in lege audies חקה Hyka, quod ſtatutum fœmineum ſonat,ut legitur,Et cuſtodietis ea hahukakaſos. i. inſti-
Exodi.xiij. tutionem hanc:accipiendum eſt oraculum Edonai,quemadmodum Hok oraculũ El hai:quoties igitur in lege ſcripturæ obuias Hok. ſeu Hyka. profundum ibi, quod titubantem nutantemue cogitationem ſtatuit, myſticum latitare perpendas. Crebrius quoq; eiuſmodi delubrum lex הר Hari,d eſt montem appellat. At multiplex eſt montis acceptio, nam oraculum El hai mons pandit Zion: mons Moria indicat templum Edo-
Pſalm.xlix. nai:mons uero Eſau ſeductrix menſura eſt Iſrael. Mons autem Zion lumini congruit,eo q̃ inde idipſum primo effulſerit,ut ſcribitur: De Zion ſumma pulchritudinis deus Elohim apparuit. Et q̃q̃ creatorum parimodo omnium Edonai templum ueſtibulum habeatur, montis tamen Zion inundatio in montẽ ſtillat Moria,qui Ieruſalem Edonai uocatũ inhabitat,
Pſalm.134. q̃ quem uires ac operandi celeritatẽ nanciſcitur nomẽ Edonai,ut illud: Be-
Pſalm. 132. nedictus deus de Zion inhabitans Ieruſalẽ &c̃. i. deus intercedẽte Ziõ inhabitat Ieruſalẽ:ut legitur,Sicut ros Hermõ q̃ deſcendit ſuper mõtes Ziõ quoniam illuc mandauit Tetragrammaton benedictionem &c̃. Montes quidem Zion oracula ſunt uictoriæ atq; confeſſionis,a quibus oleũ bonũ ſuper montem Zion defluit, indeq; in Ieruſalem. Mons uero Eſau extra a ſiniſtris rigidus luctator eminet, ut myſticum illud: Bellum eſt deo
Exodi.j7. a generationis generatione, & fabricæ montis Zion altariſq;, in monte Moria dedicationi obſtat,quouſq; periodus tempuſue,quo uindictę ſupplicium ingeritur,ipſi Edom accedat:dumq; uindictę. ſ. amictibus operiũtur mõtes Zion(Tetragrãmatõ inquã Zeuaos, Elohim Zeuaos)quos
Abdias.j. ſaluatores pronunciari legimus,iuxta illud: Et aſcendent ſaluatores in mõtem Zion,ut iudicent montem Eſau flagitioſi, Eſau ne potis. ſ. Emalech, quo bellum eſt deo,quicq; craſſator rigidus contra montem Zion uocatus Samoel princeps Eſau, qui & pacis fœdus dirumpere conatur, quo monte iudicato dei (ut mox ſubiungetur) erit regnatio, quę myſticum eſt montis Moria,ænigma Ieruſalem, abditumq; & penetrale Edonai. Hic nec ſilentio inuoluere licet, quatuor imperio Edonai, cohabitantiſue gloriæ regno,ipſiq; Ieruſalẽ ſuggeri turmas, quadrigamque & ſolium oraculum deferentes Edonai:quę montes Erarat cognominari legimus, ut

illud

illud: Eritq; in nouiſſimis diebus præparatus mons domus dei in capite montium, in capite, ſ. quatuor turmarum gloriæ. Quadrat & huic illud: Omnes qui in orbe reſident, & incolæ ſunt terræ, quum eleuabitur uexillum mõtium uidebitis &c̃. Stabit, n. uexillũ Edonai, cui altare dicauit Moſe, ppugnãs Emalech in uertice ipſorũ montium, q̃tuor uidelicet animalia ſupq; quatuor turmas. Sunt & inſupq; montes ut gebaniti ſcilicet caliginis, alijq; huius generis plures exterius montẽ omnes circũdãtes Moria: cui id innititur, Sexaginta ſunt reginę, et cõcubinę octuaginta, puellęq; innumerę: unica eſt columba mea immaculata &c̃. Scribitur etiam: Ieruſalẽ circumdatur montibus. Aduerte pręterea: quũ Iſrahelitę exeunt Ieruſalem montemq; Zion, q; eorũ pedes in montibus caliginis, cæterorũq; agminũ ab extra degentium illiduntur: nuſq; n. niſi in monte zion, in Ieruſalem, atq; in monte Moria uallo tuti coercentur Iſrahelitæ, a periculiſq; & in curſibus proteguntur, ut illud ſonat: Ponite honorem deo anteq; accedant tenebrę antequam offendantur pedes ueſtri ſup montes caliginis &c̃. Notum aũt fecit altiſſimus montẽ Seir in hæreditatem ſibi uendicaſſe Eſau, eoq; ſqualidis horridiſq; ſentibus, & ſordibus pollutus eiuſmodi mons exiſtat, quem piloſi dæmones (quos ſceleſti Eſau propago colit) inhabitant: dæmonem uero eum ſibi aſciuit Eſau, qui ſpretus in dæmonum turba atque ſerie, iuxta humum ſedem ſortitur: cui quadrat, Hi ſunt filij Seir horrei habitatores terræ: quo circa ſcriptum eſt de Eſau, Et abiuit in terram a facie Iacob fratris ſui: & idem innuit, En paruulum dedi te in gentibus contemptus es ualde &c̃, alijq; nanq; gentiũ excelſioribus reguntur ducibus: ut illud, Ecce princeps Iauon (id eſt Græcorum) uenit: & princeps regni Paras (id eſt Perſarum) ſic de reliquis ſeptuaginta nationibus iudicandum: ſic & Iſmael xij. ſibi præſides deſtinat, ſolus Eſau humiliores dæmonum duces hæreditatemq; aſſumpſit, & quod de Eſau legitur: Si ut aquila nidum tuum exaltaueris &c̃. ideo eſt, quia principem habet globis Martis animam nomine Samoel, qui ipſis dæmonibus uim roburq; impartit; ſeptuaginta tamen principum cœnobio, qui ſuo ſemper ordine conſiſtunt, is minime inſcribitur: idcirco legitur: Bellum eſt deo in Emalech: q nepos eſt Eſau de generatione in generationẽ: generatione, generatione, idem typice refert q; & illud: Deus memoria mea in generationẽ et generationẽ &c̃. Idẽ impius princeps Samoel diabolus eſt exactorq; in ſuperis aduerſus Iſrael: de quo, dum libertatis tempus properat, legitur: Si in altum ut aquila conſcendas, te inde deponã dicit deus. Nominamus interdum & menſuram iſtam ציון Zion: nam Zion & Ieruſalẽ myſticũ comprehendunt El hai atq; Edonai memorandũ & cuſtodiendũ: Quæ & aliquando כל Kol. i, omẽ uocitatur. Nam quicquid ab altioribus ſcaturit oraculis, in hoc colligitur metrum: a quo et in Edem migrat Edonai. Legitur itidem nonnunq; עת Es id eſt tempus, ut ex illo elicitur: ipſum omne pulchrum fecit in tempore ſuo; aliud namq; tempus eſt boni, aliud

Eſaiæ ij. Eſai. xvij.

Canti. vj.

Pſal. cxxiij

Hiere. xiij.

Gene. 36.

Gene. 36.

Daniel. x.

Hiere: xl.

Exod. xvij.

Pſalm. cj.

Exodi. iij. Abdias. j.

Eccleſi: 3.

 mali, ut

mali,ut illud: Tempus eſt generandi, tempus moriendi &c. quum enim tempus hoc eſt oraculum Edonai, boni quod eſt El hai menſuræ adhæreat, boni appellationem obtinet: quod quum ab ipſo ſeiunctus fuerit, id tunc Edonai tempori exterius ſuggerit:quare et malum tẽpus uocabit. Promitur ſimiliter & idem El hai cognomine זה Ze, id eſt hoc, quo & Edonai eidem annexum nuncupari ſolet,uidelicet zos,id eſt hæc. Profertur quoque oraculum tale אביר Euir, i.robuſtus Iacob,quia a prudentia ad uolatum roboratur accipiter: iuxta myſticum maioris atque minoris ſabbati:uocatur autẽ robuſtus Iacob,nõ robuſtus Iſaac uel Abraę,eo quod eiuſmodi ſphiriſticum lumen ab oraculo effulget Iacob, quod linea media pronunciari conſueuit. Multotiens etiam id uocatur Euir Iſrael: ut legitur,Ideo dicit dominus deus exercituũ robuſtus Iſrael. Exprimitur etiam ſępiſſime cognomine חסד Heſſed,hoc eſt gratia inferior: triperfita enim gratia eſt,prima quidẽ de altiori fonte erũpens gratia dicitur ſublimior,cui nihil iudicij miſcetur, ſed miſericordijs und cp gratiacp refulget, quæ gratiæ bonæ nuncupari ſolet: cui quadrat illud, Et gratia mea non
2. Regũ. 7. Pſalm.xx. aufferetur ab eo &c.& illud: Quoniam rex confidit in deum,in miſericordiam altiſſimam non labetur. Alia gratia eſt mundi, gratia ſcilicet Abraæ,ut legitur: Da ueritatem Iacob, & gratiam Abraæ &c. Quoniãue-
Miche. vij. ro timor Iſaac,hoc eſt iudicij menſura,nonnunq; ſe gratiæ Abraæ cõferit
Abac.iij. eicp obſtat,ut ſcriptum eſt: Et ibi abſcõſio fortitudinis eius. Vtcp ex illo elicitur: Dextra tua confringit inimicum &c. Ideo gratia Abraæ nequaq; ſyncera,ſed complicata iudicio aſſeritur. Tertia fideles gratiæ Dauid exprimitur, gratiæ ſcilicet oraculi El hai, quæ a gratijs bonis & gratijs Abraæ defluentes, quum dimenſioni applicent Dauid, & ipſæ gratiæ dicuntur Dauid. His igitur auditis,ſcito menſuram El hai ueluti purgatricem examinatricemcp ſuſcipiendarum renciendarumcp ſupplicatio-
num,quas oraculum porrigit Edonai conſtitui: ibiem̃ cũ ingenti ianitorũ turmarumcp multitudine decernit cp ſi ęquas dignaſcp ut admittantur coguouerit, delubro offerantur Tetragrammaton: inanes uero ac futiles a facie protinus detruduntur altiſſimi. Sunt autem in templo El hai quædam lachrymarum portæ,quę ter in die reſerari conſueſcunt,quas lachrymabiles introire preces minime renuitur. Sed hic aduerte cp quãq; ſin
R gularium preces cr bro ſe iunctim fundantur inanes,a nullo tamen ianitorum prętorumque deprecantis pariter multitudinis diuelli poteſt oratio. Id autem quod de oratione diximus,audiendum eſt,cum in attributo ſibi ſolo atcp Ieruſalem degat Iſrael, nam & ſi frequentes innumeriquedum exulãt, orantes extiterint, temptatores craſſatoreſue gentium præſides,nedum ſingulorũ,ſed & multitudinis orationi aſtant,ut eam rapiant fundituſque deuorent & annihilent. Quapropter ex maiorum inſtituto omnis oratio extra terram Iſrael,Ieruſalẽ uerſus dirigi debet,alioquin nulla altiſſimi conſpectum accedet oratio. Collige itaq;,cp probam iuſtãcp orationem proſpiciens ſuſcipit El hai de manu Edonai:unde in unum ipſi metro conflatur Edonai:per quod altioribus ſe oraculis omnibus exinde

quouſq; locum adeat prudentiæ inſerit, quo deinceps adhæret ſapientiæ, & cui cognomen inditur uoluntas. Quamobrem in obſecrationis introitu exordiri cõſueuimus: Edonai labia mea aperies: In exitu uero, ut ſint uoluntati ſeu ut complaceãt eloquia oris mei, per quod in apicem altiorem. i. coronam uocatam infinitum conſcendimus. Vniuerſum itaq; ſphiriſti cum chorum componit ordinata diſpoſitaq; precatio: eundẽ enim altitudinum nexum eloquijs parit oratio, quem peragũt holocauſta operibus, ut illud, Et labijs noſtris perſoluemus thauros &c. Hactenus de oraculo El hai: nunc uero ad alia diuina nomina, iuxta gradus altitudinum pendenda (ſuperno explorato auxilio) accingamur. Pſalmo 50. Pſalm. xviij

DVO HAEC NOMINA TERTIA ET QVARta altitudinũ ſerie collocata legi didicimus: אלהים צבאות Elohim Zeuaos, id eſt deus exercituum: יהוה צבאות Edonai Zeuaos, id eſt deus Tetragrammaton exercituum: quæ quidem ambo pro uno interdum proferuntur, iuxta illud: Deus Tetragrammaton, deus Elohim exercituum exaudi orationem meam. Et ſeiunctim quandoq; ſingulum eorum commemoratur: ut habetur cum dicitur, Deus Elohim exercituum conuerte nos, luceat facies tua & ſaluabimur. Et ſimiliter cum legitur: Tetragrammaton exercituum nobiſcum, robur nobis deus Elohe Iacob. Nos autẽ eadem in ſumma utrumq; collocamus, eo q; ſe mutuo amplectuntur & pandunt, ac parata ſunt ambo inundationes ab altioribus ſphiros per canales fiſtulas ſcatentes transfundere in menſura El hai, ac probe iuſteq; ſua munera rebus cunctis impartiuntur, a latere quidem gratiæ unum, a latere autẽ iudicij alterum. In El hai eñ metrũ & iudicium, & miſericordiam, & gratiam tranſferunt. Nec Tetragrammaton Zeuaos oraculum, altiorem quidem gratiam q; Abraæ gratiam & mundi uitam in delubrum haurit El hai: dimenſio uero Elohim Zeuaos, ad id fortitudinem, iudicium, ſupplicium trahit atq; timorem. Quare conſulte uocata eſt El hai menſura. Kol. i. omne, quia iudicium ſimul & miſericordiam complectitur. Quoniam igitur metro El hai amicus erat Dauid rex Iſrael: quarto, ſ. quadrigæ pede, miſericordia illum, gratia & iudicium comitabantur, ut ex illo elicitur. Et ipſe rufus & bonus uiſu &c. Nã q̃tenus rubens, in hoſtes altiſſimi luctatorem acerrimũ extitiſſe indicatur: quatenus uero oculis pulcher, pientiſſimi ducis Iſrael aſpectus innuitur: quumq; bonus uiſu exprimitur, q; mentis acumine legis penetrauerit adita, inſinuatur iuxta illud: Bona eſt mihi lex oris tui. Ab his igitur geminis oraculis tam ſuperum quàm caducorum exercitus pendent, uniuerſaq; ſæculi certamina inde trahunt originem, zelotypiæq; myſterium pariter erumpit, ut ſcriptum eſt: Zelus Tetragrammaton Zeuaos facit hoc. Inde uaticinij prophetæ abliguriunt ſpiritum, ut illud: Sic dicit deus Tetragrammaton Zeuaos &c. Solus prophetarum monarcha quia altius Pſalm. 84. Pſalm. 80. Pſalm. 45. 3. Regum. 16 Pſal. cxviij. Hiere. vij.

quia altius uolantem ſe nomini adaptauit Tetragrammaton', fructus
non eſt nomine Tetragrammaton Zeuaos, illi enim exercituum ſpecula
Num.xij. intueri opus non erat, ſiquidē ut tradunt ſapientes: ſolus Moſe fulgentiſſi
mi ſpeculi fruebat intuitu, legitur.n. Ore ad os alloquor ipſum, aliorum
uero ꝓphetarum conuentus ſpecula cōtemplabatur non fulgida, ut illud
Oſee xij. Siqui ſunt prophetæ ueſtri Tetragrammaton in ſpeculo ei innoteſco, in
ſomnio alloquor ipſum. Similiter & illud: Et in manu prophetarum
aſſimilo &c̄. Nam quemadmodum tres ſacris in literis ordines con
ſtant, lex ſcilicet, prophetæ, & agiographi: ſic & tria graduum diſcrimina
in ſuperis altitudinibus comperimus, fons uidelicet, flumen & piſcina.
Moſe igitur ipſum reconditarum aquarum fontem obtinuit: unde & ꝓ
phetica eius cognitio lucida claraq; extitit: prophetæ autem depreſſiores
fluminis ſcatebras attingentes, uaticinandi ſpiritum ſimulacris immixtum
proſpiciunt, torrentis in morem, quem turbidum ac cœnoſum terræ
limus & argilla effecerunt: Agiographi uero de piſcina haurientes e
bibunt, quæ collecta minuſq; puram aquarum congeriem contrahit
& includit. His ergo uelut epitomate compræhenſis, hæc duo (quod
ſupereſt) nomina exactius mox compilare proponimus. No
men itaque אלהים צבאות Elohim Zeuaos appellatum menſura eſt
a ſiniſtris iacens, quæ a prudentia atq; timore quamlibet fortitudinem
iudiciumq; aſſumens, tam in ſuperis c̄q; in imis luctatur, bellūq; ꝓ Tetra
Eſaiæ xxiiij. grāmaton zeuaos inſtruit & exercet: cui quadrat, Viſitabit zeuaos ſuper
exercitū excelſi in excelſo, & ſuper reges terræ in terra &c̄, Cum enim gen
tis alicuius interitum aut regni deſolationem mandet altiſſimus, in pri
Exodi. xiiij. mis illius in ſublimibus principem torquet, ut in Pharaonis cum Iſraeli
tis certamine contigit: Legitur enim, Tulitq; ſexcentos currus electos,
& omnes currus Aegypti &c̄, ac ſi ſexcenti non Aegypti, ſed ex ſuperis
currus exiſtant, princeps enim Aegypti iunctus erat cum Samoel: unde
ſexcentum præter Aegyptiacos ſibi currus adiunxit. Nam ut inter
mortales contentio tunc fremuit, ſic & acerrimo inter ſe agone confli
xerunt & ſupra. Quare operæprecium erat triplici amictus genere indui
nomen Edonai: amictu ſcilicet regni, pulchritudineq; imperij Iacob: ami
ctu gratiæ ex latere Abraæ, qua protegeret Iſrael: necnon belli ac fortitu
dinis amictu ex latere Iſaac ad propugnandas Aegypti in ſuperis pha
Exodi xiiij. langes, ut myſticum illud: Vagiſſa, uaiauo, uagyet, id eſt & perrexit, &
uenit, & declinauit, quæ prętacta tria deſignant indumenta. Vo
j.Para.29. catur & eadem dimenſio הוד hod. i. decu (uel laus) ut legitur: Tibi de
us eſt magnificētia & fortitudo, pulchritudo, uictoria & decus (uel laus)
hanc enim appellationem ſibi huiuſcemodi uendicat metrum, dū ab ora
culo fortitudinis contrahit, ut hoſtes ꝓfliget, certaminis uictor euadet, al
tiſſimiq; dilectos tueatur et protegat, cui innuit: uehodi. i. decus (uel laus)
mea conuerſa eſt ſuper me in perditionem. Quoniam igitur uictoriam
mirando

mirandorumq; opera,& hæc ipſa miniſtrat: Ideo huc confeſſio omnis cõ uertitur, & quæcunq; in pſalterio a Dauid expreſſa confeſſio in gemina hæc ſphiriſtica lumina erigitur. Placuit quoq; maioribus eandem uocitari edocti ſapientum: edocti (inquiunt) ſapientum locupletius pacem diſſeminant in ſæculo: cuius utiq; typicum non latet eos, qui reconditarum rerum doctrinis inſudant. In cuius myſticum dimenſionis intellectum, ſecundam ſanctuarij domus columnam ſtatuit Salamo: quam uocari libuit. בעז Boaz,quemadmodũ in uictorię myſteriũ aliã dictam יבין Iochim erexit:ſonat.n,dictio Boaz.in robore,eo q; de fortitudine robur, de prudentia uirtutẽ aſſumit. Inde ſcatent ſeraphin angeli, quos ſex aligeros uocari nouimus, quibus & nomen congruit ſeraphin: q; flammæ impetu uorent omnes qui ſine congruo uenerandi cultu quadrigę intuentur opus, negociantur q; in Haſmel, & ſingulos ſacris abutentes diadematis nominibus torrent atq; perurunt. Hæ rurſus (uictoria inquam & confeſſio) legi ſolent שחקים Sehakim,i. cœli contundentes, ſeu nubiloſi, qui ut ſapientibus uſum eſt pabulum iuſtis contundunt atq; miniſtrant. Ros enim Hermon (ut nouiſti) ſuper montes ſtillat Zion. Quoties,denicq; ſcriptũ inuenitur cœli Somaim,id ſuperiorum duorum nominum El elohim, magnificentiæ ſcilicet & fortitudinis myſticum proponitur. In quorum uti aquarum medio firmamentum conſiſtit Tetragrammaton,prolatum Edonai. Quoties uero ſcribitur cœli Sahakim nominum Tetragrammaton,Elohim Zeuaos,uictoriæ ſcz & cõfeſſionis archanũ inſinuat. In medio quorum concilians utrumq; eſt nomen Elhai. De Somaim igitur Sehakim,inundat defluxus, de Sehakim in El hai,de El hai in Edonai,cui innititur illud: Gutate Somaim (latina ędi- Eſaiæ 45.
tio rorate cœli) deſuper,& Sehakim ſtillent iuſticiam. Hæc eadem nomina Tetragrammaton, Elohim Zeuaos, uictoriam ſcz & decus refert, עצם Ezem haſſomaim .i. ſubſtãtia cœli,ut illud: Et ſicut ſubſtantia cę- Exodi.24.
lum ſerenitate: horum eñ ſuſtantia et robur de loco manat dicto Somaim: Et ſapientia quidem edocti haud ignari ſunt,eiuſmodi menſuras ipſius ſomaim ſapientiã reipſa exiſtere,quibus ſubſtantię oñes uim hauriũt. Te aũt non prætereat, ſubſtantiam ſeu os collocari in dorſo hominis nomine luds, quo & radix humanæ cõpaginis et uigor cõſiſtit, ex eoq; cor,epar, cerebrũ,& ipſa genitalia ducunt originem,& eiuſce ſubſtãtia de eucratica ſpermatis ꝓticula ędítur, quũq; ex ipſo interitu cõpago hominis diſſoluit, eiuſq; diſſipañ artus,oſſa marceſcũt,hęc ipſa ſubſtantia corruptionẽ putredinẽue non patitur,igne nõ uritur, mola nõ contundit,nec quouis ictu conteritur,ſed manet,nec eſſe deſinit in ſęcula: hæc eadẽ dulcedine & gaudio fruitur poſt obitum iuſti, & dira ſupplicia patitur poſt interitum impij; hæc ipſa de ſubſtantia Somaim radicem habet,trahit q; originem.

Sunt quippe geminæ dimenſiones (ut antea tetigimus) locus unde uaticinandi oracula ſinguli Prophetarum nanciſcuntur: ſolus Moſe prophetandi ſpiritum a nomine ſuſcepit Tetragrammaton.

Ne tamen

Ne tamen exiſtimes reliquos ſolius angeli ducatu prophetiæ munera acti giſſe,cū plures(ſcias oportet)a ſacris uoluminibus angelis iunctos cōme morari, quos prophetarū quidē cœnobio nequaq; inſcribi aſſerimus:ſed omnibus radius effulſit Tetragrāmatō, humilioribus tamē q̄tuor ducē tibus ſphiros,Edonai.ſ.El hai,Elohim Zeuaos, Edonai zeuaos,quæ idē ſunt quod regnum, fundamentum, confeſſio, uictoria. Quoties igitur prophetæ altiſſimi Tetragrammaton eloquia ſe audire pronunciant,qua tuor id ſolum prędictis intercedentibus contingere exiſtima. Moſe uero actutum ipſum Tetragrammaton nullo mediatore applicuit: in fulgi dum enim ſpeculum eius ferebatur intuitus, aliorum uero in quoquo
Exodi.vi. modo turbidum nomen Edonai:ut legitur,Et apparui Abrahæ,Iſaac,Ia cob,in El ſcadai, id eſt deo cui ſat eſt, nomine autem meo Tetragramma ton minime cognitus eram illis: ubi autem propheticos radios quando q; per angelum eluceſcere ſcripturæ dicunt:ut illud Abrahæ, Et clamauit
Zach.iiij. ad eum angelus dei de cœlis: & illud Zachariæ, Reſpondenſq; angelus qui locutus erat in me &c̄,& plura huiuſcemodi (ne quid temere ac impe tuoſe in hoc cogites) alias de his alta ſapientiæ myſteria perpendes. Quod uero in magna gloſa leuitici tractatus hebraice uagichra raba cen ſet ſapientes: & clamauit inquiunt ad Moſen,non ſicut ſcribitur de Abra ham:& clamauit angelus dei ad Abraham: angelus quidem clamat & ſer mo loquit̄: ſed apud Moſen ait creator, Ego ipſe ſum qui clamat,ipſe q̄lo quitur hæc illi:quorſum autem hæc uergant mox explano. Quemcunq; prophetarū ante uaticiniū prædictionē præparari ornariq; oportet,quam præuiam adaptationem,aut ipſi ſibi,aut dei angelus miniſtrat. At Moſe ad prophetica delubra ſe idoneum atq; ſemper habilem cognouit: ut ha betur,State & audiam quid mandabit uobis deus Tetragrammaton. Te autem non prętereat,q; in deum Tetragrammaton pro filiorum ge neratione deprecaturi accedunt, in uictoriæ & laudis templum (quem admodum orauit & Hanna) mentem conuertere oportere,ut inde & no
i. Regum. i. men Elhai, a quo & in Edonai pariter oraculum, unde cœli quidem, & terræ agmina pendent,uigoris copiam contrahant et educāt: ab eo nam q; omnis in herbas, & plantas in arbores & uirgulta, atque in animan tium quorumcunq; genera uirtus diffunditur & effluit. Necunum quoq; te lateat,in tribus ultra naturæ morem impetrandis muneribus fi liorum,ſ.uitę & alimenti,neceſſarium eſſe aduſq; ſuper excelſum ſignum, inacceſſibile inquam Eheie oraculum conſcendere, uitæ quidem ut illud
iiij.Reg.xx. Ezechiæ. Ecce ego addet ſuper dies tuos &c̄. Non enim ſcribitur addam
i. Regum. i. ſed addet. Filiorum aūt ut illud Hannæ: Et orauit ſuper deum Tetragrā maton: ſcriptum nanq; non eſt orauit ad deum: Alimenti q̄q; ut ſcribit,
Pſall. liij. Iacta ſuper deum quod tibi dandum exoptas(ſeu curam tuam) & ipſe te enutriet &c̄. Sic et quicq̄d imploras a ſupis, nō in ſphira q̄dem ac nomine quā ſibi aſciuit petitio ſiſtere licet, ſed patrē luminū diadema inquā ſubli me, a quo uniuerſa ducunt originem cum ipſa accōmodati nominisuoce

adire

adire ,unde rurſus deſcẽdens,altitudinumq; extremum repetere oportet. Pſel.cxiiij.
Quo rite pacto efflagitati cuiuſq; uoti compos efficieris,ut ſcribitur:Pro/
pe eſt deus omnibus inuocantibus ipſum,omnibus qui uocant eum in ue
ritate.Interdum gemina hæc oracula מקום חעצה MaKom haeza,
hoc eſt locum conſilij eximij ſcilicet pretorij appellari didicimus,ut legi/ Eſa.xliij.
tur.Quia Tetragrammaton zeuaos conſulit & quis ſubmouebit (ſeu
infirmabit) quanq; conſilij prudentia ſit, huius tamen conſummatio &
exitus, victoriæ & cõfeſſionis templum inhabitat,cui innititur (uerbum
uerbo reddens) Et uocabit nomen eius admirabilis ſeu latens conſilia/ Eſa.ix.
tor,El fortis,pater æternus , princeps pacis &c̃. latens enim ipſa ſapientia Eſa.xiij.
eſt , conſiliator prudentia,El magnificentia,fortis fortitudo , pater æter/
nus pulchritudo,princeps pacis fundamentum,quod uictoriam & decus
inuoluit.Scribitur autem:& quis ſubmouebit,eo q; ſolum prudentiæ ui/
gor,cui dicitur,qui uoti uincula ſoluere ualet?Prophetarum igitur cho/
rus quum grande hoc myſticum nouerit exciſum , iam ſublimioris pre/
torij iudicium mulcere conſueuit,ut ſcribitur:Iuſtus dominatur timori dei
Elohim.Hoc inſuper tenendum,duobus oraculis uictoriæ & confeſſionis
angelus quidam aſtat,qui in abſoluta magni pretorij ſuper filios ſeculi iu/
dicia prefectus decernitur , cuiq; gemini ſcribæ obſequium reddunt.Is ſi/
quidem compos eſt ſtatuta iudicia anteq; irruant ſeculum demere,aut iux
ta pœnitentiæ opera in melius conuertere. Quibus in templis alius rur
ſum preſes eſt nominis Tetragrãmaton imperio ſubditus,qui cellariorũ di
uitiarũ q; cõpluriũ curã exercet, cui & alij ſubſunt miniſtri, q̃bus impẽdit
animas pretorij imperijue iudicio,& int̃ gentes gladio extĩctas ſuſcipe , &
his illas in arcis reponere.Sũt & corũdẽ alia oraculorũ loca cõſolationũ ca
lix dicta,a q̃bus ſolamẽ et robur ad meſtos eiulãteſq; demittit.Compimus
inſuper alibi in eiſdem tẽplis cellas calix fremitus uocitatas,unde flagitioſis
atq; indignis uindictę calamitas ingerit.Sũt illic preterea repoſitoria ni/
mirũ plura precioſis amictibus repleta,q̃bus animę ſupremi patris cõſpe/
ctũ accedere merẽtes opiuntur. Exiſtũt etiam ipſis in oraculis penetralia,
q̃bus ſapiẽtię cultores adhęrẽt,q̃bus intercedẽtibus abſtruſa in ſupis pene/
trãt adita,atq; uiſiones & nocturnas ,ſpiciũt imagines ,p quę inſomnia et
ęnigmatica colloqa cõprehẽdens reſerauit patefecitq; Daniel. Necnõ alia
complura,de quibus aliquid ſequentia indicabunt grandia dimenſiones i/
ſtæ myſteria implicant & inuoluunt: Tetragrammaton uero Zeuaos de/
xtre rotæ myſticum referens נצח Neza ,id eſt,uictoria ſiue ęternũ co/
gnomine legitur,ut ſcripta innuunt. Tibi Tetragrammatõ eſt magnificẽ/ 1. Par.xxvi.
tia,fortitudo,pulchritudo,uictoria,confeſſio ,qđ uictoriæ inquã oraculũ
gratiam elargitur Iſrael,ut illud.Nũquid deficiet laneza,id eſt,inæternum
gratia eius? Tria enim prouidentiæ emicant lumina miſericordiæ oculus
dicta , gratia ſcilicet , pulchritudo , uictoria, quorum quum effulſe
rint radij , ac in ſphiriſtica ſeſe rite conſpexerint Hierarchia , uniuerſa

T lætatur

lætatur exultatq; machina exacta enim tunc undiq; dei opera conſi/ ſtunt. Hoc itidem metrum Neza, Tetragrammaton, Zeuauos, quum inferius ſubſiſtit, ſecundum mortalium facinora plerumq; iudicij ſup/plicium exequitur. Quod ſi idipſum per canalium decurſus eam, quæ al/tius reſidet (oculum ſcilicet miſericordiæ ac uoluntatis, uerticem coronæ inhabitantium) originem, qua iocunda Iſrael ſtatuuntur iudicia, petie/rit, & ſi in crimina laberentur Iſraelitæ, minime tamen ipſorum decre/torum tunc retrocederet tolleretur q; immunitas, eo q; diadematis delu/brum hominis ſimites tranſgreditur, nullaq; alteritate tangitur, nec pœni tentia mœroreq; flectitur, ſic ex aduerſo quidem contrarium continget; eo namq; ſub pulchritudinis ſtirpe inferius iacente (hominis more) pœ/nitentia ipſum diuertere retrahereq; datur, is etenim exiſtit locus, cui no/
Ezech.i. men eſt homo, ut illud: & ſimilitudo hominis aſpectus ſuper ipſum deſuper.

Iudiciariæ quoq; hoc in templo plures conſtitutæ ſunt ædes unanimes Iſrael cauſidicæ exiſtentes Nezaim, id eſt, uictoriæ ſeu æternitates uoca/
iij.Reg.vij. tæ. Ad huius etiam archetypum dextram nomine Iachim, id eſt, præpa/rat columnam Salomo fabricauit & erexit, & qui duarum Iachim ſci/licet & Boaz columnarum myſtici non eſt ignarus, qua lege earum mu/nere (ducente Elhai, Edonai) regantur mentes, ſpiritus, & animæ adnu/tum percipere decernereque poterit, noſcit quoduis corporum mundi ipſorumq; meatus, necnon humanæ compaginis artus dum inundatio/nis ſcatebræ nomini conferuntur Tetragrammaton, unde ſibi figuram & ſpeciem uendicare, ut illud innuit Deuter. xxxij. Ipſe te fecit, teq; præ/parauit. Tu itaq; hæc penſita & pectore ſerua. Plura quippe hic abdi/ta quę calamo depromere nephas eſſet, mentis compos aſſequi ualebit, nam timentibus deum reſeranda ſunt dei archana.

יהוה

QVINTVM ex ſacris nominibus quo (ueluti columna) ſuperio/res inferioreſq; fulciuntur ſphiros eſt nomen Tetragrammaton, cui alia quidem ſancta nomina (ut arboris trunco frondes ac ramos) inſerta cō/perimus, cuius pulchritudo & uirtus omnium in ſe flectit intuitum, quo & cuncta perſiſtendi funguntur munere: Quodq; uarium & uenerandū multifariam in lege ſcribitur. Nam plerumq; ſine alterius nominis adie/ctione legitur, utpote Exod. xiij. & vi. Loquutus eſt Tetragrammaton Moſi, & dixit Tetragrammaton Moſi, & alibi frequentius, perſępe etiam aliud ſanctorum nominū ei annectitur, ut illud Geneſis. ij. In die qua fecit deus Tetragrammaton, deus Elohim cęlum & terram, in toto enim opere principij ſolū legitur nomen Elohim, ſed quum de creationis complemen/
Geneſis.ij. to lex ipſa ſermonem accipiat, ibi hæ ſunt generationes cœli & terræ &c. tunc primum effertur Tetragrammaton Elohim, nam Tetragramma/ton ſphiriſticum chorum totum adunat & complet: iccirco quamdiu fa/

ctionis

ctionis actui res ipsæ subiacuere, scriptum duntaxat nomen inuenies Elohim, quæ cum terminum consumationemq; applicuere nomen legitur Tetragrammaton, crebro namq; ut prætulimus Elohim nomen induitur Edonai, quare & ipsi Edonai pro tempore appellatio congruit Elohim, quod librantes prisci (in exordio inquiunt) mundum creauit per metrum iudicij, quumq; illum iudicij metro consistentiam seruare non posse cognouerit, mensura misericordiæ iudicij dimensioni connexa prę-iunxit, ut illud. In die qua fecerat Tetragrammaton Elohim cęlum & terram. Quoties igitur in sacris literis Tetragrammaton audis, exactum ibi opus in quod iudicij pariter & misericordiæ spirant oracula perpende: ad quod quadrat illud. Formatoris integra sunt opera, quoniã omnes uiæ eius iudicių &c. Iudicium qđ hebraica, pfert locutio misepat, ex din, id est, omnimode iudicio, & misericordia congeritur: iudicium nãq; misepat metrũ iniuit Iacob, quoniam uir integer inter duo habitat tabernacula, tabernaculum scilicet Abrahę & gratię, tabernaculumq; Isaac omnimode iudicij, ut scribitur ipsum misepat est dei Iacob, insinuat idẽ typice rectus buccinę clangor Tetragrammaton. Taratantarizatio buccinę Elohim, quod & hoc facile accipitur: Ascendit Elohim per taratãtareũ clangorẽ, Tetragrãmaton per uocem tubæ. Nõnunq; aũt biptite ipsum Tetragrãmaton iunctũ nomini Edonai legimus, plerumq; enim Tetragrãmaton subsequitur Edonai, iuxta illud, Tetragrãmatõ Edonai fortitudo mea. Ad hoc tamẽ aures adhibe, quoties eiusmodi bina nomina iunctim scriptura cõmemorat nominis Tetragrãmatõ sonũ in Elohim trãsferri prolationem: nam & eisdẽ qbus & nomẽ Elohim legitur pũctis, qđ ideo fieri censemus quatenus ad horam (intercedente Tetragrãmaton) prudẽtiã regno oraculoue Edonai annexã agglomeratãq; sentiamus: harę etenim dictionũ nexus a supremo exordio per totã sphiristicã transeundo areolam in Edonai metrũ inundationem manare prętendit, sed quum Edonai nomini subnectitur Tetragrãmaton utpote, Edonai Tetragrãmaton, platũ Elohim qd dabis mihi &c. tunc ab imis exorsi ea, quę altius ad uoluntatis usq; originem petimus, nec a memoria effluat Edonai elohim (ut prius enarraui) iusticiam, cohabitantẽq; altiorẽ gloriã, simul & iusticiam ac inferiorẽ cohabitãtem gloriam designari, quę dum colliguntur in unũ, uniuersa tunc machina opibus omniq; bonorum largitate reficitur, in quod uergit illud, Deus Tetragrãmaton unus, nomẽq; eius unum. Nõnunq; etiam Tetragrammaton legimus additum nomini El, id est, deus, ut illud, El Tetragrãmaton & luceat nobis, quod quidem sic iungitur, ut inde audiatur sublimiori gra magnisq; misericordijs in tempore totã mundi fabricã regi, omni, ptinus fraudis abacto stimulo iudicioq; secluso, sicq; sphiristica tunc oracula mirã, pmerẽt celsitudinẽ, cęlestes serenant globi, terra fulgenti lumine arridet, micant aera, æquora exultant, animata quæq; applaudunt, atq; uniuersa dei opera lætantur, & undique fœlici suo

Gene. ij.
Deut. xxxij
Psal. xlvi
Habacuc, in fine.
Gene. xv.
Zach. xiiij.
Psal. xvij.

congratulantur munere. Scribitur & interdum ipſum Tetragramma-
Pſal. cxlix. ton appoſitum nomini El, atque Elohim, quemadmodum El Elohim Te
tragrammaton ipſe noſcit &c. & illud, Pſalmus in Aſaph El, Elohim Te
tragrammaton locutus eſt & uocauit terram. Dum igitur hæc ſic iun-
gi cernis ſublimi trĩjudicum prętorio ſuper ſolium ſedente pro cuiuſcp
operis neceſſitate mũdi machinam, ſiue in bonum ſiue in malum, ſiue in
mortem aut uitam agi circumuoluicp intellige trĩjudicum inquã magni-
ficentiæ, fortitudinis, pulchritudinis. Offendimus & multoties non
quidem in lege, ſed in prophetarum & agiographicis uoluminibus Te-
tragrammaton nomini adiectum zeuaos, ut nobis innoteſcat ipſum Te-
tragrammaton eximioris prętorĩ adminiculo ſuum iudicium miſepat,
ſiue emolumento ſiue damno & impedimento fuerit, in creata transfun-
Eſai. v. dere, cui innititur illud, Et exaltabitur Tetragrammaton Zeuaos in iu-
dicio, ſcilicet, miſepat, ac El ſanctus ſanctificabitur in iuſtificatione. Ne-
ctunturcp aliquando inuicem hæc tria nomina, utpote Tetragrammaton
Elohim Zeuaos conuertere nos, fac ut luceat facies tua & ſaluabimur,
quo nobis uticp gratiæ ac miſericordiæ iudicĩ timoriſcp metrum pandi-
tur deſtinatis ſibi oraculis aſſiſtere, ut uictoriæ templo Tetragramma-
ton confeſſionis delubro Elohim (quę quatuor ſphiriſtica ſcilicet hæc lu-
mina) æque metrum induunt Elhai, tria enim implicat nomen Zeuaos
uictoriam ſcilicet, confeſſionem & fundamentum, quibus omnibus po-
ſtea dimenſio opperitur Edonai. Tu igĩt dilecte mi fili ubicũcp nominũ i-
ſtorũ copulã atcp diſcrimina offenderis in lege ſacriſcp literis, mentis aciem
luminiſcp intuitũ altius fige, ut quorſum illorũ uergat typicum perpendas,
quod ſi pegeris latentẽ abſtruſumcp ſcripturarũ tramitẽ, necnon ſacra le-
giſcp penetralia, et intima diuinarũ rerũ adita, ſpicies, altiſſimũ ſupplicatio
nibus tuis placabilẽ mitẽcp reddes, & in mortaliũ ac ſuperũ cõſpectu gra-
tiam uẽdicabis in ſęcula. Ne tamẽ titubans quiſpiam contẽdat ſciſciteturcp
ualido argumento tantã nomini Tetragrãmaton celſitudinẽ annuere prę-
ſumamus, ut ęternorũ ſcilicet deciduorũcp globũ inde manare pſiſtereque
ſtatuamus, ſciat in his ſolidã & inuictã Cabaliſticã nõ deeſſe certitudinẽ, q̃
cõpotes facti fulgida ſuper hoc indicia de lege excerpta, pferre demonſtra
recp ualeamus, quibus haud ſecus cp ſenſibili auſpicio ratio ipſa ſatiari
poterit.

NVNC ITAQVE DE SACRI TETRA-
grammaton characteribus, quantum noſtri uoluminis pro
poſitum ſuſtinet, aliquid exponendum aggrediamur.
Prima igitur huiuſce dictionis litera eſt iod י mentalis
ſcilicet punctus, in quem nullius creatorũ intuitũ ferri con-
tingit, nec de eo puſillo fas eſt homini cogitationem uoluere, ſed
Iob. xxviii. ut fide ſtetur pręcipitur, & ſi ipſius eſſentiæ limitem aſſequi nequeat:
hoc ipſum Iod elementum, ſapientiæ latebra dicitur, ut illud. Et ſapi-
entia

entia mea me ain (id eſt, de nihilo) inuenitur, qua & tota mũdi cõſtructio promitur. Rurſus idem Iod abſq; termino uoluntas & cogitatio uocari legitur. Nec te prætereat myſticum Iod nominis Tetragrammaton ſecundam ſphiram, cui nomen eſt ſapientia referre, ipſum uero diadema infinitum uocatum, ſcias non charactere Iod, ſed ſuo tantum apice denunciari. Secunda uero litera nominis Tetragrammaton ſcilicet he ה. metrum oſtendit prudentiæ, unde in omnia quæ inferius ſunt ſphiriſtica oracula uitæ inundatio demittitur, cuius ampliorem tractatum in proprio capite expectabis. Tertia prædicti nominis litera ſcilicet uau ו ſex monſtrat ſphiros iuxta ipſius referentis elementi numerum, tres quidem ab eius characteris dimidio ſurſum, tres a dimidio deorſum. Surſum quippe, magnificentia, fortitudo, pulchritudo, Deorſum autem uictoria, confeſſio, fundamentum, ac profunda admirandaq; deinceps in his Tetragrammaton characteribus audies, quo nimirum lætabitur cor tuum. Quarta iterum litera he ה ſcribitur, ac in ſphiriſtico choro extremum ſcilicet regnum denunciat, per quod nominis altiſſimi unio abſoluitur, quum inde rerum diſcrimen deorſum exoritur. Nomen ergo Tetragrammaton decem ſphiros complectitur, ex eoq; uniuerſa ſancta dei pendent nomina. Quapropter puſillus tu, qui cinis es, homuncio, nũquid tantum dei oraculum abſumere in uanum depromereq; audebis? nonne arboris trunco agitata eius commouebuntur rami, fructus cadent, concutientur & folia? Solum quippe magnum pontificem idipſum in ſanctuario commemorare licuit, extra uero minime. His perſpectis memẽto (ut ſtatuunt ſapientes) nephandiſſimum fore quenquam ſacratorum nominum abolere, at eorum cognomina: ut miſericors, clemens, et huiuſmodi complura diluenda pro uoto relinquuntur. Indelebilia ſunt ſancta nomina, Eheie, Tetragrammaton, Ioh, El, Eloha, Elohim, Tetragrãmaton Zeuaos, Elohim Zeuaos, Scadai Edonai. Ipſi autem Tetragrammaton reliqua ſanctorum nominum inſerta ſunt, quibus ſuperni duces uelut cathenæ annodati annuli pendent. Delebilia uero cognomina, ut ſanctorum nominum organa dijudicantur, unde ſeptuaginta nationibus quæ ſeptuaginta principum reguntur imperio, uis roburque impenditur, utq; principes (excluſo Eheie, Ioh, Tetragrammaton prolato Elohim) cæteris ſacris nominibus annexi ſunt, ſic & horæ principũ populi cognominibus affixi ſunt, quæ ſanctorum nominum clientes et pediſſequæ extant.

Scias autem nominis El (quod ſignifer eſt gratiæ) cognomina atq; organa eſſe, magnus, gratificus, potens, miſericors, tardus ad iram ſiue clemens, locuplex gratiæ, ſanctus, gratuite operans, ignoſcens. Nomen uero bellica gerens arma ſcilicet, Elohim, ſubminiſtrantia habet cognomina, robuſtus, iudex, ſine indulgentia iudicans, fortis, uigoroſus, uehemens, uir bellicus, uiſitans peccata, retributionem perſoluens. Nomen Tetragrammaton cui examen iudicio miſericordiaque contextum aſcribi-

tur cognomina ſibi uendicat,horribilis,ſuſtinens iniquitatem, tranſiens ſuper delicta,uerax,altus,ſublimis,cuſtodiens gratiam,habitans æternum, ſanctus. Sed te non lateat omnium quadrigarum,totiuſque machinæ uinculum tribus his nominibus conſiſtere, quorum duo uidelicet El, Elohim, rurſus pendent a tertio ſcilicet Tetragrammaton, El quidem a dextris, a ſiniſtris Elohim, in medio Tetragrammaton, in quod tendit illud. Vide Tetragrammaton ſedentem ſuper ſolium eius, & uniuerſi cęlorum exercitus aſtantes ſuper ipſum a dextris eius atq; ſiniſtris &c̄. cęli enim hac in clauſula myſterium dicunt El Elohim. Idem enunciat & Dauid,El,Elohim,Tetragrammaton locutus eſt,& uocauit terram. Itidem inſinuat lex El, Elohim, Tetragrammaton ipſe noſcit. Trium igitur horum nominum cuilibet nouem præſcripta deſtinantur cognomina, quibus mundi rector in ſingula pro cuiuſq; promptitudine iudicium exequitur. Qualis etenim ſuſcipientis habitus menſuraue fuerit, talis & a ſuperis dimenſio ſua in idipſum munera tranſfundit. Iſrael autem peculiarem ſibi præſidem habet nomen Tetragrāmaton. Gentium uero duces cæteris nominibus cognominibuſq; ipſi Tetragrammaton alarum & amictuum uices referentibus adhærent, pro quo quadrat illud: & te elegit Tetragrammaton, ut ei ſis in populum peculiarem ex omnibus populis. Et illud, quoniam pars dei Tetragrammaton eſt populus ſuus. Necnon & illud: quoniam nomen tuum uocatur ſuper ciuitatem tuam & populum tuum &c̄. Supernorum enim ducum ſeptuaginta geminas ſibi in hac machina deligit partes,loci quidem unam, necnon populi eiuſdem loci alteram, iuxta typum ſeptuaginta cognationum filiorum Noe. At deus Tetragrammaton ſibi aſciuit populum Iſrael urbemq; Hieruſalem,deus namq; Tetragrammaton haud unquam niſi regali toga bellicoue paludamento opertus ſe gentibus prodit,haud ſecus ac inter mortales rex ſuis aſtare adeſſeque ducibus atque miniſtris ſolet, Conuentui uero Iſrael,ut inter uernaculos familiaresque non niſi amictibus interioribus indutus,depoſita trabea regali que toga offertur & apparet,non tamen intectus prorſus & denudatus: aſt ſanctis uiris monarchiſq; Iſrael nudus quouis reiecto cognomine (ueluti coniugis amplexibus inhęrens) aſtat et quieſcit,quod innuit: Et ſponſabo te mihi in æternum, quod declarat illud: Expoliaui me tunica mea quo pacto induar illa,laui pedes meos quomodo eos ſordidos reſtituā &c̄. Dum enim exules ſunt Iſraelitæ cognominum (quibus gentiū inhærent duces) tunica induitur altiſſimus, qua ſordibus cohabitans gloria inuoluit. Sed in nouiſſimo tēpore quum eo unde abiuerat cohabitans gloria regredietur,cognominum alarumque amictu expoliabitur deus Tetragrammatō. Iccirco claro oculorꝫ intuitu hunc cernet Iſrael,ut ſcriptū eſt: nec alabitur (ut ita dixerim) doctor tuus ultra,eruntque oculi tui uidentes doctorem tuum. Arbitrandum tamē non eſt,eo tempore perire deleri

iij. Reg. xxij

Pſal. xlix.

Deut. xiiij.
Deut. xxxij
Daniel ix.

Gene. x.

Oſee, ij.
Canti. v.

Eſa. xxx.

que

que ſeptuaginta eiuſmodi in ſuperis duces, alioquin diminutam ſublimis quadrigæ effigiem diceres, hanc ſiquidem ordinate ſeptuaginta circūambiunt præſides, qui (ut conſcij ſunt reconditorum ſapientes) pariter ſuis cum ſeptuaginta coronarum monilibus formam conflant, quam ſacræ literæ hominem proferunt, ut illud: melius eſt inniti deo Tetragrammaton quam confidere in hominem &c̄. Ad ipſum enim Tetragrammaton uniuerſus horum principum inhiat chorus, ut inde exiſtendi uirtutem hauriant, qua & prouincijs & populis, quibus ſunt præfecti, alimenta & uitæ commoda impartiantur. Quamobrem prophanum ac turpe aſſeritur in horum quempiam ſpei intuitu uergi, quum ipſi nequaquam (ſicut nec ſancti Iſrael) ſui ſint iuris, ſed miſericordia dei agantur Tetragrammaton. Horum uero ducum quatuor decernuntur proceres, qui delinquentem Iſrael ſupplicijs, cladibus, uarijſque procellarum agitant fluctibus, & interſtitium obſtaculumue inter Tetragrammaton populumque ipſius ſtatuunt & erigunt, quinque uocari ſolent cortices ac præputium. Quarum ſummopere quidem duræ ſunt tres, quarta uero ipſi Tetragrammaton propinquior tenuis, mollis, & exilis exiſtit, quas omnes Ezechielis apparitio denunciat. Quum autem ad Deum rurſus uertitur Iſrael, pro tempore denuo Eccleſiam Iſrael in contubernium reſumit Deus Tetragrammaton, & quemadmodnm corticum uis imperiumque tollitur in ſuperis, ſic nec in ſæculo gentibus noxam damnaque inferre ualebunt, quin immo adminiculum obſequiumque omnes terræ incolæ cœnobio reddent Iſrael, ſed de his hactenus. Pſalm.117.

Vnum tamen ex tribus nominibus El, Elohim, Tetragrammaton ſilentio ſupprimendum non duxi. Quoties ergo aſſerimus El gratiam et miſericordiam, Elohim dirum iudicium atque timorem præſeferre exiſtimandum non eſt, hic undique timorem atque iudicium, illic ſynceram gratiam exiſtere, ſed gratia timorem, timoreque gratiam implicari inuoluicp exiſtima, & ſolum hyperbolicum diadema nullatenus iudicio pauoreque tangi, ſed miſericordia gratiaque uberrime affluí redundarique perpende. Sapientiæ uero oraculum ſublimiorem protinus inſequens coronam, quantum ad ſuperiora intuitum erigit tantum & miſericordia pollet, ut autem inferius deſpicit in metrum prorumpit iudicij. Quod ſi ad prudentiæ (quod ſubſtat delubrum) idipſum retuleris, gratię miſericordiæque appellationem reſumet & induet, & quo longiora diademate ſuperno fit receſſus, eo magis dimenſionis iudicij prædominium intenditur. Ex his denique geminis ſapientiæ prudentiæque oraculis, quum reliqua ſacra nomina ac eorum cognomina prodeant, quicquid latus obtinet dextrum, a uena ſcatet ſapientiæ: quodque in ſiniſtri ſerie collocatur, a templo remeat prudentiæ. Quare dextris areolis miſericordia gratiaque omnibus congruunt & inſunt, ſiniſtris uero iudicium & timor, media autem iuxta Tetragrammaton oraculum exiſtentia,

gratiæ ſibi timoriſque æqualitatem aſciuerunt: In nullo tamen eximiori corona excepta, nec gratia ſolum, nec timor funditus reperitur, ſed unicui que ſecundum id quod in eo exuberat inditur appellatio. Quod ſi ipſum Tetragrammaton iudicij cognomine plerunq; uocari audies, hoc ideo fieri exiſtima, non quia potius in eo ſit iudicium, ſed quia uti iudex in ſui muneris executionem aliorum adminiculo officioque fungitur. Hinc quicquid ſupremū diadema, pmit androginoſam (ut ita dixerim) ſortiri effigiem decernunt: Vnde ſanctuarij archæ Cherubin totiuſq; a Salomone quadrigæ contextæ typum dinoſcere intuericq; datur. Tu uero hoc ſtabili ſemper ſub pectore ſerua. Grande enim fidei legiſq; medullare hic myſticum latitat, Aſt ſi commiſtionis proportionem in quouis metro perſpicere exoptaueris, arrectis auribus quid preferam audi. Quemadmodum de quadrigæ partibus prętulimus, ſic de mundi elementis innuentes aſſerimus. Ignis nanq;, aer, aqua & terra hyperbolice dantur & ſuperis. In tria enim, & unum tanq; aliorum ſuſceptricem baſim, ipſa elementa ꝑſcindimus, ſic et tria potiora dei dicimus oracula, corūq; ſedem: Quartū, Congruit etenim ignis oraculo Elohim, dimenſione El aqua: Metro Tetragrāmaton aer: intra prędicta utraq; cōciliator & medius, Edonaiq; tēplo quod totius ſphiriſticę machinę cœnobiū ſtatuitur terra, aliorū ſuſceptrix cōpetit & adaptatur, utq; in terris tale caducorū quodlibet, qualis prę dominantis elementi uigor exigit, opus exercet, ſic & in ſublimibus talis in metrū Edonai, qualem iſtorū trium nominum pręſtat exuberantia, effectus cauſatur & editur. Ipſum enim oraculum Edonai, quantum in ſe ſua ſuſtinet uirtus undequaque iudicium eſt, capit & non impartit, quemadmodum præcellens diadema funditus miſericordia extat, elargitur & minime ſuſcipit, capax tamen eſt templum Edonai in ſe gratiam omnem iudiciumq; ab altioribus ſtillantia colligere, Quare rationabiliter per quę iuſtorum intrat oratio, ianua ueſtibulūq; dicitur, ſed hæc quidem ſufficiāt. Quod ſi ad hęc quæ modo attulimus, de metro huiuſcemodi in primo capite prælibata conferas, iocunda ſapientiæ, ingentiſq; myſterij abdita penetralia reſerare dinoſcereque poteris. His itaque tranſactis, cognomina quædam alia enodanda ſtatuimus, quę & ſi tantæ celſitudinis ut prętacta modo non extiterint, ineffabilem tamen ipſius Tetragrammatō quoquo modo ſublimitatem pandere, ac ratum quo facilius in ſupera proueha-mur, iter præbere uidentur. Conſueuit igitur Cabalearum cœtus cognomine ipſum Tetragrāmaton dicere linea media, quia amplū id uexillū eſt, cui ſuperius inferiuſq; & a lateribus utriſq; totius quadrigę annectitur ordo, a quo & uniuerſa ſancta nomina pendent iuxta literam Vau ו ipſius nominis Tetragrammaton quę in lineæ ſpeciem depingitur. Cognominatur & idem lignum uitę. i. lignū cui prudentię oraculū dictum uita coniungitur, quare & in medio horti id cōſertū lex dicit, de quo rurſus lex ſcripta ędita cenſetur: ſolus enim Moſes ipſum Tetragrāmaton ſerenumque ſpeculum applicuit. Qua ꝑpter eius domus fidelem hunc creator enūciat,

qualis

qualis nec primus quidem perſtiterat Adam. Non ignores autem opor tet uniuerſam legem nominis Tetragrammaton effigiem prębere. Quã obrem ſi litera etiam ſola dempta ſuperadditaue fuerit, nephas cẽſetur hãc dei Tetragrammaton legem uocari, Nam & lex, ſicut & Tetragramma ton ex dextro atque ſiniſtro iuxta prohibentia imperantiaq; mandata con texitur. Septem inſuper ſphiriſticis oraculis compræhenſa lex eſt (ut nos commonent priſci) ſeptem, dicentes, uocibus tradita lex eſt. Solet prætę rea in uniuerſa lege dimenſio hæc אמת EMES, id eſt uerum ſeu ueri tas nuncupari, quemadmodum enim in medium ſcilicet Tetragrãmaton omnia declinant extrema ac latera, ſic & dictio EMES extremis atq; his quæ in medio literis congeritur. Nam ſigillum altiſſimi (ut maioribus pla cuit) eſt EMES ideo dictum, quia ipſum Tetragrãmaton (ueluti iudex in cuius ſiniſtris ſatellites & accuſatores, in dextriſq; tutores atq; fautores aſſiſtunt) deciſum iudicij terminũ ſtatuit, ſic et inter Aleph, Mem & Tau literas quibus dictio conflatur EMES, a dexteris quidem ab Aleph aduſ que .ſ. Mem fautrices placabileſq;: a ſiniſtris uero, a Mem ſcilicet aduſque Tau diras & criminoſas diſponi cernimus. Inditur etiam metro huic cog nomen תפארת TIFEERES, id eſt pulchritudo, quia ſolum Tetragrã maton cunctis ſphiriſticis nominibus cognominibuſq; ueluti onuſtus a mictibus fungitur, ex quorũ connexionis ornamento pulchritudo ipſa e mergit. Et ſi iuxta Cabaliſticũ dogma prudentiæ metrum פאר PEER, id eſt ornatus dici ſoleat, non tamen TIFEERES, id eſt pulchritudo cog nominatur. Ipſa enim prudentia togarũ potiſſima, quibus decoratur Te tragrãmaton exiſtit, ideo peculiare illi cognomẽ eſt Peer. Aſt pulchritudo ſolũ Tetragrãmaton inhabitat, cui quadrat illud. Tibi deus Tetragrãma 1. Paralí. 29
ton eſt magnificentia, fortitudo, pulchritudo. Legitur quoq; Tetragrã maton cognomine דעה DAAS, id eſt ſcĩam, ut illud, deus Tetragram Prouerb. 3.
maton in ſapientia terram fundauit, parauit cœlos in prudentia, in ſcientia ſua erupti ſunt abyſſi &c̃. Nam quemadmodum omnis ſciſſura aut erup tio inter duo lateralia effici ſolet, ſic & huiuſmodi inter ſapientiam & pru dentiam, dextrumq; & ſiniſtrum prodire decernimus, ſiquidem ipſa ut ſublimior corona ſolum Tetragrammaton oraculum aſſequitur, quem admodum & literæ Vau ו myſticum oſtendit. Magnificentia autem & fortitudo in deſtinato ſibi loco conſiſtunt, nec ſcandunt altius. Quare & ſeptuaginta gentium duces geminis his dimenſionibus affixi ſublimiora petere nequeunt. Aſt Iſrael quod ſibi (manuducẽte linea media) uendicat Tetragrammaton ad primarium diadema, cui deſunt limites alata mente ſpiritalibuſq; pennis euolat. Quoniam igitur idipſum diadema infini tumue eiuſmodi DAAS, ſcĩam ſcilicet congreditur, ideo a lateribus ipſi us ſapientiæ prudentiæque reſidet oraculum, quemadmodum & magni ficentiam, fortitudinem, uictoriam, confeſſionemq; laterales conſiſtere of fendimus, ut contexta hæc formula (uerbi cauſa) enunciat & oſtendit.

Huic

HVic insuper metro destinatur Iacob & Israel, ꝑput fortitudini Isaac & Leui: Magnificentiæ Abraham atq; Sacerdos attribui consueuerũt. qꝑ .s. in Iacob et eius semine totius superũ quadrigę effulserit imago. De Abrahã enim sordidus prodijt Ismael, Isaac scęlestũ genuit Esau, unus uir integer Iacob, in q̃ serpentis uenenũ (ac massæ fermentũ ferme euacuatũ fuerat) nitidũ filiorũ germẽ ꝑduxit, qui unanimes (ut maiorũ est sententia) spoponderunt: audi Israel deus Tetragrãmaton deus noster, deus Tetragrãmatõ unus. Quatenus aũt hoc una cũ cæteris sapientię abditis eluceſcat, attentius ausculta & examina. Neminem quidem latere debet duodecim cœlestia signa statui, quibus duodecim mensium circumuoluitur annus, et quẽlibet mensium peculiare sibi signum deligere, signorumq; unumquodq; certo ex duodecim sigillis Tetragrammaton accommodari, quæ (inquã) sigilla in uexilla quatuor partiuntur, & in quatuor tempora anni menses scinduntur. In uexillares quoque Tetrarchas quatuor duodecim tribus Israel absoluuntur: Primo uexillo sigillorum Tetragrammaton dictionis huiusce litera prior. s. Iod inscribitur, secundo anterior character he, tertio Vau, quarto elementum posterius pingitur he: singula enim literarum tria Tetragrammaton sigilla defert, ut uero planius hæc omnia accipias, inferius tibi positam effinxi tabellam, quam si iterato oculatæ mentis intuitu perspexeris, grandia ineffabilis sapientiæ mysteria penetrabis,



TV igitur hæc mente agita recolligeq; omnes tam ſublimioris quam deciduæ machinę exercitus ſuis in operibus et exiſtendi munere ſanctiſſimi Tetragrammaton imperio duci.

Vocatur & plerumq; hęc dimenſio נורא Nora, id eſt horribilis, eo ꝙ in media hac linea gratię iudicium coęquat, huiuſmodiq; cognomen primus protulit Iacob, qui hoc (ut antea commemoraui) ſibi metrum adſciuit. Scribitur enim. Gene. 28. Et uidens ait q̄ horribilis eſt locus iſte, Quemadmodum & Abrahæ portio, magnificentia, & Iſaac fortitudo aſſeritur, quod & imprecatoria noſtra teſtatur oratio, deus inquiens Abraæ, deus Iſaac, deus Iacob, deus magnus, fortis, horribilis. Sæpius etiam oraculum hoc cognomine dicitur משפט Miſchpat .i. iudicium, miſericordia gratiaq; congeſtum, iudiciariæ etenim nominis Tetragrammaton ędes Miſepat (ut Edonai pariter prętorium Zedech, id eſt iuſtitia) uocantur. Quapropter ſolo Edonai nomine iudicium peragente nihil miſericordiæ gratiæq; admittitur: id enim in ſe gratia prorſus exutum exiſtit & expers, & ſi quando tamen gratiæ particeps efficiatur, id totum illi Tetragrammaton munere permittitur, tantum nanq; gratiæ quantum donat Tetragrammaton in eo exiſtit, ſiquidem tria (ut prius edocuimus) ſunt oracula, q̄rum ſupremum Eheie funditus miſericordia plenum eſt. Medium Tetragrammaton gratiæ iudicium adęquat. Extremum uero Edonai unde quaq; iudicium porrigit & emittit. Quum igitur in crimina prorumpit Iſrael, ſuperni claudūtur meatus, nec templo Edonai Tetragrammaton gratię quicq; impendit, ſicq; inanis & uacua dimenſio relinquitur Edonai. Quare tunc ſeuiens rigidas inter mortales ſeditiones cōmouet, cruētas clades efficit, famemq;, & peſtiferas lues miniſtrat, nec a flagellorū impietate ſe reuocat, donec pro ſcelerum culpa meritas reatus pœnas intulerit, qua de re nos admonens lex, Cuſtodiaris inquit a facie eius ne pręuariceris in ipſum, q̄niam non ſuſtinet ipſe delicta ueſtra. Exod. 23. Quum autem rurſus ſe corrigat inſontēq; reſtituat Iſrael,

tunc

Secundo ſigilla Tetragrāmaton in q̄tuor uexilla diuiſa

Primo quatuor literę Tetragrammaton

ה ו ה י

Aries/Taurus/Gemini: Cācer/ Leo/ Virgo: Libra/Scorpiꝰ/Sagitariꝰ:Capricornꝰ/Aquariꝰ/Piſces. Tertio duodecim ſigna in quatuor ſolſtitia partita

Niſan/ yar/ ſiuan: tanus/ af/ elul: tiſri/marheſcuan/kiſleſ: Teues/ ſcuat/ adar. Quarto duodecim menſes ſecundū q̄tuor tēpora āni

Iuda/ giſachar/zebulū: reuben/ſymon/ gad: efraim/menaſſe/ beniamin: dan/ aſer/naftoli. Quīto duodeci tribꝰ iſrl in q̄tuor uexillares turmas ptię

tunc canales mutuo inſeruntur ſcatebræ,quibus ab eo quod ſublimius eſt prætorio miſericordia in templum demãdatur Edonai,quo fit ut fauſta fe lixque uniuerſa fluxibilium machina exultet,quibuſcunque inferiorũ ſi u atur opibus,cognatique ſuperis mortales effecti placida quiete incolumes perſtent in ſæculo. Perſæpe etiam metrum hoc pronomine enunciatur אתה ATA .i. Tu : tribus enim præſcriptis oraculis Edonai, Tetragrã maton,Eheie,tria correſpondent cognomina,Ego,Tu,Ille. Ego, templo competit Edonai,ut illud. Ego occidam,& uiuere faciam,uulnera intuli et Deute.32. ego ſanabo. Pronomen uero Tu, dimenſioni congruit Tetragrammatõ iuxta illud : Tu horribilis. Ille autem delubro accommodatur Eheie:deſy derans (inquit) gratiam ille eſt. Rurſus. Et ille miſericors dimittens pec/ cata. Ratio autem quare templum Edonai ſibi aſciuerit pronomen ego, eſt,quia ipſum propius aſſiſtit Iſrael,ac nullo intercedente ſingula illorum opera cernit & curat,ſed Tetragrammaton,quoniam a remotiori morta les parte proſpicit ac iudicat,ideo pronomen ſibi uendicat ATA,per qđ cunctis in obſecrationibus noſtris emolumenta uotaq; ſuppliciter exorã/ do petimus. Quoniam autem metrum Eheie nõ minus angelicæ q; huma næ intelligentię quaſcunq; ſine limite uires tranſgreditur,ei pronomen de ſtinatur ille,quod ſolum abſentem diſtantemq; deſignat. Nec propheta/ rum ſummus ſapientumq; magiſter Moſes huius unquã accepit eloquia, niſi intercedente Tetragrammaton,quinimmo nec prudentiæ limina trã/ ſire ualuit, ſiquidem (ut tradunt maiores) quinquaginta prudentiæ ia/ nuæ in mundo conſtitutæ ſunt,quas,una ſecluſa omnes applicuit Moſe. Trinis itaq; hiſce oraculis,tria hæc accommodantur nomina : Eheie ſcili/ cet hu, Tetragrammaton Ata,Edonai,Eni,quę ſane magnalia abſtruſa/ que ſapientiæ archana propinant & tradunt,quæ tu librando examina et pro uiribus perpende. Hactenus quinq; ſacra dei nomina perarauimus, nunc uero ineffabili miſericordia duce ad reliquorum quinq; enodationẽ ſuccincti progredimur.

אלהים

SEnarium inter ſancta dei nomina ordinem metrum ſortitur Elohim,id eſt Deus,quod (ut præhabita commemorant) præfectus iudicij ſibi ſiniſtro latere ſedem ſtatuit,a quo ſiue funeſtum,ſiue lętum iudicium ſu/ per filios irruit ſæculi:huic plures iudiciariæ quidem affixæ ſunt domus, quarum ſingulæ rato ſolidoq; iudicio munus ſuum exequuntur & pera/ gunt. Quapropter ſi iudicium in rei emolumentum inde exiuerit,tunc e/ nunciabitur Deus nomine Tetragrammaton aut El. Quod ſi in noxam detrimentumq; conuertitur,nomen ſibi expoſtulat Elohim. Quoniam uero creata omnia prætorium id iuxta cuiuſq; ꝓmptitudinem effingit eiſ/ q; prouidet,ſolum ideo paſſim in opere principij nomen Elohim lex expri mit & infert,nulli enim eorum quæ ſunt elargitum eſt quippiam,niſi qua tenus ius ſuum ſecundum duas & triginta ſapientiæ ſemitas expoſcit,ſemi

tas inquam

tas inquã quibus formationis liber ſuũ exordium aperuit, quaſq; duo & triginta nomina Elohim in opere principij commemorata referunt, a principio ſcilicet aduſq;. Et uidit deus Elohim omne quod fecerat, & ualde bonum erat: ubi placuit maioribus ualde bonum, & mortem ipſam inſinuare. Attamen ſolo duri iudicij metro (ut antea tetigimus) mundus perſiſtere nequit, ideo mox lex ipſa Tetragrammaton adiecit nomini Elohim, ubi iſtæ ſunt generationes cœli & terræ, quando creatæ ſunt in die qua fecit Tetragrammaton Elohim cęlum & terram, Miſericordiæ namq; oraculo metrum diri iudicij Elohim placatur atq; demulcetur, ſi enim iudicij iſtius imperio (utpote) relictus fuiſſet nepos Abrahæ Lot, haud unq; fugam arripere potuiſſet, ſed ipſum pariter cum Sodomorum turba ſulphureus deuoraſſet ignis, ideo cum extra deductus fuiſſet Lot, eum admonuerunt angeli dicentes: ne poſt tergum reſpexeris. Aſt illum manuducente Abraham huic quidem metro addicto gratiæ oraculum protexit. Te autem non effugiat duas potiores in ſuperis iudiciarias eſſe domos, quarum eximior eſt hæc ipſa dimenſio Elohim, quæ אמת Emes, id eſt, deus uerax, ac durum iudicij metrum uocari comperitur, prætorium uero inferius, cui pariter dici ſolet, ſuperius templum eſt Edonai, quod ſublimioris prętorij iudicium exequitur, quare idipſum crebro Edonai appellari conſueuit Elohim. Inde quicumq; ſiue angelus ſiue homo iudicium explet, huic nomen quadrat Elohim, ut illud Exodi. xxij. Ad ipſum Elohim ueniat cauſa utriuſq;. Et illud Exo. xxij. Elohim non detrahes. Hinc & ſeptuaginta gentium duces, qui a totidem coronis ſanctuarij templum in medio extans ambientibus pendent, uocari libuit, Elohim, Eherim id eſt, dij alieni, eorum nanq; ſingulis uirtutem ſanctis impartit Tetragrammaton, qua ſubditione eius redactas nationes regere ualeat. At ſolus Iſrael ducem habet Tetragrammaton. Quapropter in primis mandatorum illi inquit Exod. xx. Ego ſum deus Tetragrammaton deus tuus &c̄. ne ſint tibi dij alieni coram me &c̄. totius enim legis ſtipitem gemina hęc mandata aſſerimus, quæ duntaxat (ut docent maiores) totus Iſrael nullius interpellatione ore accepit altiſſimi. Accedit & huc illud prophetæ, Miche. iiij. Omnes populi ambulãt unuſquiſq; in nomine dei ſui, & nos ambulabimus in nomine dei Tetragrammaton dei noſtri in ſempiternum. Appellationem inſuper obtinet Elohim uenientis ſęculi metrum, characteribus tamẽ & nomine exaratur Tetragrãmaton, ac ideo uoce promitur Elohim, quia fortitudinis oraculum prætoriumue ſublimius inde iudicandi uirtutem nãciſcitur: quoniã uero miſericordia implicatur & inuoluitur eiſdem, quibus & Tetragrammaton elementis inſcribitur. Vocatur & rurſus eiuſmodi menſura גבורה GEVVRA, id eſt, fortitudo, quia uim ingerit flagitioſis, hoſteſq; ppulſat altiſſimi, nec ulla tam effera uis exiſtit, quę contra dimicare reſiſtereq; auſit. Inuenitur & nonnunq; ut ſuperius protuli, eadem ſupremum prætorium ſcripta, cui etiam inditur nomen זכות Zechus, hoc eſt meritum,

Geneſis. ij.

Gene. xix.

Exodi. xx.

ritum,ꝙ ibi omnia mortalium merita commemorentur atꝙ delicta. Appellatur & interdum צפון Zafon,idem quod ſeptentrio ſeu recon-ditum ſonans. Nam quum a uiuido clementiæ fonte gratiæ metrum lo-cupletiſſime bonorum hauriat opes,ut inde flagitantibus elargiatur com-moda, tunc talia quęcumꝙ emolumenta in ſeptentrionis latere metrum ſiniſtri attingentia ibi ſiſtunt,moramꝙ ducunt,quatenus æquum de ſup-plicãte examen ſubeat,ut ſi petitionis condignus extiterit eius adimplean-tur uota,ſin ſecus nequaq̃:& quicquid amabile & iocundum in iudicij oraculum tranſigitur,ibi in aquilonis cellarijs theſauriſꝙ reconditum ia-cet,quouſꝙ placabilem ſibi dimenſionem hanc obſecrans exoret. Qua-re nulla intercapedine illic diuitiarum ubertas ac uniuerſa expetita com-moda latitant,ut inſinuat illud:de Aquilone aurum uenit: hinc ſtatu-unt maiores, ꝙ qui auri opulentiam exoptauerit, uertatur in Aquilo-nem, ut ſcribitur,Longitudo dierum in dextro eius,& in eius ſiniſtro diuitiæ & honor. Nec prætereundum eſt, uaſta in Aquilonis plaga domicilia conſiſtere,quæ ſordidi angelorum tumultus inhabitant, ubi & multiformes uoragines,horrendi latenteſꝙ ſpecus,& innumeriꝙ ab-ſtruſiꝙ hiatus effodiuntur acutis uepribus implexa,pungentibus tribu-lis inſtrati,pernecantibus monſtris referti,efferarumꝙ cæteris beluarum conuentibus muniti, quæ unanimiter prodeunt,acies inſtruunt, uires e-xercent, callide inuadunt,accurrunt,impellunt & aſtant, ut quotiens ſe-ptentrionale exiuerit iudicium,ad regna euertenda, prouincias deſolan-das, imperia proſternenda,moxꝙ diro procellarum turbine ad morta-lium ruinam,perniciem clademꝙ erumpant, atꝙ ſtatutum miſeris fla-gellũ nobis inferãt & expleãt,de qbus Hier. pfert: de Aqlone pãdet oñe malum, quapropter in delictorum ueniam ſacrificia lex miniſtrare decer-nens,ſolum ad Aquilonis partem immolare inſtituit,Iccirco in nouiſſi-mis,quando magni tortuoſiꝙ draconis extra cortinam altius Aquilo-nis plagam incolentis (qui ſordido ac pernecabili ueneno Euam detor-ſit, mortem intulit Adæ, quiꝙ ſuppliciorum omnium miniſter ac dux exiſtit) imperij lumen extinctum fuerit, quemadmodum propheta ore ſpondet altiſſimi:& ipſum (inquiens) Zephoni, id eſt, Aquilonarem procul faciam a uobis, tunc omnis in Aquilone deſinet immolatio & cultus, ſed hæc compendioſe perſtricta,quæ longiorem expeterent ora-tionem,diligentius trutina,frequentiuſque reuolue. Deſignat & rurſus itidem metrum cognomen פחד Pahad,id eſt,timor ſiue pauor,quia hor-renda eruuntur inde iudicia, perurentiſꝙ ignis flamma emittitur, qua plærunque ignis urens ſanctiſſimus legitur:hic,in timoris inquam men-ſura,plures nimirum inuij fundantur lacus, æterni proflictus baratra,ac profunda gehenna,id eſt,inferni habitacula, quæ a tenebrarum caligine nox appellari ſolent,ut ſcribitur:quiuis uir gladio accingitur ob timorem in noctibus:& illud:non formidabis de timore nocturno &c̃. Hanc ut prẽhabita tangunt ſibi uendicauit Iſaac, quoduis enim imperandi ſce-ptrum

Iob.xxxvij. Pro.iij. Hier.i. Ioel.ij. Can.iij. Pſal.xc.

ptrum roburq; poſſidet fortitudo timoris,ut illud, Imperium & timor ſecum eſt faciens pacem in ſublimibus ſuis &c̄. Ignorare autem non licet,eiuſmodi oraculum Elohim, & ſi cognomen ei inſit ignis urens, unica tamen ſimplicique facultate obuios pugnanteſq; effectus miniſtrare, interimere,& uiuificare,diſſipare & tueri,confodere & ſanare. Quemuis inſuper nuncium apparitoremue iudicij iſtius exequutorem cognomine Elohim nuncupari fas eſſe perpende &c̄. Hæc ſatis de nomine Elohim pro mentis indagine facere reor,quę ſi pectori affixa ſeruaueris,iocunda uticq; & abdita legis ſapientiæ reſerando perſpicies. Iob.xxv.

אֵל

SEptimum ſanctorum nominum eſt El,id eſt,deus gratiæ & miſericordiæ præſes, quem & comitem habuit Abraham, iuxta illud. Et uocauit ibi in nomine Tetragrammaton El ſæculi &c̄. Hic dinoſcere operæprecium eſt, magnum ſenatorum conuentum Elohim decem tricentū iudicij continere acies, quæ iudicialia prætorij decreta ſiue damno ſiue commodo cedentia explent. Quapropter omnem bonorum largitatem,quam a delinquentibus prohibent thezaurizantes coaceruant,ac eam denicq; hereditabunt iuſti in nouiſſimo, ad quod dictum eſt illud, Vt hæreditare faciam dilectos meos Ies, id eſt, aliquid, quæ quidem dictio ſuis characteribus tricentum et decem numero componit, hæ turmæ dum (ſic decernente iudicio) culpam ſupplicio abſoluere proponunt,ſi iuſtorum quiſpiam menſuram El undicq; gratia fulgentem adire nouerit, irruentē impetū,excādeſcentēcq; iudicij iram demulcere,in iocūdacq; & læta emolumenta transferre ualebit. Huius ſiquidem iuris eſt bona etiam his qui bona non peragunt impendere,quemadmodum & oraculi Iacob mos eſt illis duntaxat bonorum munera impartiri,qui uera bona ſunt & ipſi, cui innititur illud,Dabis uerum Iacob & gratiam Abrahæ. Gene.xxi. Pro.viij. Mich.vij.

יְהוָה

IN ſanctorum nominum ſerie octauum,aliud uoce, aliud quibus texitur literis perſonat & exiſtit: ipſius enim eadem ſunt elementa, quæ & nominis Tetragrammaton,prolationem uero & puncta dictioni Elohim ineſſe uidemus,id metrum refert prudentiæ, ac in tertio ſublimium oraculorum ordine collocatur,& totius ſphiriſtici chori nodus efficitur,ideocq; characteribus conflatur ut Tetragrammaton,quia & miſericordiæ (diademati inquā altiſſimo) affigitur. Labijs autem ſonant Elohim,quatenus iudicij particeps extat, ſiquidem in dimenſionem quamcumcq; inde iudicij uigor transfunditur,eiuſq; ſedes fortitudinis templum ſtatuitur,dictum Elohim. Ignorare autem noli cp ſeorſum lectum nomen,interdum prudentiam, ſæpius fortitudinem regnumcq; plerumcq; denunciat,quum uero adhæreat nomini Zeuaos ſiniſtram tunc colum-

nam fortitudini iunctam oſtendit, at quando profertur Elohim uiuus (ſeu uitæ) metrum inſinuat fundamenti, templumq; regni, quod fomento abligurit uitam. Sanctiſſimi quoq; nominis, in mundi creatione idipſum prudentiæ oraculum deſignat, quo fulciuntur, roborantur, ſuumq; erigunt intuitum quæcumq; ſeptenarium ſibi numerum adaptant. Inde enim ad fundamentum uſq; ſeptem concernuntur ſphiros. Inferioribus namq; ſex ſuperiores tres eiuſmodi adunat prudentia, templū enim ſecludimus regni, quod omnium tenet extremum: ſublimium igitur nouem ſphiros uinculum prudentia ſtatuitur, quorum ut denuo ſeries innoteſcat nomina ſunt, corona, ſapientia, prudentia, magnificentia, fortitudo, pulchritudo, uictoria, laus, ſeu decus, fundamentum. Quū igitur fundamentum enumerari audies, illud inferius accipe, quemadmodum prudentiæ delubrum ſeptimum altius collocatur, ſex quidem prudentia tribus annectit, fundamentum uero altioribus nouem decimum apponit. Tu autem hæc cogita, duo quippe quadrigæ artus hæc ſunt, quibus in unum quadriga tota congeritur, iuxta typicum illud. Vnum in tribus, unum in ſeptem, quoties itaq; ſeptenarium numerum legis, ſeptem ſphiros a fundamento ad prudentiam ſiue contra retrogradiendo intellige ut ſcribitur. Quoniam ſex dies fecit deus cœlum & terram &c. nō enim legitur in ſex diebus, ſed ſex dies. Sunt & alij dies, pphani ſex, qui corticū inſtar fundamēti metrū exterius circueūt et ambiūt, intrinſecus uero & ſeptem ſancti ſunt omnes. Huius igitur exacta conceptio oretenus doctrinam eruditionemq; dari expoſtulat, & horum exemplo dictant maiores in ſabbati exitu benedicere ei, qui ſeparat inter ſanctū & prophanum, inter lucem & tenebras, inter Iſrael & gentes, interq; diem ſeptimum & ſex factionis dies &c. Vni etenim Iſrael celebrandum ſabbatū relinquitur iuxta illud. Inter me & filios Iſrael ſignū ipſa eſt imperpetuū. Sic & in hebdomadarum ſeptem omer, iubileiq; enumeratione a fundamento ad prudentiam quinquageſimum referentem, pgredimur, quinquaginta enim ianuæ creatæ ſunt, quinquageſimo quidem anno etiā tradita lex eſt, quinquageſimo anno iubileus ſtatuitur, eodem quoq; anno de Aegypto exitus admittitur, & quicumq; in propriam cognationem poſſeſſionemq; liber regreditur, quę denicq; omnia per regni cum fundamento copulam emergunt. Nec te latere oportet per prudentiæ metrū, ſcriptum Tetragrammaton prolatumq; Elohim tres ſublimes pandi ſphiros, ac ſuperni diadematis lucem effulgere, unde in fundamenti oraculum ſtillat inundatio, cuius denuo tranſuehuntur munera in regnum Edonai, qua de re prudentia pariter & templum Edonai באר שבע Beer Sceua, id eſt, puteus ſepteni legitur. Prudentia quidem eo ꝙ transfudit in ſeptem, Regnum uero, quia a ſeptem contrahit & haurit. Gemina igitur hæc ſphiriſtica ſunt lumina, quorum interpollatione ſupremi diadematis munera funduntur ad ima, quare dū in regni templū prȩuaricatur Iſrael, ſuas contrahit ſcatebras prudentia, aridūq; relinquitur oraculū Edonai

Libello formationis.

Eſa. xxxi.

Exo. xxxi.

Eſaiæ I.

cui

cui quadrat illud. Propter delicta ueſtra dimiſſa eſt mater ueſtra &c. Quapropter quum ſcriptum offendas Tetragrammaton (prolatum Elohim) Edonai, prudentiam cum regno audi, Inditur autem & plerũq; eidem metro, cognomen prudentia, quia ueluti interpres ipſum eſt inter eminentiores inferioreſq; ſphiriſticas dimenſiones, atq; aditum præbet, quo eximiam coronam æternitatemq; auſpicemur altiſſimi. Hanc oris linguas adumbrare eruditi Cabaliſtarum enunciant, in quod illud formationis libelli conuertitur: excidit (inquit) fœdus inter decem digitos manus, fœdus ſcilicet oris, & inter decem digitos pedum, fœdus ſcilicet, circumciſionis. Accõmodatur & interdum eidem metro cognomen יובל Iouel, id eſt, iubileus, eo q; omnis inde manat libertas atq; redẽptio, & hæc a quauis aliarum ſphiros ſeptem ob mortalium facinora ſeipſam (ut ita dixerim) corrugat recolligitq;, unde uaſta ruina, lugubriſq; deſolatio irruit in ſeculum, ſed quum ipſi prudentiæ inferiores adhærent, ſumma paſſim per orbem libertas diffunditur, etenim in nouiſſimo futura eſt ætas, qua iuſti prudentiæ delubrum (quæ poſterioris ſæculi abdita deſignat) inibunt, quare tunc procul omnis aberit afflictio, in quietem trãſigetur labor, in ſolatium luctus, in lucem tenebræ, eximijs ſiquidem prudentia (coronæ tunc agglomerata) erit penetralibus, quæ nulla prorſus inficiuntur caligine, nec ulla unquam męſticia languoreq; tanguntur, ſed iocundæ miſericordiæ exorabiliſq; redemptionis habitaculum exiſtunt perpetuo. Quamobrem hæc ipſa prudentia נחלה, id eſt, hęreditas Iacob, cui nulli ſunt limites, uocari ſolet, quæ fluminis quoq; latitudo legitur, ex ſeptuaginta enim ducibus, nullus eſt lictorum, ſatellitũ, aut craſſatorum, cui eiuſmodi delubrum adire liceat, quapropter nullo exactore offenditur, nullaq; timoris anguſtia, ſua clauditur amplitudo. Profertur & idem metrum, ſapientibus cognomine, השׁרבה, id eſt, pœnitentia, ſeu conuerſio, hinc euolant mẽtes, quemadmodum ex pulchritudine ſpiritus, ex regno animæ, quæ mens (inquã) ſpiritus & anima donec in oraculum remeent, prudentiæ mutuo ſe nexu complicant & inuoluunt, hæret nanq; anima ſpiritui, ſpiritus menti, mens quidem prudentiæ. q; ſi peccatrix anima exciſionis culpam ſubiuerit, tunc anima abſcinditur a ſpiritu: & niſi ſe corrigat pœnitẽs, futuri ſæculi expers efficitur. At ſi denuo expiata inſontem ſe reddat, unde euulſa fuerat, ſpiritui rurſus inſeritur, & in prudentiam uenturiquæ ſęculi uitam regreditur, quapropter conuerſio pœnitentiaue iure prudentia cognomine legitur. Conſueuit etiam iuxta Cabaliſtarum dogma eadem ipſa dimenſio צדק, id eſt, IVSTICIA uocari ſuperior, eo q; inde primum exoriatur iudicium, hæc iuſticiam aſpicit inferiorem iuxta myſticum Edonai Tetragrammaton prolatum Elohim. Iccirco pręcepit lex iuſticiam perſequere. Deut. xvi.

Eandem eminentiorem cohabitantem gloriam appellant. Nam donec mandatorum legiſq; cuſtos eſt Iſrael, hæc in totam ſphiriſticam

areolam erumpit,exindeq; regnum (cohabitans ſcilicet gloria inferior) quibuſcumq; bonorum opibus uiſitat mundum. Quod ſi huius contrarium geſſerit, gloria ipſa nubilum illi tunc rerum euentum porrigit, iuxta illud. Scito hodie & conuerte ad cor tuum, quoniam Tetragrammaton eſt ipſe Elohim in cælis deſuper,& in terra deorſum &c̄. Accedit ad hoc & illud. Vocabant eū uicinæ dicentes,natus eſt filius Noemi &c̄. His enim locis,huius nati inſerta radix eſt, nam inter geminas eiuſmodi cohabitantes,peculiarem is ſibi hæreditatem decreuit,quemadmodum legitur. Ciuitas Dauid eſt Zion tu uero conſydera. Vocitatur inſuper prudentiæ metrum hoc מקור חיים, id eſt, Fons uitæ. Id enim (ut antea conſtat) per uniuerſa uitæ premia a ſublimiori miſericordiæ machina hauſta transfudit. Dicitur & idem rurſus propitiationes indulgentiæue,in ea quippe libani typus relucet,ut ſcribitur. Mecum de libano ſponſa,gratia etenim decreuit altiſſimi unicum in anni uolumine diem ſtatui,in quo delictorum abſtergantur ſordes,candidumq; ſe præbeat Iſrael,quem & propitiationum diem lex ipſa appellat, eo quod prudentia die illa regno connectitur,quapropter turpitudinem omnem ob mortalium facinora regni oraculum inficientem abluit deletq; prudentia. Iccir co geminæ hæ menſuræ protectrices merita commemorant Iſrael, quare propitiationum plurali enūciatione dies illa legitur,propitiationis quidem matris ſublimioris, necnon matris inferioris,ſcribitur enim matrem prudentiam uocabis. Quoniam igitur eiuſmodi die Iſrael emundationibus prudentia incumbit, ideo thori uſum propitiationis die prohibet lex, qui tamen ſabbatorum atq; alīs celebrandis diebus admittitur, cuius utiq; myſticum minime latet ſapientes, ſcribiturq; : Soror quidem mea filia patris mei hæc eſt,non autem filia matris meæ & facta ipſa eſt mihi mulier &c. In quod mentis aciem conuerte, talis namq; propitiationum diei penetrale clauſula refert. Idem quoq; prudentiæ delubrū ueniens ſęculum appellamus: Hæc enim (ut plerumq; tetigimus) perpetuæ uitæ fons eſt,per quem aſſiduis in anni exordio diebus decem precamur. Memento noſtrum ad uitam uenientis ſcilicet ſæculi. Veniens aūt ſęculum ideo prudentiam uocant,quia inde nulla intercapedine uenit,& locuplex erumpit defluxus,& quamuis hominum delictis hanc reuocari ſtatuamus,non eam tamen funditus contrahi cenſemus,ſed guttatim,ne mundi tota obruatur ſtructura,& undequaq; irruat deſolatio per externos ſtillare meatus aſſerimus. At quum iuſtis operibus ſe exornet Iſrael, ſumma bonorum largitate lætatur orbis,ſuperna paſſim & decidua plaudit machina,quę fauſta nimirum & ſoſpes exiſtens affatim deniq; fœlix euadit. Huic præterea magna buccina dicitur,ut illud,In die illa cū buccina ſeu tuba magna clangor erit &c̄. Iubilei namq; hæc ſibi nomen adaptat,quo tubæ increpitu exacta terrenæ incolis capturæ nūciatur ſolutio, ſummaq; auditur libertas,ſublimior enim omnibus gentium ducibus reſidet prudentia, quapropter ſolo iſtius imperio de gentium preſſura eripitur

Deute. iiij.
Ruth.iiij.
Cant.iiij.
Leui,xxiij.
Gene.xx.
Eſa, xxvij.

pitur Israel, ꝙ si percunctatus fueris, cur & in Aegyptiacam redemptionem buccinæ clangor non præcesserit, scias oportet Aegyptiorum oneri ad tempus solum subactos fuisse Israelitas. Pręsens uero captura in qua uniuersi gentium præsides, omnesq; terræ cognationes truculenter angunt suppeditantq; plebem Israeliticam, eximiæ potestatis eget fulmine, magnæq; buccinæ sonum petit, quia tamen inter gentium monarchas Aegyptiorum dux culmen obtinet, altitonantis ideo uigorem in ostentis prodigijsq; patrandis erumpi oportuit. Solet & quandoq; id ipsum metrum fortitudines uocari, scribitur enim quis ? loquetur fortitudines Tetragrammaton audire faciat omnem laudem eius. At fortitudinis appellatio singulariter prolata metro quadrat timoris, quia crebro Israelitis delinquentibus ipsa fortitudo satellitum offendiculis (ut ita dixerim) resistere non ualet, ac si non omnes eam incolent fortitudines. Indefessa uero prudentia ui nulla obtunditur, nec ulli unq̃ principum ipsius limina petere licet, cunctis enim roboris hæc uallatur generibus, quibus offensa noxaue omnis euellitur, inuicta manu omnia subrogat, redimit, & capturæ cuiusq; uincula soluit. Collaudatio etiam nonnunq̃ prudentia hæc cognomine depromitur, nam (ut prius exarauimus) quemadmodum obsecrationes precesq; effundimus in nomen Edonai, sic & laudum decus oraculo impendimus prudentiæ, ex qua miranda pręclaraq; effulgent gesta, quibus iure merito ineffabilis præbenda laus est: altius igitur oratione tendit laus, hæc siquidem in regnum, illa in prudentiam dirigitur: orare enim quod orantis exigit inopia, omnibus commune est, Laus uero sapientiæ præcipuis solum, ut illud, Rectos decet collaudatio. Cæterum oraculi huius typum primum he scilicet ה nominis Tetragrammaton refert, quemadmodum & secundum eiusdem Tetragrammaton he scilicet ה templum insinuat regni, qua enim ratione prudentiæ delubrum oraculis prouidet septem, eadem & regni dimensio (iuxta naturæ cuiusq; habilitatem & promptitudinem) creatorum singulis bona impartit, illud altioribus templis, hæc inferioribus uestibulum extat: illud laus, hæc oratio: illud propitiationes, propitiationes & hæc: hęc octena, octenũ & illud: illud Abas alumnusue maior, a quo totus sphiristicus alitur ordo, hæc Abas alumnusue posterior: unde angelica pabulatur machina, sol, luna, cęlorum, syderumq; exercitus, et cuncta terrestria agmina pro cuiusq; naturæ meta uiuendi persistendiq; uires assumunt, quare sanctissimi Tetragrammaton sigillum geminis his nominibus committitur, nam prudentia cui primum ipsius Tetragrammaton he ה inditur, characteribus scribitur, quibus & Tetragrammaton contexitur, uoce autem punctisq; sonat Elohim, at regnum quidem adæquatur nomini Tetragrammaton, characteribus uero & prolatione exprimitur Edonai: sese itaq; duo hæc oracula respiciunt, & ubiq; referuntur in lege, dũ scribit̃ אדניידוד Edonai, Tetragrãmaton prolatũ Elohim, seu Tetragrãmaton ꝓlatũ Elohim, Edonai, quoꝝ copula sphiristica

Psal. cvi.

Psal. xxxij.

Psal. xxxij.

unio tota abſoluit, eritq; deus Tetragrãmaton unus, et nomẽ eius unũ, Sed de his hactenus, nunc reliquorũ dei nominum explanationẽ aggredimur.

יה

NOnum ſanctorum nominum eſt Ioh. in cuius intellectum recollige nomen Tetragrammaton ſphiriſticam hierarchiam totam in unum conſerere, altiora enim lumina denunciat litera Iod י ſuo quidem apice deſignat coronam, & ipſius reſidua molis ſapientiam indicat. Prudentiam uero quæ cum geminis ſuperioribus una decernitur, notat ה he primum nominis Tetragrammaton, bini igitur priores Tetragrammaton characteres ſphiriſtica tria lumina pandunt ſublimiora. Tertia aũt litera ו Vau ſex continet oracula, tria quidem a medio ipſius ſurſũ, magnificentiã ſcz, pulchritudinem, fortitudinem: tria rurſus ab eius medio deorſum, uictoriam ſcilicet, laus ſeu decus, fundamentum: extremam quę decima eſt ſphira eiuſdem Tetragrammaton he ה ultimum demonſtrat, gemina itaq; priora Tetragrammaton elementa tres ſupremas innuentia dimenſiones per ſe diuinum nomen illud Ioh. componunt: poſtrema uero duo nihil ſe orſum conſtruunt, q; ideo fit, quia menſuræ tres altiores inferioribus ſeptem lumen propinant, nec luminis quicq; ſublimioribus porrigunt poſteriores: quãquam igitur dictio Ioh metrum præſertim indicet ſapientiæ,
Exod.xvij. totam tamen miſericordiæ machinam, tria inquam altiora lumina pariter exponit. Quamobrem ſi uires accinges, ubi ſacris in literis nomen audis Ioh, propheticæ ſapientię theoriam nimirum aſſequi poteris, ſcribitur uerbi cauſa in lege. Quoniam manus ſuper ſolium Ioh pugna eſt deo in Emalech &c. ſceleſtus enim Emalech de antiquo prodit ſerpẽte, illiq; inſeritur, qui ſcilicet ſerpens dum ueneno ſauciaſſet Euam plantã truncauit Adam, ſeiunxitq; ducẽ, et licet deinceps ſup montẽ Synai, unde tolli lues aſſeritur, perſtiterit Iſrael, haud quaq; tamen lunę macula euanuit: quum igitur ac ceſſerit Emalech lunarem maculam auxit, tetigitq; palmam femoris Iacob quo fractum eſt regnum domus Dauid, quare ſerpentis (ut cernis) uulnere inſultuq; Emalech poſtremæ nominis Tetragrãmaton Vau & he ו ה læſę ſunt literæ, incolumibus tamen perſiſtentibus prioribus Iod & he, eo q; inſublimioribus degãt, quo nullum e ducibus aduolare permittitur. Manus igitur ſuper ſolium eſt Iod. he. ſcilicet Ioh ad bellum Tetragãmaton in Emalech. Tu itaq; ad hæc proſpice, & quoties nomen offendes Ioh diligentiſſime examina, latẽtia te ſapientię arcana uenaberis. Qua
Gen.xxviij drat etiam interdum nomini Ioh, dictio יש Ieſc, id eſt, aliquid ſeu eſt:
Ibidem. prior enim dimenſio, hoc eſt diadema, ſublimius uocari legitur עין Ain id eſt nihil, quia in huius contemplatione cuiuſq; mentis oculi caligant, linguæ obmuteſcunt, uox omnis ſilet, & annihilatur, Quare ex characteribus nullum elementum י Iod (apice excepto) diadema ipſum indicare aſſerit. Secũda uero, coronã ſuccedẽs ſphira uocata ſapientia ſui q̃quo modo eſſendi ueritatẽ pãdit. Iccirco ipſã יש Ieſc. cognomĩe uocari licuit, quã primus aperuit Iacob: uere inqens, Ieſc, id eſt, deus Tetragrãmaton in loco iſto: cõdecẽs aũt magis hęc erat ipſi Iacob, q; Iſaac & Abraæ, q; ſpondens

Tetragrãmaton Iacob ait, & dilataberis in orientẽ, in occidentẽ, in septentrionem & meridiẽ &c. ubi nulli possessionis statuunt̃ limites, qd̃ alijs q̃dem patribus minime promissum legimus. Idẽ metrũ assequit̃ ueniẽtis sęculi uitę cõpos Israel, ut scribit̃: Hæreditare faciã dilectos meos Iesc, et thesaurosillorꝝ implebo &c̃. tricentos quippe & decẽ mundos misericordiæ machina ĩuoluit, quos maiores in iustorꝝ pręmiũ destinatos esse diffiniũt. Prouerb. 8.

Comperit̃ & plerũq; eadẽ noĩata dimensio, sapientia, nõ aũt hãc ubiq; ꝓlata sapiẽtia refert, nam crebro decimã templũ .s. regni sapĩa denũciat, utpote, deus Tetragrãmaton dedit sapĩam Salomoni &c. Excelsior uero sapiẽtia, cui Iod ipsius Tetragrãmaton litera quadrat, & ipsum oĩm ꝓphetarũ magistrũ Mosen latuere, Siquidẽ & ipse nec omnes prudẽtiæ ianuas, nedum sapientiã altius prudentia residentẽ nouit, de qua scribit̃: Et sapĩa de ain inuenit̃ &c. nam deus Elohim intellexit uiam eius, & hu .i. ille nouit locũ eius &c̃. Sola q̃ppe prudẽtia uocata Elohim, in uiã sapiẽtiæ aditũ patefecit & ostendit: & solus הוא hu, hoc est corona supior huius sapĩæ locũ intuet̃, de qua etiã legit̃: Tetragrãmaton in sapĩa fundauit terrã &c̃. Studiũ igit̃ adhibe, ut quoties sapĩæ nomẽ audis, quã ex geminis istis sapiẽtijs litera sonet accipias. Omittendũ aũt nõ est, q̃ altior hæc sapĩa nunq̃ seiungit̃ a prudẽtia, quæ duæ simul eximijs coronæ misericordiæq; conseruntur oraclis, quũq; inextricabili se cõplicent nodo nullatenus sui quicq̃ cõmutat nomẽ Ioh. Humilior uero sapĩa, hoc est ultimũ he nominis Tetragrãmaton delinquẽte Israel abducit̃ a litera uau, quare ipsum in altius se colligens uau ו operitur & occultat̃, ut illud: Qui abscondit faciẽ eius a domo Iacob. Placuit et eandem Cabalistarũ sapiẽtibus רצון Razon .i. uoluntatẽ uocitari: nam initiũ trahendi uotũ in sphiristicã dependentiã, apparitionẽq; a superno diademate esse censetur: at quo calle eiusmodi erũpat effluxus, id ꝓtinus oĩm creatorũ aufugit intuitũ. Est & eadẽ uoluntas, qua mũdi innouat̃ machina, patrant̃ miranda, ostenta, ꝓdigia atq; portenta. Dicitur & aliquando cõmensuratio eadem עומק Omek .i. profundũ cogitationis, istius siquidẽ uoluntatis inscrutabilis est abyssus, cui funditus termini absunt, ꝓ quo dicit̃: De profundis clamaui. Et iterũ: Profundę nimis sunt cogitatiões tuæ. Quare & מחשבה Mahescaua .i. cogitatio: hęc ipsa legitur, Cogitabilis scz punctus, qui initiũ uoti defluxus in creationis opere typice demõstrat, hic & nominis Tetragrãmaton literam Iod (quæ sacrũ diadematis templũ introclusa inhabitat) ostendit, ac sup eodẽ pũcto synceræ misericordiæ machina in infinitũ ꝓtendit̃: enũciatur aũt plurali sensu cogitatiões, quia duo & triginta sapĩæ sunt calles supremo diademati affixi, quos nemo nisi a fonte hauriat prudẽtiæ, spectare discernereq; ualet: Hauriẽs aũt nõ originis quidẽ aquę immergit̃, sed foris astans Aquarij hydriæue hausto potat̃ liquore: iuxta qd̃ infert Salomo, Profundum profundũ mi (id est quis) inueniet ipsum &c. profundũ ꝓfundũ sapientiã insinuat & coronã, quis uero prudentiã. Eandem præterea quæuis dictio latentiam designans innuit & refert, ut illud: Latent a

3. Regum 4.

Iob 28.

Psalm. 129.

Psalm. 91.

Ecclesiast. 7.

me & non cognoſco: profertur etiam hæc eadem יראה Girea, id eſt formido, formidandum enim cuicꝫ eſt qui in hyperbolicum hunc fontẽ conuertitur, ne latius euagetur quam cogitandi ius permittat, ſicut de Moſe legitur, quem in aſpectu dei Elohim ingens concuſſit terror, ſcriptum enim
Prouer. 9. eſt. Initium ſapientiæ eſt timor dei Tetragrammaton: & rurſus. Finis mã-
Prouer. 11. ſuetudinis eſt timor dei: nec nõ illud, Timor dei eſt ipſa ſapientia. Scias aũt
Prouer. 15. timorem in duos proſcindi, in interiorẽ unũ, exteriorem alterũ: interiori q̃
dem horribilem onuſtũcꝫ altiſſimi expaueſcimus aſpectũ, exteriori uero ſupplicĩ formidamus pœnæ: is ſublimior amore, ille poſterior eſt: is peragenda legis mandata ſponte amplectitur, ille ꝓflictus horrore euitanda relinquit: tuum igitur eſt gemina hęc timoris genera oportune diſcernere.

Eandẽ quoꝫ menſurã ꝓfert lex cognomine עדן Eden. i. uoluptas: fõs
Gene. 2. .n. hic fundata eſt & origo, per quã a ſuperno diademate manant ac defluunt uniuerſa, cui innititur: & fluuius exit de Eden ad irrigandũ hortũ: fluuius q̃dẽ, ut ante deprõpſimus prudẽtiã deſignat, ſapientia Edẽ, hortus re-
Eſaiæ 64. gnum, quem cæteris intercedentibus ſex irrigat prudẽtia. Accedit ad hoc
Gene. 2. myſticũ illud in capite En dorſi ubi inquiũt: oculus non uidit elohĩ niſi tu. Adã igitur ubi erat? erat q̃dẽ in horto, nec exiſtimes idẽ denũciare hortus & Eden, legitur .n. & fluuius exit de Eden. i. de uoluptate: hęc illi, tu aũt ſi te dignum cõſtitueris, profunda hæc abſtruſaꝫ eloquia oretenus audies.

אהיה

DEcimũ ſanctarũ dictionũ nomen eſt Eheie, capitis adaptatũ coronæ, cuius intelligentiã nemo aſſequitur, niſi ipſum id miſericordiæ machinæ dux eſt, quẽ ueluti centrũ cõbinationes circũambiunt duodecim, cõbinationũ inſtar circũambientiũ nomen Tetragrãmaton, his una cũ centro tredecim miſericordię oracula reſpondent, nã (ut in prędhabitis aperui) ad hãc euolãtes machinã cuius iudicio culpabiles ꝓflictuſq; debitores definiti fuerint, ineffabili tñ huius miſericordiæ largitate omnẽ ꝓpulſant noxã, ꝓtinus ꝓcellarũ auertũt turbinẽ, nec omnẽ nubilę fortunę impetũ accedere
Exod. 3. ſinũt, quare et Iſraelitæ quũ in Aegyptiaca preſſura redemptionis p̃mio ꝙque exornati nõ fuerint, nomẽ effulſit Eheie, q̃ Iſraelitarũ cõuentũ petens, Moſe Eheie (inqt) me miſit ad uos: q̃niã igitur ꝓphetica priſcorũ ſapiẽtũ
Pſalm. 117. Synagoga ſublime delubrũ Eheie oraculũ Tetragrãmatõ, regnũcꝫ Edonai cõnectere cognouit, cũcꝫ pęnę formidinẽ, rigidaſcꝫ ſyderũ minas in om̃i euentu excutere cõſueuit, in qđ uergit illud. El Tetragrãmaton & luceat nobis &c̃. q̃ties enim uultus lumẽ in ſacris codicibus cõſcriptũ cernes
Nume. 6. ſupernę miſericordię ꝓmulgationẽ intellige, ideo ſacerdotalis per legẽ ſta-
Pſalm. 4. ţuta benedictio, eluceſcere (inquit) faciat Tetragrãmatõ uultũ ſuũ tibi & gratificetur ţibi. Et illud q̃ꝫ: multi dicũt, quis oſtẽdet nobis bonũ, eleua ſuper nos lumẽ uultus tui Tetragrãmaton &c̃. Idem etiã metrũ Eheie (ut ſupra tetigimus) apex literę Iod inſinuat. Itidẽ mõſtrat ꝓnomen הוא Hu. i. ille, eo q ꝓ in ſupernis reſidẽs latibulis nulli ſe corã offert. Adamuſſim

autem

autem accipere, quo inceſſu hæc miſericordiæ dimenſio cæteris ſe pandat oraculis, utq; iudicij metrum in lege ſe transferat in gratiã, ore ori eruditionem tradi expoſtulat. Id inſuper coronæ delubrũ ob inſcrutabilem eius celſitudinem legitur אין Ain .i. nihil, iuxta illud, Leuabo oculos meos ad montes me ain ueniat auxilium meũ. Inde enim cuiuſq; languoris medela, & meſtorũ ſolatiũ gaudiumq; erumpit in templũ Edonai, Nun נ .ſ. recto in nun ן obliquũ, ſiquidem nun rectũ miſericordię machinã, obliquũ uero regnũ deſignat. Vocatũ etiam reperitur metrũ coronæ קדם Kedem .i. anterius ſiue oriens, id enim entiũ primũ omnibus eſſendi exordium miniſtrat, cui innititur illud, Et plantauit Tetragrammaton elohim hortũ in Eden michedem, id eſt de oriente &c̃. plantatio enim eſt in horto, hortus in uoluptate, quæ denicp ſimul de oriente erumpunt: quoties ergo Kedem ſacrę promant litere, quid altum ibi latitare penſita, utpote quum uetuſta illa (turris ſcilicet Babylonis) diuiſionis ꝓpago ab oriente receſſiſſet, ac ſibi nomen aliud condere preſumpſiſſet, ut legitur, Et faciamus nobis nomen &c̃. in multilingues nationes mortalium partitio emerſit, quarum tamen ad id temporis uſq; eiuſdem terræ zonæ habitatio uniformiſq; ſermo exiterat, ut ſcribitur, Erat autem terra labij unius et ſermonum eorũdem, quũq; proficiſcerẽtur de oriente, inuenerũt planiciem in terra Sinar, et habitauerunt in ea &c̃. Tu itaq; conſydera, & huius exemplo ubicp ꝓlationem Kedem examina, miranda quippe & abdita legis myſtica compræhendes. Dici autem conſueuit oraculum Eheie כתר id eſt corona. Nã ut regium caput circundat diadema, ſic menſura hæc ſphiriſticum ordinem complectitur, cui haud ſecus cœleſtium, quam deciduorum agmina inhiant & aſpirant.

Pſalm. 120.

Gene. 2.

Gene. 11.

Gen. 11.

Rurſus & eidem accõmodari ſolet לבן Caput Laban, id eſt albi, Albificat enim hęc & candida reddit quęcunque ſcelera delictaque Iſrael, potiſſimum ſiquidem (ut conſtat) in coloribus genus ipſa albedo eſt. Poſtremum uero ea quæ tetra infectio cernitur, quare ut caput candoris coronæ dimenſio ſtatuitur, ſic & extra caput offenditur locus, quem caligo ſumma inhabitat, in quod uertitur illud. Qui inter ſanctum ſeparat & prophanum, inter lucem & tenebras. Eſt & alius Laban, ſcilicet Arameus, uerſipellis, & hominum inſidiator, quos in atrum caliginis metrum aſſidue ducere molitur, is ſane patriarcham Iacob eiuſque progeniem & ſtirpem (ut ſui eſt moris) radicitus euellere ſtuduit: At poteſtas altiſſimi cuius ſe ſedem ſtatuit Iacob una cum uirgularum uirtute, in quibus cortice ablato candor enituit ipſum & ſuos eripuit, a cunctiſque protexit periculis. Qui igitur typicum candoris caput nouerit, is & reconditum Lebana (id eſt lunæ) principium & finem auſpicari poterit. Vetuſtus etenim ſerpens de Laban Aramei uirtute pendens, in lunam (ob primi hominis delictum) ſordem iniecit, ſiquidem is primus ſcilicet Adam urgente præputio, ligno ueſcabatur, dum bonum & malum exiterat, Quod ſi una duntaxat hora huic moram exhibuiſſet, qua ſibi portionem

Gene. 30.

portionem locumque de repetita præputium uendicaſſet, ipſum utique lignum boni non mali appellationem ſubijſſet, quo ei ad uotum pabulari et indelebilem aſſequi uitam licuiſſet, iuxta myſterium ligni uitæ aſſociati ſcilicet ligno ſcientię, dum bonum ſolum admittitur, ut legitur. Vide exhibui coram te ipſam uitam & bonum, mortem ipſumque malum &c. Mira itaq; ac ſolida in ſeruãdis dei mandatis Iſraelitarum eſt uirtus, ſiquidem ubi prior Adam horam expectare nequiuit, tribus annis moram contrahit Iſrael, ſcriptum nanque eſt: Tribus annis ſint uobis pręputiati &c. trifarij nanque præputij parietes ſunt, & in quarto anno omnis eius fructus ſanctus ſit in laudes deo Tetragrammaton &c. Quartus enim paries (ut ſuperius exaraui) tenuis extat, anno autem quinto comedetis fructũ eius quatenus uobis eius frugum fiat additio &c. Quod ſi fructum in re quinta manducaſſet & Adam, haud unquam tantæ pœnæ ſupplicium illatum fuiſſet ſæculo. Quotieſcunq; igitur in lege dictionem Laban, aut inde quippiam dependens audis, mentis aciem dirige, intentoque examine perpende, an candidum inſontemq; Laban, aut flagitioſum nequamque Arameum literæ perſonet intellectus. Memento autem non ſolum diadema, ſed tria pariter oracula eminentiora a ſanctiſſimo dei nomine complexa, humanam in hoc ſæculo intelligentiam aufugere, in futurum uero nobis eorum locuplex admittitur cognitio. Decem has itaq; recollige claues, quibus multiformia abſtruſaque cellaria, & archana theſaurorum penetralia, quorum paucis nimirũ admittitur aditus, introire ualebis. Singula igitur decem præſentis uoluminis capita reuolue, exorditamq; ſacris cognominibus legem contexe, ſacra quoque diuinis nominibus addc cognomina, ſanctaque nomina circunquaq; nomini conſere Tetragrammaton, nec leui cognomina intuitu curſimue pertranſeas, quin ſingula cui e ſacris nominibus ac ſphiriſtico accõmodentur & congruant cœnobio diſcernas, quod ſi fidens ardenter peregeris, ſublimium legis penetralium cõſors euades, ineffabilium dei archanorum particeps efficieris, eorumq; aſcriberis numero, quibus diuina ſpondent eloquia: Roborabo ipſum quoniam cognouit nomen meum. Huic igitur tanquam reſerandæ arcis ueſtibulo epithomati lętus inſiſte, ut quæ deinceps altiſſimi nutu enodare conabor, promptius intuearis. Nos itaque condignos imperſcrutabilis altaque clementia conſtituat, ut pertinaces expetitæ doctrinæ cultores, & ipſius legis amore probati executores perſiſtere ualeamus, et in nobis demum quod ſcriptum eſt, effulgeat: Filij tui edocti deo, & multa filiorum tuorũ pax erit. Amen.

Deut. 30.

Leui. 19.

Pſalm. 90.

Eſaiæ. 54.

De Cœleſti Agricultura uoluminis Quarti finis.

BONONIENSIS THEOLOGORVM ACADEmia, Doctiſſimo Serr^mi. Romanorum regis ab Archanis Domino, Paulo Ricio, Doctores uniuerſitatis Theologicę Bononien. S.P.D.

DE Cęleſti Agricultura oblatos nobis libros, temporis inopia magis percurrimus, cꝫ eos (ut erat in uotis) diligentius legerimus, Sic tamen eius libri lectione oblectati ſumus, ut nō mediocriter piū eius dogma, & ſanum, nulla cenſura dignū, lauꝺauerimus. Vidimus in eo ingeniū perſpicax, et ſyncerū animum tutandi, ſeruandi, & augendi, quę ad Chriſtianam attinent legem et doctrinā, ſic diuina ueneraris & extollis, ut naturę & philoſophię iura non abhorreas uel nihili facias, Quinimmo ad inuiſibilia dei per ea quę facta conſpiciuntur aſcendis, quaſi præuio quodam gradu attingis, deguſtas & aperis, ac multiplici linguarum ſcientia, Iudęorū errores, ac inſanientes hęreticos propriis eorum telis, ueluti Goliæ gladio deprimis, confodis & ad nihilum redigis: Quocirca quum apud Ser^mū. Romanorū Regem Ferdinandum nunc cꝫ ſatis laudatū, a ſecretis reſideas, & languentis corporis & animæ primarius medicus fueris, decet te ut ſicut princeps tuus inſurgentes in dies errores, & hæreſes gladio & igne ſuccidit, ſic tu non ei diſſimilis conſilio, ſcriptis, & libro de Cœleſti Agricultura ſimiliter demolias, & eradices. Aede igitur in lucem, quem ad plurium utilitatem conſcripſiſti de Cœleſti Agricultura codicem, a pluribus uniuerſitatibus approbatum, ut pluribus proſit qui pro ſalute multorum conſcriptus eſt. Vale, Datum Bononię xij. Auguſti. M. D. XL.

Ego frater Seraphinus Bononien. ordinis Minorum decanus uniuerſitatis confirmo.

Ego frater Alexander Bononienſis ordinis Heremitarum, ut ſupra.

Ego frater Vincentius Placen^s. Regens Bononienſis, ac inquiſitor Papienſis, confirmo, & approbo ut ſupra.

Ego frater Iacobus Ortonenſis uiſitator generalis congregationis Cœleſtinorum, & regens Bononienſis, approbo ut ſupra.

Ego frater Thadeus Bononienſis ordinis ſeruorum, confirmo ut ſupra:

PATAVINA THEOLOGORVM ACADEMIA, Mag^co. & ſacræ Theologię profeſſori Doctiſſimo, ac ſer^mi. Romanorum Regis conſiliario, dig^mo. & Exmo. Dño Paulo Ricio: Doctor. & Magiſtri infraſcripti Patauinę, Th^s. uniuerſitatis. S. P. D.

QVm ea, quę iuſte & honeſte petuntur, minime denegare poſſimus, & præcipue, cum dei honorem, & diuini cultus augmentum, fidei Chriſtianę defenſionem, hęreſum deſtructionem cōcernunt, & ꝓpterea cum pro parte amplitudinis uęſtræ requiſiti fuerimus, ut librū de Cœleſti Agricultura ab Ex^tia. ueſtra ęditū uidere, legere, cōſyderare, et utrū catholice et Chriſtiane compoſitum, & per ex^am. ueſtram factum fuerit, quem uidimus, legimus diligenter

diligenter conſyderauimus & inuenimus, prout per prẽſentes atteſtamur, & fidem indubiã facimus, q̃ inquantũ ad Chriſtianã religionẽ, & ad ſanctã catholicã doctrinã attinet, librũ ipſum cum ſit catholice & fideliter, ac chriſtiane diuino afflãte numine, et gratia ſancti ſpiritus illuſtrãte p̃ Exam. ueſtrã compoſitũ & ẽditũ, laudamus, & quantũ in nobis eſt adp̃bamus ingenij ſui & doctrinę prẽſtantiã, necnon et prẽcipuũ Chriſtianę religiõis, & in Catholicã fidem zelũ ſuum ſummopere collaudãtes, ueſtrã in uiſceribus Chriſti hortantes, imo rogantes Exam. ut librũ ipſum ad dei laudem, hæreſum deſtructionem, catholicę fidei augmentum, & animarum ſalutẽ, & ad ſuum perpetuum nomen, & æternã gloriam, q̃ citius in lucem dare, & imprimi facere uelit & debeat. In quorum fidem &c̃. Datum Paduę in ſpiritali palatio die Mercurij xviij. Menſis Auguſti. M. D. XL.

Et Ego Iacobus rota. I. ut. Doctor eps Argolicẽſis, & in eccleſia Paduana ſuffraganeus & uicarius generalis, manu propria ſuſcripſi.

Ego frater Yſidorus Leopardus Patauus, magiſter et uice decanus approbo ut ſupra.

Per me fratrem Dominicũ de doctis ſacrę Th. pfeſſorẽ, ap̃bata eſt doctrina iſtius uiri, et ſcripta eius maxĩe ex lectura ſui tertij libri, quẽ ego legi,

Ego frater Iulius Soncinus Patauus magiſter, approbo ut ſupra.

Ego frater Ioannes Baptiſta Patauus magiſter, approbo ut ſupra.

Ego frater Antonius Cauazza Patauus magiſter, approbo ut ſupra.

Ego fr̃ Nicolaus de Martina, magiſter, ordinis Prorũ. approbo quę ſupra.

FERARIENSIS THEOLOGORVM ACAdemia, Exmo. Domino Paulo. S.

NOn ſine animi uoluptate quatuor uolumina, de Cœleſti Agricultura, a dominatione tua ædita perlegi, ex q̃bus unicã tui ingenij prudentiã ſatis noui: Sũ admiratus tã .n. grauiter & ornate diuorũ eloquior̃ ẏitatẽ, ſic ea cõcinãdi modũ, ſermone nõ obſcuro patefeciſti, ut ueritatẽ ipſam, diuinãq̃ ſapientiã te loq̃ rectiſſime cenſerẽ, Noui q̃dẽ tuũ mẽtis acumẽ, ac dei ſpiritũ in te loquentẽ, cõptũ eẽ nõ dubito: Laudo uires facũdię, ac uenuſtatẽ dicẽdi: Laudo tui animi magnitudinẽ, q̃niã exptus ſum dei ſplendorẽ in te fulgentẽ ſingularẽq̃ uirtutẽ, Sed magis te Chriſti fidelem, Chriſtianęq̃ ueritatis zelatorẽ fore maximopę noui, uoluminibus prẽcipue lectis, & quãta ſit tibi aduerſus hęreticos iucũdiſſima diſputatio. Quãobrẽ te Magce. ac Exme. Dñe rogo, obſecro, & obteſtor, ut q̃citius poteris hoc diuinũ opus in lucẽ apparere facias ob fideliũ utilitatẽ, ut p̃ hęc uolumina (exploſa, ac penitus eradicata omni hęretica prauitate) fidelis populus deo eccleſięq̃ Catholicę pẽniter adhęreat. Fœlix diu uale, meiq̃ admodũ ſerui tui memor eſto.

EX GYMNASIO DIVI PAVLI FRATER IOañes Maria ẏatus Ferraris. Carmelita, Theorũ. Vniuerſitatis Ferris. Decanus.

EGo fr̃ Auguſtin. Righis. de Ferraria ordinis Minor̃ Con: Almę uniuerſi. Theologor̃ Ferris. pfeſſor idigno, p̃ has p̃ntes fateor uidiſſe, et

omni diligentia legiſſe multas principaliores partes contẽtas in uolumine, ut ſupra, in quo nullã (dei omnipotentis gratia) ſuſpitionẽ falſæ doctrinę inueni, nec cognoui, ſed uerũ & deum teſtor, omnia laudo, quę in eo cõtinentur, & approbo: Teneoq; hanc doctrinã in Eccleſia Chriſti redemptoris noſtri fore utiliſſimam, ꝓpter magnitudinem et ſublimitatẽ tantę, ut ita dicam, utriuſq; teſtamenti mirabilis doctrinę, & hoc propria manu.

Idem qui ſupra frater Auguſtinus &c̃.

OPera & tractatus, quos uir iſte magnificus Dñs, D. Paulus Ricius cõpilauit, & tanto labore manu ꝓpria ſcripſit, maximo pollent tũ ingenio, tũ ſanctiſſimæ fidei ac Catholicę & orthodoxę Eccleſię ueritatem lonant: Idcirco cũ eos uiderem atq; perlegerem, non poſſum omnia & ſingula nõ approbare & laudare, quinimo ad ſydera uſq; attollere, rogare & exorare talem ac tantũ uirum, ut in lucem ad fidei & Chriſtianorũ utilitatem prodeat, &c̃. Ferarie in ædibus Seruorum xiiij. Auguſti. M.D.XL.

Ego frater Hieronymus de Bononia Doctor Theologus, licet inter omnes minimus, manu propria.

PAPIENSIS THEOLOGORVM ACADEMIA,

Paulo Ricio Ser^mi. Romanorꝫ Regis Ferdinandi Archiatro, frater Iulius Galacius, & frater Archangelus Lafranchoxius, Theologicę ſapientię Magiſtri, et publicam cathedram in Alma academia Papię tenentes. S. in D.

OBLATA SVNT NOBIS NONNVLLA tuę dignitatis de Cœleſti Agricultura uolumina, quę repetita, & ſedula lectione, cũ non parũ oblectamenti euoluimus, qbus fabre, & ſpiritali eruditione, ac zelo, permulta cęleſtia, archana, ſacrarũq; literarꝫ, & fidei abſcondita pandis, & aſtruis ſacramenta, atq; impia oberrantiũ dogmata retũdis, & uana ac emẽtita deſtruis fundamenta: Quum igitur nemo (iuxta ueritatis monita) lucernam, cũ accendit, ſub modio recondat, ſed ſuper candelabrũ ponat, ut omnibus qui in domo ſunt luceat: Idcirco, & nos tuã dignationem hortamur, obſecramuſq; ut eiuſcemodi tua de Cęleſti Agricultura, ſpiritali dulcedine, & ſapientia plena uolumina diutius latitare, & in abſcondito iacere nõ ſinas, ſed ad multorꝫ piorꝫ fideliũ inſtitutionẽ, & profectũ in lucem ꝓferas, quo latius refulgeant, & archanę ueritatis cupidos clarius illuſtrent, oberranteſq; in rectũ fidei & pietatis tramitem reducant: Qui enim edocet, multoſq; erudit ad iuſtitiam, futurus eſt (ut Danielis pollicentur oracula) uti ſplendor firmamenti, & prefulgida ſydera cœli in perpetuas ęternitates. Vale ex Ticineñ. Academia vij. Calen. Auguſti. M.D.XL.

Frater Iulius, qui ſupra manu propria.

Frater Archangelus, qui ſupra manu propria.

Frater Auguſtinus de quadra^o. manu propria.

De Cœleſti Agricultura libri Quarti finis.

DE COMMVNI RATIONE SACRAMENTORVM PAVLI RICII

ſedula lectione dignus ſermo.



Icturus de ſacramenti myſterio a nominis ratione in diuiduæ Trinitatis nutu ſumam exordiū. Sacramentum,& ſingula huius analogiæ uocabula, rei copiam operiſue complementū enuntiant. Quæ ſi a nomine rei ſubſtantiam ſignificante originē ducunt,tunc inherentis abundātiā deſignant,ut ſucculentum,uinolentum,luculentum, & id genus. A uerbo autem ſi deriuantur, operis tunc efficatiam & complementum oſtendunt,ut iuramentum,teſtamentum,& documentum,Quo quidem in genere appellatio ſacramenti collocanda uidetur : quippe opus deſignans, quod ſacrum reddit ſuſcipientem : quemadmodum auditorem, doctum efficit documentum, teſtatum teſtamentū, & iuratum iuramentū. Vnde ſuperna,atq; diuinæ mentis archana(qua ſuapte natura ſacra ſunt,ſacrorumq; omnium cauſa ratioq; exiſtunt) ideo præcellentius ſacramenta nūcupari legimus.Neſcierunt (inquit ſapiēs) ſacramentū dei,ubi de diuinitate, paſſione, & incarnatione uerbi ſermo eſt : & illud Apoſtoli, Vt notum nobis faceret ſacramentum uoluntatis ſuæ, & tali quidem ſub conceptu in pluribus (ſi aduertis) ſacramenti uocabulum diuina pronuntiāt eloquia. Nonnunq; ad humana quoq; ſecreta nomen ſacramenti tranſumitur,ut illud Tobie: Etenim ſacramentum regis abſcondere bonum eſt. Quandoq; & ipſum iuramentum (eo quod ſacræ rei atteſtatione conſtat, remq; imperfectam et abſconditam indicat) ſacramentum uocitari libuit: unde militum iuramenta, militiæ ſacramenta dici conſueuere, Verum de primo ſacramentum nuncupandi modo nobis hic ſermo eſt. Ratio itaque ſeu deſcriptio ſacramenti , a ſacra Theologorum ſchola multipharíam cum ſit expreſſa, omnia tamen illorum dicta breui hoc themate explicari nouimus.Sacramentum eſt inuiſibilis gratię uiſibilis forma, ipſius gerens imaginem,& cauſa exiſtens. Cuius quidem thematis ſi ſingulatim rationem ſcire deſideras, hęc ipſa non aliunde q̄ a notione finis (quo cuncta naturæ,artiſq; adinuenta conſiſtunt) requirenda : unde ſummus ille ſacramentorum author,& legum conditor Deus, ſe nullum alium ex ſacramentorum opere finem intendere, niſi quo docuit idoneum, ſalutiſq; æternæ participem redderet ſuſcipientem : Niſi (inquit) renatus quis fuerit ex aqua & ſpiritu ſancto, non poteſt introire in regnum dei. Et: Niſi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius ſanguinem, nō habebitis uitam in uobis. Et:Niſi pœnitentiā habueritis, omnes ſimiliter peribitis,Eodem utiq; pacto de reliquis iudicandum ſacramentis.Quum

Sapien.xx.

Ephe. j.

Iohan.iij.

Iohan.vj.

Luce.xiij.

ergo intentio finisq; ſacramenti ſit ęternæ ſalutis participem reddere ſuſcipientem: participem facit uero, ſi rei participandę conformẽ reddat: reddit conformem, dum animum per ęternæ ueritatis conceptum, & corpus per operis concinnitatem adaptat: utrumq; igitur ſacramenti conditio pręſtet neceſſe erit: conceptum namq; ęternæ ueritatis, fidemq; ingerit & exercet per collationẽ uiſibilis ſigni ad ipſum inuiſibile gratię lumẽ: Cuius intuitu in prædicta ſacramenti ratione ponitur inuiſibilis gratię uiſibilis forma. Corporei uero operis concinnitas ex ſigni ad ſignatũ ſymbolo, & ſimilitudine reſultat, qua de cauſa in prędicto themate ſubiungitur, ipſius imaginem (id eſt proportionis ſimilitudinẽ) gerens. Quę ambo (ęternæ ueritatis cogitatio, & corporei operis cõcinnitas) adhibita quũ fuerit, mox ſacramenti effectus, finisq; ſequitur, uidelicet ſupernę gratię et regni cœlorũ participatio, cuius intuitu ſubnectitur dicẽdo: et cauſa exiſtẽs, nõ quidẽ efficiens gratiã, ſed pręparans & diſponens recipientẽ, p̃ ſimilitudinẽ & analogiã ſigni ad ſignatum. Et ꝓpterea ſcribit ad Bonifaciũ Auguſtinis, Si ſacramẽta (inquiẽs) nõ haberent ſimilitudinẽ rerũ quarũ ſunt ſacramẽta, ꝓprie nõ dicerentur ſacramẽta, q̃ ubi deeſt ſimilitudo, ibi uis nulla dari poteſt ſacrandi, & rei ſacrę participẽ reddendi ſuſcipientẽ. Quippe ut contraria & pugnantia mutuo ſe excludunt, ſic cõformia & cognata ſeſe amplectuntur, & cõflant in unum. Sola enim ſimilitudine (ut ſeptimo de trinitate Auguſtinus docuit) ad deũ acceditur, et diſſimilitudine receditur ab eo: Omne ſiqdẽ animal (inqt ſapiẽs) diligit ſibi ſimile & omnis caro ad ſimile ſibi coniungitur. Vnde et hi q̃ archana rerũ, humana ſcrutat indagine, ſpiritalia dona p̃ concinnã habitudinẽ & cogitationẽ quãdã mortalibus dari autumant, prout ipſe Peripateticorũ princeps viij. Polit. teſtatur. Laudãt ꝓbantq; in ſacris celebrationibus melodiarũ cõcentũ, quo auditorũ ſupplex fiat animus, quas quidem melodias, quemadmodũ aliarũ ceremoniarũ ritũ, nõnulli noſtra tempeſtate hallucinãtes, tanq; illecebroſã pompã, et uanã ſuperſtitionẽ ſubſannant, nõ attendẽtes ſancti Eliſęi myſteriũ, qui, cũ cãneret Pſaltes, ſup̃ cęleſti dei ſpiritu eſt arreptus. Hinc et Proclus grauis fiduſq; Platonici dogmatis interpres, cũ de ſacrificiorũ differit efficacia: ueteres (inquit) diuinas uirtutes in locũ inferiorẽ ob quandã ſimilitudinẽ deduxerunt, Nempe ſimilitudo ipſa ſufficiens cauſa eſt ad res ſingulas inuicẽ uinciendi. Sic et Iamblichus ſtudioſiſſimus, ſapiẽsq; occultorũ indagator, de priſcorũ Aegyptiorũ ſymbolis loquens, ita ſcribit, Cũ ergo perſpiciãt, ſuperiora oĩa inferiorũ ſimilitudine delectari, atq; inſup optenta ſuperioribus bonitate repleri, quatenus pro uiribus imitentur, merito & ipſi conuenientem ſuperis modum agendi pro uiribus offerunt, quando occulta myſteria ſymbolis inſerunt manifeſtis. Hęc pleraq; ſimilia, orthodoxę pietati cohęrentia, lectu et attẽtione digna, Iamblichus ipſe recenſet. Hãc inſuper ſacrandę mentis & corporis conformitatem ſimilitudinemq; priſci allegorizãtes chriſtianę pietatis cultores (q̃uulgo dicũtur Cabalei) p̃cipuã quorũdã canalium coaptationẽ uocant, ſacra imitãtes eloquia, quę ſupnã

dei

dei ſapientiã,uiuentiũ aquarũ fonti frequentius adſimilant. Proinde cum hęc ipſa ſapientia latentibus quibuſdã quaſi canalium riuulis, per uniuerſum ſtillet orbẽ,humana autẽ natura,qa imbecillis eſt, & uerſatili gladio arcetur a ſupercœleſtiũ aquarũ ſcaturigine,operæpreciũ eſt (ſi ſapis myſterium) ut omnes corporis et animæ uires (ne terrenorũ diſtrahantur illecebris) in unũ,& ſurſum ſe colligant. Quæ (cohęrentibus iam inuicem quaſi canaliũ orificijs) ſenſu,imaginatione (ſeu fantaſia) et mente,æternę ueritatis et ſupernę ſapiẽtię meatibus ad amuſſim reſpõdeant. Alioqn mens ipſa mortalium,nõ nectareo illo,et ſupercœleſti imbuet humore,ſed amarulentas cõtradictionis exuget aquas,auramue hauriet inanẽ. Quãtũ,n.uiſibiliũ inuiſibiliumq; rerũ cõformitas et ſimilitudo latentis energię contineat,nõ modo diuina atq; humana teſtat auctoritas,ſed et multiplex ſenſu deprehenſum experimentũ idipſum demonſtrat. Si,n. ſingula rerũ generabiliũ attente cõſideres,inuenies unamquãq; illarũ formã,ad hoc ut actu unum conſtituat,pręuiã quandã ſuſcipientis diſpoſitionẽ depoſcere, ſpecies (puta) et forma equi,nõ ex aſini uel porci,ſed equi tantum ſemine gignitur,Quemadmodũ nec glandis plantatio citrũ parit,neq; ex lactucę ſemine urtica oritur,& nõ modo corruptibilẽ,ſed immortalẽ q̃q; naturã & ſubſtantiã p analogiã et ſymbolũ eius cum mortali corpore,unũ numero conſtituere cernimus. Intellectiua ſiquidẽ ſubſtantia & forma certũ organici corporis temperamentum requirit,quo anima ipſa in meditullio,et in rerũ omnium orizonte,nectat ultima primis. Et nõ ſolũ hęc intellectiua ſubſtantia,quæ informat et unum indiuiduũ numero cõſtituit, ſed intellectualis natura,quæ dũtaxat aſſiſtit,& afflat mortaliũ mentẽ (uti angelus lucis & dæmon) certã habitudinẽ & cognationem exigit in recipiẽte:ſordidus namq; ſpiritus et dæmõ,ſordidorũ tantũ animis illabitur,quales ſunt maleficarũ & lamiarũ, aliorũq; ſtolidorum hominũ colluuies, in quibus magis prævalet fantaſtica ſeu imaginaria facultas, quæ dæmonis imperio promptius obſequitur,q̃ uirtus intellectiua. At ſacer & mundus angelici ordinis ſpiritus,ſolũ purgatis animis,& ſanctorũ mentibus ſe offert,illos afflat,illiſq; inhęret. Veruntamẽ licet cõpertũ habeamus,ſingula rerũ,quæ adſotiari, & in unũ conflari debent,certã analogiã & conformitatẽ depoſcere. Nihilominus quale ſymbolũ, qualemue analogiã inter ſingula cohęrentiũ, ordo rerũ requirat, imperueſtigabile et incõprehẽſibile eſt humana mente. Quę,n. ſit tam pertinax magnetis habitudo ad ferrũ,qua illius cõtagium uſq; adeo affectet,ut q̃cumq; magnes ipſe feratur, eo mox (nõ obſtante interſtitio) pertrahat & circũferat ferrum: Aut quę ſi Heliotropij cognatio ad ſolẽ,ſelinotropij ad lunã,ut tamanxie illud ſolis hoc lunę gyrum æmuletur: Et quęnam galli cum ſole conuenientia, ut ad illius ortum acceſſumq; ad orizontem tantopę iubilet, & cantu alarumq; plauſu exultet,nulla ſane tam exacta prudẽtia,tam uehemẽs animi ſpicacia, quæ ex amuſſim hęc ſcire,& uoce uel calamo explicare nouerit. Quod ſi harum rerũ, quę imbecillioris naturę opę conſtant,et ſenſibus ſubiacẽt, analogiæ,præcipueq; rationes,humana mente comprehendi,& penetra-

re nequeunt,quo nam modo ſublimia & abſcōdita ſacramentorū ſymbo
la,et rationes,uix angelicis mentibus cognita,tu imbecillis,et lutulēta mor
talis creatura,fallaci,et nutāti cogitatione ſcrutari,cenſere,et decernere nō
erubeſcas. Dic obſecro ſi noſti,& ſacro fidē prętas eloquio, quænā tanta
Exod. xvij. uis et energia fuerit in poſitione,Et ſitit manuū Moſis,bellū gerentis con
tra Emalek,ut cū leuaret manus,uinceret Iſrael,& cū paululum remiſiſſet
ſuperaret Emalek. Et quę tanta ſeptenarij uirtus,qua (ad hoc ut ſua ſpon
te corruerent muri Hiericho) iuſſerat diuina auctoritas ſeptē adhibere ſa
cerdotes,ſeptē buccinas,ſeptem dies, ſeptē circuitus urbis Hiericho? Aut
iij.Reg.xvij. quę externi corporis geſtus efficatia et uis,qua oportebat ut Elias ſuſcitan
do Sareptanę mulieris filiū ſeſe expanderet,et ter menſuraret ſuper puerū,
et ad impetrādas pluuias pronus in uertice Carmelis faciē inter genua po
neret? Qua et Eliſeus mortuū Sunamitis filium uitę reſtituere uolens,ſu
p puerum incumberet, os ori, oculum oculo, & manibus manus ſuppo
iiij.Reg.xiij. nens,qua idem Eliſeus iuſſerat regi Iſrael,ut arcū afferret,& ſagittas, quē
cū attuliſſet,dixit ad regem: Pone manum tuam ſup arcum,& cum poſuiſ
ſet,ſuperpoſuit Eliſeus manus ſuas manibus regis,& ait, Aperi feneſtram
orientalem,& cū aperuiſſet,dixit Eliſeus: iace ſagittam,et iecit,& ait Eliſe
us,ſagitta ſalutis dñi,& ſagitta ſalutis cōtra Syriam in Aphec donec con
ſumes eum,& ait: Tolle ſagittas,q cū tuliſſet, dixit: percute iaculo terram,
et cū percuſſiſſet tribus uicibus,et ſtetiſſet,iratus eſt uir dei contra ipſum
et ait, Si percuſſiſſes quinqes,aut ſexies,ſiue ſepties,percuſſiſſes Syriā uſq
ad cōſumationē, Nunc aūt tribus uicibus percuties eum. Quis denicq tan
ta ſapientia & tam ſolerti ingenio uir,qui ſcrutatus ſit,& cauſam retulerit,
qua,ipſe orbis reſtaurator,qui dixit & facta ſunt,Chriſtus dominus ſpu
tum lutumq,& linimentum miniſtrat ,p reſtituendo lumine cęco. Si igi
tur horum operum quę mundana hominum cōmoda reſpectāt,prędipue
ac proxime cauſę & analogię incognitę, et impueſtigabiles ſunt humana
ſolertia. Quis adeo inconſideratus,& temerarię præſumptionis homo,q
diuinorum ſacramentorū penetralia,quę ipſe reparator & cōditor orbis,
nō ad aliquē mortalis uitæ uſum,ſed ad ſempiternā, quā oculus nō uidit,
neq in cor hominis aſcendit,ſalutē cōſtituit,obſcura mente,titubantisq
rationis argutijs adire,et cōprędendere (nedū cōtemptui habere,atq reſ
cere) auſit: quandoquidē cōplures Ethnicorū ſapientes,q ſub mundi ſer
uiebant elementis,quādo de ſacris cōſiderant,omnē rationis uſum,et argu
mentandi legē poſtponendā ſtatuunt,ſed fide tantum,& mentis firmitu
dine inhędendum autumant, Iamblicho de Aegyptiorū myſterijs reſte, q
ueterum de uirtute ſacramentorum traditionem cōmemorando: obſer
uantia,inqt, decens præceptorum,operumq diuinorum (quæ omnem
excedunt intelligentiam) atq ſymbolorum ſacramentorumq poteſtas,
ſolis nota numinibus,prędtat nobis deificam unionē. Idem author cū pau
lo poſt de potētia numinis in ſacris enarrat, ait, In religione nō poteſt fieri
opus ullū alicuius mirabilis efficatię,niſi adſit illic ſuperorū aliqs ſpectator
operis,& impletor. Natura quidem humana nec rationem orationemue

de dijs

de dñs ſuſcipere poteſt ſine dñs, nedum diuina opera facere ualeat ſine illis. Eſt enim imbecillis & hebes uſq; adeo, ut nullum nullitatis ſuę remediū habeat, niſi quandam diuini luminis portionem deſuper accedentem, ſine qua nihil a nobis fit diuinum, Hæc Iamblichus. Pudeat ergo humanę mentis imbecillitatem, & ſeſe conſtringat uana ac temeraria mortalium præſumptio, quæ dum rerum caducarum, & eorum quę ſenſus palpitat, analogias, præcipuaſq; rationes rimari & compræhendere nequeat, hæc ſublimia æternæ ueritatis ſacramenta, quæ omnem ſuperant intelligentiã fragilis & nutãtis rationis diſcurſione inquirere, iudicare, & decernere nõ formidet. Et quãuis fateri neceſſe ſit, operęprecium eſſe illi qui ſemitam deſiderat æternæ ſalutis, eamq; perdiſcere optat, ut primo condecentibus coniecturis & argumentis, de indubitata diuinitate et ſapientia magiſtri ſecurior & certior fiat, quemadmodum de pluribus prophetarum & Chriſti ſaluatoris auditoribus atq; diſcipulis, argumenta & ſigna petentibus legimus. Attamen cum præceptoris diuinitas & ſapientia, omni dubio ſemoto, cognita iam & comperta fuerit, quippe curioſitas, immo execranda audatia reputabitur in aliquod illius authoris dictum præceptum uel monitum inquirere, q; ſi eoſdem ſanctos Chriſti & prophetarum aſſeclas quandoq; dubitaſſe, & rationes quęſiſſe legimus, hoc non ex eo quod de ueritate, & diuina mediatoris ſapientia, ulla in parte hæſitarint, factum putes: Sed quod modum quærebant intelligendi, & operandi archana, necnon & contradicentium obiecta tollendi, propriam potius ignorantiam & hebetudinem accuſantes, q; q aliquo modo fallaciam, inſcitiam, uel impotentiam ſuſpicarentur magiſtri. Si enim impudens & ueſanus cenſetur ęgrotus, qui cum languidi corporis ſui curam cõmiſerit medico, quem ipſe antea ſumma prudentia, experientia & probitate uirum plane cognouerit, nullum tamen uelit medicamentorum admittere, niſi prius ſibi de ſingulis cauſę & rationes reddantur a medico, cur hoc & non illud adminiſtret pharmacum, cur tale menſura uel pondere, cur hac & non alia hora, quamobrem iſtam non illã tangere uenam iubeat, & id genus, quando impudentius, atq; damnoſius rudis et cęcutiens, ſęuiſſimisq; animi languoribus circumſeptus homuntio ſciſcitatur cauſas & rationes, querit de ſacratiſſimis & ſaluberrimis ſacramentorum antidotis, quæ nobis tradidit ille, qui ſolus languores noſtros tulit, in quo omnem fidem, ſecuramq; ſanationis ſpem collocamus: Cuius inſcrutabilia (ut Apoſtolus exclamitat) ſunt conſilia, & imperueſtigabiles ſenſus, & uiæ eius, Chriſtus ſeruator, ac uniuerſorum reparator & conditor Deus, qui eſt ſanctus & benedictus in ſæcula.

DE ARCANA DEI PRO
VIDENTIA COMMENTARIOLVM
in Psalmum Beatus uir.



HOminum genus ad ueritatem, æternamq; beatitudinem nascitur, quam quidem in hac lubrica, & fluxa terrenorum compagine minime adipiscitur, sed eam in sublimi & archetypa rerum machina, atq; in ipso omnium bonorum summo assequimur. Vana siquidem & puerorum crepundijs simillima sunt cuncta, quę sensu hic cernimus Et dum eorum tantopere oblectamur illecebris, quippe non rebus ipsis (ut nobis præsumitur) sed inani, & nugatorio quodam simulachro fruimur, paruulorum instar quos nil graue, nil serium, nihil denicq; eorum, quibus fungimur in uita oblectat, sed bullulæ, crepitacula, architæcq; tabella, ac ludus ad umbrosam parietis imaginem, Et qui istiusmodi sensuum incumbit delicijs, solisque terrenis pascitur umbraculis, paruulus sane & cęcutiens est oppido mente, corpore quidem effigiem gerens humanam, animo uero expressam pecudis referendo imaginem, quemadmodum diuina & illa Dauidica con
Psal. xxxij. clamant oracula. Nolite fieri sicut equus & mulus, quibus non est intellectus. Et illud Psalm. xlviij: Homo qui in honore non commoratur, assimilatus est iumentis. Insipiens quippe est, stolidumq; pecus, qui dum ludicra, & mox prętereuntia hæc corporis oblectamenta, ad immensam cœlestium, spiritualiumq; rerum celsitudinem, & ineffabilem supernæ uitæ dulcedinem contulerit, quin protinus hæc ipsa sordida quidem, ac lætifera caduci orbis blandimenta floccipendat, & calcato, quantum misera naturæ conditio permiserit, propulsatoque omni prauæ cupiditatis irritamẽto, ad cœlestia & empyrei globi lumina uertat tollatq; intuitum, Ipsumq; sublime bonum pulchrum, oblectabileq; in summo erecta mentis acie attingat, amet, possideat, fruatur denicq; per immensa sæcula. Quum igitur tota Psalmographi intentio, eiusq; conatus ad unicum hunc scopum conuertitur, quo ad huiusce modi beatitudinis fastigiũ prouehat & perducat genus hominum, hoc ideo in ipso Psalmorũ exordio (ueluti sagittarius signum) præfixit, & librum, sua statim fronte, beatitudinis notione aperuit, quam cæteri sequentes Psalmi, quemadmodum & uniuersa prophetarum eloquia, tanq; ultimũ ꝓfectum finẽq; mortaliũ respectant. Nos igitur hunc primũ in psalmorũ ordine (quo attenti reddimur, dociles atq; beneuoli) imprimis patefacere & enodare conabimur, eiusq; sicut & aliorũ qui deinceps sunt Psalmorũ, literalẽ duntaxat intellectũ, & iuxta uerborũ sonum pollicemur: Non quidem ut solent plerique tum Catholici, tũ exorbitantes Iudaicę synagogæ interprętes, qui uerborũ sonum, ad sua potius præconcepta, q; conceptus ad uerborum sensum aptare, trahereq; nitun-

tur, hi

tur: hi quidem ex peruicaci & hoſtili Chriſtianæ ueritatis contemptu, illi uero ex immoderato Euangelicę pietatis affectu. Non enim mendica, aut quoquo modo uiolenta eget ſuaſione ueritas orthodoxa, quæ locupletiſſime aliunde, & uariſs quidem, non minus naturæ, ſenſibiliumq; rerum experimentis, q̄ euidentiſſimis ſacri eloquij documentis conuincitur. Quæ omnia ſedulo inſpicienti in promptu quidem ſunt, & Chriſti ſunt omnia plena, Quapropter non extorquenda, ſed literali intellectu (a quo ſolum trahere licet argumentum) accipienda ſunt prophetarū charismata. Quibus ſic prælibatis, mox ad primū Pſalmorū, ſuperum nutu, conuertimur.

Quoniam uero Pſalmographus hunc primum in pſalmorū ordine, uti pręludiū, exordiumq; ſequentiū eſſe uoluit, idcirco oīa quę æternā huiuſq; ſæculi conferunt ſalutē, & ea quæ utriuſq; ſęculi miſeriam pariunt, præfiguratim, & breui quodam argumento depinxit, perinde ac ſi diceret. Beatus ille erit, q̄ mala refugit, & bona amplectit. Ad quę pręſentis quoq; ſęculi comitatur ꝓſperitas, quemadmodū ad eorū contraria huius atq; æterni ſæculi miſeria ſequitur. Quorum omniū cauſſa et ratio eſt, q̄ ipſe omniū ſæculorum rex & conditor Deus, bonis pręſto eſt, & malis delitescit.

Tria igitur pręſens hic Pſalmus ꝓponit, primo, quę abſcienda quęue ſeruanda ſit beatificandi uiri conditio. Secundo, ſimilitudine explicat, quo modo per eadem, quibus ęternam adipiſcimur beatitudinem, huius quoq; ſęculi ſucceſſus cōſequitur, eiſdēq; neglectis in omnem infœlicitatem miſeriamq; concidimus. Tertio, ueram omnium prædictorum rationem causamq; aſſignat. Primum itaq; duo commemorat, quæ omnino beatifica conditio depoſcit, ſcilicet mala refugere, quod iuxta naturę ordinem obſeruandum eſt prius. Et proſequi bona, quod eſt natura poſterius. Cur autem ambulare cum impijs, ſtare cum peccatoribus, ſedere cum irriſoribus prohibeat: Ratio eſt, quia malorum culpæ cum tria ſint genera (iuxta tres animæ potentias & operationes) quæ ad actum uirtutis requiruntur, uidelicet uelle, ſcire, poſſe. Quorum primum inemendabile, & irremiſſibile atq; in ſpiritu ſancto peccatum uocant, quod ex prana & impia uoluntate prodit: uoluntarie eēm (ut ad Hebręos x. ſcribitur) peccantibus nobis, poſt acceptam notitiam ueritatis, iam non relinquitur pro peccatis hoſtia. Et illud Math. xij. Omne peccatū & blaſphemia remittitur hominibus, qui autem dixerit uerbum contra ſpiritum ſanctum, non remittetur ei, neq; in hoc neque in futuro ſæculo. Secundum malorum genus, ex defectu ipſius ſcire, ſeu ex ignorātia oritur, quod mortale (emendabile tamen) peccatum appellant. Idq; Apoſtolus ad Epheſios iiij. innuit: Obſcuratum, inquiens, habentes intellectum, alienati a uita Dei per ignorātiam. Et illud ad Roma. x. Teſtimoniū (inq̄t) eēm ꝓhibeo illis, q̄ æmulationem q̄dem Dei habent, ſed nō ſecundū ſcientiā. Tertium malorum genus, q̄d ex fragilitate & impotentia carnis gignitur, ueniale peccatū uocitāt, de quo Apoſtolus. Nam uelle (inq̄t) adiacet mihi, perficere autem bonū, nō inuenio: uideo eēm aliam legē in membris meis, re-

pugnantem legi mentis meæ, uelle enim uoluntatis rectitudinem oſtendit, lex uero mentis, intellectus ueritatem deſignat, Alia aũt quę ineſt membris lex, carnis impotentiam enunciat. Duo autem hic animaducrte, licet enim omnium uenialiũ peccatorum potiſſimũ in culpa ſit ſenſuum illecebrę, ꝙ creatura (ut Apoſtolus loquitur) uanitati ſubiecta eſt nõ uolens, nõ tamen omne peccatũ, ex carnis ſtimulo ortum, ueniale eſt, multoties ſiquidem id genus culpę, liberę uoluntatis et intellectus ope cõcomitate, peccatum ꝓducit mortale. Hoc inſuper tu qui ſapis attẽde, motiua ſeu executiua poteſtas in opere theologico, ꝙ fide, ſpe, & charitate prouenit, primo fundat in operatiuo ſeu practico intellectu, participando tñ cũ potentia irraſcibili, In ope aũt morali ſortitur fundamentũ in iraſcibili, participando cũ practico intellectu. Cauſa eſt ꝙ theologica uirtus, cũ ſit infuſa deſurſũ, ueniens a patre luminũ, prius obuiat intellectui, & inde in iraſcibilem redũdat, moralis autem uirtus ediuerſo a ſenſatis ducens originem, primo obuiat iraſcibili, quę inde erigitur, & a practico illuſtratur intellectu, quod tu tecum reuolue. Tribus igitur his malorum peccatorumq; generibus, tria euitanda in Pſalmo reſpondent, Ambulare cum impijs, ſtare cum peccatoribus, ſedere cum irriſoribus. Cum impio enim quem occupat ipſa peſtifera, & omnium malorum coagulum impietas, nulli nec ambulare quidem, nedum ſtare, & longe minus ſedere fas eſt, eo quod illico inquinat, adq; perennem (omni ſalutis ſpe ablata) ducit interitum. Cum peccatore uero, quem occupat ſecundum malorum genus, ambulare, tametſi minime ſit permittendum, id tamen prohiberi lubrica mortalium natura non patitur. Quandoquidem non eſt uir (ut Salomo loquitur) iuſtus in terra, qui faciat bonum, & non peccet. Et ſi dixerimus (inquit Iohannes) quia peccatum non habemus, ipſi nos ſeducimus. Septies enim cadit in die iuſtus, mox tamen poſtcaſum reſurget. Quod minime & niſi miraculo permittitur impio, quod ſi in præcipitio et caſu peccator moram traxerit, demum nec ipſe reſurget. Eſſet igitur ultra humanæ conditionis limites non ambulare in uia peccatorum, ſed prohibenda fuit ſtatio, quæ perfacile & iuxta naturæ morem, & præuenienti (ut uocant) gratia euitari potuit. Cum irriſoribus autem ioculatoribuſq;, quos tertium malorum genus retorquet, aut ambulare, aut aliquando ſtare, haud quaquam prohibendum, quinimo (ut defeſſæ interdum reſipiſcant animæ uires) omnino permittendum. Sedere uero & deriſorijs actibus plurimum ocij ſuppeditare, obicem præbet, & ſpem tollit æternæ ſalutis, Primum ergo malorum genus in ipſo ſtatim primordio abijciendum admonuit, dicendo:

Beatus uir qui non ambulauit in conſilio impiorum,] Conſilium attribuit impijs, quod impius, quem nõ modo ſua, ſed & aliena oblectant crimina, alios lętifera ſuggeſtione & dulci ueneno inquinare atq; in lubricum trahere nititur. Secundum malorum genus euitandum commemorat [Et in uia peccatorum non ſtetit] Viam dicit peccatorum, ꝙ caducum

quod caducum & inane hoc sæculum, uia patens est peccatorum, qua uniuersum mortalium genus transeat est necesse, Ire igitur in uia peccatorum naturæ lege impellimur, Stare autem uoluntatis imperio committitur.

Tertium malorum genus aufugiendum enunciat [Et in cathedra (uel sede) derisorum non sedit.] Nam ambulare, stareue cum derisoribus non tollit spem æternæ salutis, sedere autem & plurimum ocij scurrilibus et derisorijs actibus impendere, protinus a regno cœlorum excludit.

At quoniam non satis est ad beatitudinem consequendam mala refugere, sic enim et pecudes, & genus omne ferarum, quia nullius criminis rea sunt, participarent æternæ salutis, sed cum hoc requiritur, ut id quo bellicis præstantius est genus hominum, scilicet mens ipsa humana, suum exerceat actum. Eius uero actus in solam uoluntatis et intellectus operationem consistit, uoluntatis operatio est, uelle desiderareue, intellectus uero meditari, uoluntatis desiderium summum bonum efflagitat, & intellectus meditatio, summum intelligibile petit, quod nil aliud est quã Dei uerbum, sapientia, seu æterna Dei lex. Et summum bonum, quod uoluntas desiderat, id ipsum est, quod æterna Dei sapientia, & lex: Hos igitur humanæ mentis actus, quibus secunda beatificandi uiri conditio consistit, docet Psalmista dicendo. [Sed in lege domini uoluntas.] Rectius desiderium eius, hoc est uoluntatis actus circa legem supernam, tanq̃ bonum pulchrumque in summo. [Et in lege eius meditabitur,] quod operatio est intellectus circa supernam legem omnium intelligibilium primum. Vocat autem diuinam sapientiam legem Dei, ꝙ quemadmodum lex hominibus tradita metrum quoddam est, & omnium mycrocosmi actuum moderamen, sic & diuina sapiẽtia ordo est, quo macrocosmi & uniuersi orbis motus actusq; diriguntur, Nec audire licet hic, per legem Dei, legem mandatorum stilo cõscriptam humano, ꝙ huic legi adimplendæ non satis sola mentis cogitatio, sed ipsa operis exhibitio deposcitur. Superna autem lex, puram sedulamq; mentis meditationem requirit, iuxta illud Psalmistę, Viuam quia lex tua meditatio mea. Et illud, Concupiui salutare tuum domine, & lex tua meditatio mea. Verum qui æternam Dei legem inhiat, eamque meditatur, is utique legem mortalibus a Deo traditam pariter colet, meditabiturque tanq̃ æternæ legis imaginem. His igitur satis expositum esse uidetur, quę sit & abijcienda & prosequenda beatificandi uiri conditio. Inde subiungit, [Et erit tanquàm lignum,] Quod autem horum obseruantia huius quoq; sęculi cõmitetur prosperitas, quemadmodum & eorum contemptum miseria sequitur, ipsa hominis cum planta similitudo declarat. Homo namq; (ut Peripateticorũ principi placuit) planta euersa dicitur, eo quod radix eius complantatur in superis, quemadmodũ arboris in terrenis. Plantę igitur, tam humanæ, q̃ fructiferi ligni prosperitas non pendet aliunde, nisi quod ad riuulos, & aquarũ conseruntur fluenta: hæc quidem ad supercœlestem & perpetuam uiuentium aquarum scaturiginem, illa uero ad aquas humi labentes

milabentes, quæ terreno & deficienti fonte erumpunt, quo fit ut omnia ea quæ utriuſque plantæ ſunt, proſpere eueniant, homini quidem ſingularium bonorum genera, Animi. ſ. corporis, & externa, Arbori uero fructus folia cæteraque aduentitia, ut flores, gumi, ſarmenta, & id genus. Hæc igitur docendo inquit [Et erit] ſcilicet uir ille qui mala refugit, & bona proſequitur [Tanq̃ lignum] ſcilicet fructiferum [quod] tranſplantatum eſt ad riuulos aquarum, Sic enim iuſtus, per meditationem & deſiderũi æternæ Dei legis tranſplantabitur ad fontem aquæ ſalientis in uitam æternam. Tranſplantatio eſt arboris a loco, ubi ſata fuerit, ad alium tranſlatio ut magis coaleſcat, ſic ſata eſt mens hominum interreno & ſqualido corpore, ubi non ſuſcipit incrementum, niſi conuerſa & tranſplantata in ſuperis. Quemadmodum igitur plantæ conſitio in terrenis refertur ad plantationem humanam in cœleſtibus, ſic utique effectus, qui ex ſuperna plantatione reſultat, repræſentabitur per effectum plantationis terrenæ [quod fructum ſuum dabit in tempore ſuo] quum ad perfectam magnitudinem coaluerit, non præcocem, neque ſerotinum, ſed debito tempore dabit fructum [Et eius folium] quod eſt fructus tegmentum [non defluet] ex aſſiduo quo alitur humore [Et quæcunq̃] ſcilicet aduentitia, & minus a naturæ intenta, ut flores, gumi, ſarmenta [faciet proſperabuntur] ſic adipſani exactam tranſplantationem humanam in ſuperis, animi dotes, corporis, externorumq̃ bonorum comitantur ſucceſſus. Animi bona ſimilitudinẽ referunt fructus, Corporis repreſentat folium arboris. Aduenticijs aſſimilantur externa.

Quum uero grande diuinæ prouidentiæ circa humana gubernacula ſacramẽtum hic latitat, Aliud conſimile Hieremię cap. xvij. recenſeo oraculum, ait enim. Benedictus uir qui confidit in Domino, & erit dominus fiducia eius, & erit quaſi lignum quod tranſplantatur ſuper aquas, quod ad humorem mittit radices ſuas, & non timebit quum uenerit æſtus, & erit folium eius uiride, & in tempore ſiccitatis non erit ſollicitum, nec aliquando deſinet facere fructum, hæc ille. Qui cum ait benedictus uir qui confidit in domino, refertur ad illud. Beatus uir cuius uoluntas & meditatio eſt in lege domini. Exinde ubi ſubnectitur [Et erit quaſi lignum] ſimilitudine oſtendit quod confidentiam in domino huius etiam ſæculi comitatur fœlicitas. [Tranſplantatio] ut prius tradidi ſpiritalis regenerationis ſacramentum deſignat. Tu igitur ſi ſapis aduerte. Quemadmodum ligni non tranſplantati ariditatem minime efficiunt aquæ, ſed ob aquarum abſentiam id efficit æſtus, ſic & triſtes huius ſæculi euentus non faciunt aquæ ſupernæ, ſed extranea cauſarum ſeries, quibus obuiant mortales, quoties abſcondita eſt facies domi
Deut. xxxiij ni, iuxta illud Moſis, Et abſcondam faciem meam ab eo, & erit in deuorationem. ſ. per modum ſequelæ, Quemadmodnm nautę abſentiã cauſam dicimus naufragij, cuius præſentia eſt cauſa ſalutis. Stultitia namq̃ hominis (inquit

nis (inquit Salomo) ſupplantat greſſus eius, & contra deum feruet cor ſuum, Quod naturę lumine cognouit uir ethnicus Ptolomeus, dicendo: ſapiens dominabitur aſtris: Quod et Hieremias diuino afflatu docuit, inquiens, A ſignis cęlis nolite metuere, a quibus metuunt gentes. Cuius etiam rei myſterium reuelat canticum: Qui habitat in adiutorio altiſſimi. Tu igitur hęc tecum reuolue, & modum, quo diuina prouidencia humana reſpiciat gubernacula, clara intelligentia apprehendere poteris [Non ſic impij, ſed tanquam puluis] (rectius ſtipula) [quã proijcit uentus.] Nam quemadmodum prædictorum obſeruantiam huius & futuri ſæculi comitatur proſperitas, ſic harum contemptum, utriuſque ſæculi infœlicitas prouenit. Primo igitur præſentem miſeriam, deinde (ubi legitur, ideo non reſurgent) futuram damnationẽ commemorat. Primum deſignat, dicendo, non ſic, id eſt, Non ſic impij ſicut iuſti plantati in ſuperis, qui ſupercœleſti irrigati humore non timent, cum uenerit æſtus: ſed tanquam ſtipula, quæ nullius tranſplantationis & alimenti capax miſere huc, illuc uentorum turbine agitur. Et ſi forte ad aquarum riuolos pulſa quoquo modo humoris particeps efficeretur, diuturnæ tamen permanentiæ minime eſſe poterit, breui enim putreſcit, & mox in corruptionem, puluereamque redigitur. Sic & impius, ſi ex certa forſitan cauſarum ſerie, diuina ordinatione ſic permittente, aliqua fœlicitate potitur terrena, non quidem erit longæua, ſed ſtatim mutabit blandiens fortuna uultum, Vidi (inquit Iob v.) ſtultum firma radice, & maledixi pulchritudini eius ſtatim.

Tu autem attende, ꝙ hic ſolum exprimitur impius, dicendo, Non ſic impij, peccatorem uero conticeſcit. At ubi futuri ſęculi miſeriam commemorat, impium ſimul & peccatorem enunciat, dum ait. Ideo non reſurgent impij in iudicio, & peccatores in congregatione iuſtorum. Ratio eſt, ꝙ peccator, ut ex dictis conſtat, non ita ſtatim & funditus (ut impius) euellitur a ſuperis, & ideo non comparandus eſt ſtipulæ, quæ prorſus euulſa nullius deinceps germinis, ac diuturni uiroris particeps fieri poteſt. Sed (iuxta Hieremiæ documentum) ſimilis eſt peccator myricæ in deſerto, & terra ſalſuginis, quę tametſi non illico extirpetur & areſcat, tamen poſt aliquod temporis ſpacium (niſi interea tranſplantata fuerit ad aquarum fluenta) tabe aridoue conſumitur, ut nulla exinde fructiferæ tranſplantationis ſpes reliqua eſſe poſſit. Sic utique contingit, ut in obſcura & prætereunte hac luce, peccator proſperos ſorciatur euentus, quod tamen omnimodæ impietatis uiro minime rerum ordo permiſit, Quapropter impium duntaxat hic profert, & peccatorem ſilentio inuoluit, futuri autem ſæculi miſeria pariter condemnat utrumque, & ait [Ideo non reſurgent impij in iudicio, & peccatores in congregatione iuſtorum] Ex eo enim, ꝙ neque impij nec peccatores tranſplantati ſunt ad aquarum riuulos, ſequitur, ꝙ nõ replantari poſſint, nec reſurgere in iudicio, uidelicet reſurrectiõe iuſtorũ. Omnes, n. inquit Apoſtolus,

reſurgemus

re ſurgemus,ſed nõ omnes immutabimur. Solum autem in glorioſa, ſ. corpora immutabũtur electi: Literę igitur cõtextus,legendus eſt. Ideo impij & peccatores,quando iudicabuntur,licet reſurgant,nõ tamen in congregationem iuſtorum: Quoniam nouit dominus uiam iuſtorum, & uia impiorum peribit. Hic tertio & ultimo loco maximam omnium prędictorum cauſam aſſignat,perinde ac ſi diceret,Ratio,quare iuſtus ſit,ueluti lignum tranſplantatum ad aquarum riuulos, et tam in hoc q̃ futuro ſęculo fœlix:impius uero,tanq̃ ſtipula,& perpetuæ miſeriæ obnoxius, ratio inquam eſt,quoniam Deus cognoſcit,i.adhæret uiæ iuſtorum (ut illud: Adam uero cognouit uxorem ſuam Aeuam) & qui non cognoſcit iter impiorum,ideo fruſtratur & perit. Si quis enim ignorat (inquit Apoſtolus) ignorabitur:qui ignorabitur, abſcõdetur ab eo facies domini: ille aũt a quo domini facies abſconditur, deuoratur ab animantibus terræ & perit. Nam quemadmodum ſcientia noſtra de ſuperis, nexus quidam eſt & unio cum ſuperis, quam unionem rerum proſperitas ſequitur, ſic ignorantia noſtra de ſuperis,interſticium eſt,& diuortium parit, ad quod deuoratio,& huius & futuri ſæculi miſeria comitatur, quia abſcondita eſt facies eius,cuius præſentia ab omni malorum euentu protegimur. Cauſa autem qua uni & non alteri adhæreat Dei ſpiritus,eſt ipſa aſſimilatio,adhæret enim ſimili ſimile. Fit autem aſſimilatio per conformitatem noſtri conceptus conceptui diuino,conformitas reſultat ex eo,q̃ nos eadem pro modulo noſtro concipimus,quæ diuinæ menti inſunt, quæ Dei uerbum, dei ſapientiam,ęternamq̃ dei legem nuncupari legimus. Aeternam igitur dei legem meditando, conceptuum conformitas gignitur, ex conformitate aſſimilatio, aſſimilacione adhæſio, adhæſione rerum ſenſibilium proſperitas,& conſumata æterni ſæculi fœlicitas,Hinc ſcribitur: Veniant mihi miſerationes tuæ, et uiuam, quia lex tua meditatio mea.

PAVLI RICII DE ANIMA COELI, IVXTA PERIPATETICORVM & sanctorum dogmata, compendium.

Apologetica præfatio.



ANCTA QVIDEM RVSTICItas (ut Hieronymus loquitur) sibi solum prodest, & quantum ædificat ex uitæ merito, tantum nocet si destruentibus non resistat, quandoquidem haud secus refugienda, uicioq; danda est, taciturnitatis ac tollerantiæ nimietas, q̄ effrenis disceptandi & loquendi procacitas, eo maxime, quo sacra ueritatis penetralia lacessi, prophanariq; silentio nostro permiserimus. Quum itaq; iamdudum Ingolstadij cum celeberrimo doctorum uirorū conuentu literaria mihi contingeret commentatio, nescio qua differendi & colloquendi serie in quoddam de cœlesti corpore examen (scilicet animatum sit, uel inanimum) sermo noster proruperit, longa demum et inextricabili utrinq; habita contentione, quidam diuinæ sapientiæ cultor aperta quidem fronte asserere non abhorruit, execrabilem, passimq; a fide exorbitantem esse positionem, quæ cęlestia corpora animata censuerit. Scriptis insuper suis eandem exoticam, & ludicram esse assertionem, scōmatum quidem magis aculeo, q̄ rationis acumine contendit: unde permultis sanctorum, & præcipuis orthodoxæ pietatis uiris contranititur, meisq; assertis turpiter hac in parte obtrectat, q̄obrem ne & ipse nimia tolerantia immoderatoq; silentio errorem & culpam agnoscere uidear, utq; hanc pestiferam, qua me tetigit, luem abscindam, concisum & perbreue hoc excussi compendiolum, quo plane & absq; ulla quæstione conspici liceat, hanc nostram de anima cœli sententiam nihil (ut uir ille impingit) perperam, & ab orthodoxa pietate alienum asserere, quinimo & rationi, & sanctorum traditionibus undiq; consentaneam existere: in singulis tamen clarissimis Ecclesiæ, quæ a non errante spiritu regitur, me committo luminibus, abnegans meipsum, & captiuum redigens intellectum in obsequium Christi, qui solus me iudicet, non humana dies, in quem spero, in quo sapiam, uiuamq; in sęculorum sęcula.

NON PENITVS DEMONSTRATIVA, VAlida tamen pollicetur argumenta.

INquirendo itaq; de cœleſtium corporum anima quid ſenciendum uideatur iuxta rationis,& Peripateticorum dictamina, quidue aſſerendum ſecundum orthodoxæ ueritatis fundamenta,tria quæ mox ſubijciuntur Themata hoc breui examine plane reuincere conabimur, ſi prius tamen præfati fuerimus,q; tertium in hoc Thematum ordine, non quidem omnimoda, & irreuincibili ſyllogiſandi lege demonſtrare dixerim, alioquin temeraria magis, q; pia ſtudioſaue noſtra cenſeretur præſumptio.Siquidem ſapiens ille Peripatetici dogmatis architectus, dum ſecundo cœli cauſam quęrit uarietatis cœleſtium corporum motus,ſe de eiuſcemodi præſumptione longa quidem uerborum purgat ſerie,& quaſi ueniam dari petierit, q; tam celſa tentet exąmina, & corum, quę immenſo fere nobis abſunt interuallo ſcrutinia ſuſceperit,quoq; tam paruæ ſufficientiæ de his rationes attulerit, Sic utiq; Auguſtinus diuinæ pariter & humanæ ſapientiæ uir,de hoc noſtro (in ſecundum Gen.) loquens examine ait, Nunc autem ſeruata ſemper moderatione piæ grauitatis, nihil credere de re obſcura temere debemus.Qua igitur fronte, & qua animi immoderatione egoipſe fragilis nimirum, ſegniſq; rerum ſublimium explorator,ſolidiſſima in huiuſcemodi poſitionem,& quę intrepide demonſtrent ratiocinia excogitare & depromere auſim, ea attamen quibus in affirmatiuam potius, q; negatiuam huius inquiſitionis ſententiam ferimur exprimere (ſancto ſpiritu duce) tentabimus.

Primum Thema.

Ad fidem orthodoxam nil refert animata, uel inanimata cœleſtia corpora dicere.

Secundum.

Prophetarum,ſanctorumq; eloquijs magis conſentaneum uidetur, affirmatiuam huius inquiſitionis q; negatiuam partem admittere.

Tertium.

Ratio & ſenſibilis rerū ordo declarat cœleſtia corpora animata exiſtere,anima ſcilicet quę cœlum ipſum (ſuo modo) informat.

Nec repugnat,nec ſequitur, ex fidei fundamentis cœlum animatum dicere.

PRimum igitur Thema & ratione & ſanctorum autoritate oſtenditur. Illud enim quod fidei fundamentis nec repugnat,nec euidenti ſequela ex aliquo illorum trahitur,nihil refert illius alterutrum oppoſitorum admittere,Poſitio de anima cœli eſt huiuſcemodi, quod plane cōpertum eſt ſcrutanti ſingula fidei fundamenta, & ſacri eloquij dicta: huius itaq; inquiſitionis, quamlibet partium ueram, uel falſam dicere, nil ad ſolidam,

ſolidam, & inconcuſſam fidei ueritatem præſtare, eiq; adimere poterit.

Idem Auguſtini, Thomæ, Io. Scoti auctoritas enunciat.

HAnc autem poſitionem multi, & clariſſimi quidem, tum priſci, tum recentiores diuinæ ſapientiæ uiri, explicite uel per modum ſequelæ luce clarius affirmant, & primo fulgentiſſimi ſyderis Aureliꝰ Auguſtini dicta attende, ait enim in Enchiridion xliij, Nec illud certum habeo, utrum ad ciuitatem ſupernam pertineat ſol, & luna, & animata ſydera, quã uis nonnulla corpora lucentia, non tamen intelligentia uidentur: ſi ſunt animata cœleſtia corpora, pertinent ad ſocietatem angelorũ illorũ animę, Idem ſuper Geneſ. ij, ſolet etiam inquiri, utrum cœli luminaria conſpicua corpora ſolum ſint an habeant rectores quoſdam ſpiritus ſuos, & ſi habent, utrum ab eis etiam uitaliter inſpirentur ſicut animantur carnes per animas animalium &c̃. Nunc autem ſeruata ſemper moderatione piæ grauitatis nihil credere de re obſcura temere debemus, ne forte, quod poſtea ueritas patefecerit, quamuis libris ſiue Teſtamenti ueteris ſiue noui nullo modo eſſe poſſit aduerſum, tamen propter amorem noſtri erroris oderimus. Rurſus Retractationum xi. Sed animal, inquit, eſſe iſtum mundum ſicut Plato ſenſit, aliiq; philoſophi plurimi, nec ratione certa indagare potui, nec diuinarum ſcripturarum auctoritate perſuaderi poſſe cognoui: unde tale aliquid a me dictum, quo id accipi poſſit, etiam in libro de immortalitate animæ temere dictum notaui, non quia hoc falſum eſſe confirmo, ſed quia nec uerum eſſe comprehendo, q; ſit animal mundus, Hæc ille. Ex quibus aperte colligimus, Auguſtinum non ludicrum, & a fidei fundamentis alienum (ut uir ille contendit) dicere animata eſſe cœleſtia corpora, illorumq; animas in cœtu collocari angelorum, & q; iſta poſitio, nec ueteris, nec noui Teſtamenti dictis aliquo modo aduerſa eſſe poſſit: & illud Retractationum ſtabiliſſimum noſtræ poſitionis robur, & inexpugnabile præſtat firmamentũ, eo q; eiuſcemodi Retractationum librum omnium eorum, quę ipſe antea conſcripſerat, ueluti cenſorem iudicemque eſſe nemo ignorat. Sic & ſanctus de Aquino Thomas, cum declarauerit contra gentiles ſecundo, Ariſtotelem ſenſiſſe corpori cęleſti uniri intellectum ſecundum formam, ſubnectit dicendo: Hoc autem quod dictum eſt de anima cœli, non diximus quaſi aſſerendo ſecundum fidei doctrinam, ad quam nihil pertinet ſiue ſic ſiue aliter dicatur. Similiter xij. quodlibet legimus eundem dicentem, Ego autem dico ſecundum Auguſtinum ſuper Geneſim ad literam, q; non refert ad fidem, ſit uel non animatum cœleſte corpus. Sic utiq; edoctus & diuinæ perſpicatiæ uir Io. Scotus decimoquarto Diſtinctione ſecunda ait, Quantum ad animationem ſcilicet corporis cœleſtis uidetur eſſe dubium. Et paulo inferius cum multiplici Auguſtini ſen-

ſtini ſententia eandem poſitionem aſtruxerit, ſubiungit (breuiter in-quiens) ſi cœli ſunt inanimati, hoc eſt creditum & non ratione concluſum, quia nulla eſt conditio in corpore illo, ita perfecte, manifeſte apparens repugnare animationi corporis, hęc ille. Quibus palam accipimus, ꝙ nulla in parte, nec rationi, nec credulitati repugnat cœlum animatum admittere.

Idem per modum ſequelæ, nonnullis ſanctorum adſcribendum.

PLures inſuper ſanctorum idipſum per modum ſequelæ dicere nouimus, ſcilicet qui dubitant, & pro nullo habent inconuenienti angelos naturaliter uniri corporibus, eiſq; inſiſtere, quippe ſi intellectualis ſubſtantia apta nata eſt corporis conſortium expetere, magis proculdubio inclinabitur, & prona erit ad corpus ſublime, & ſempiternum, q̄ ad terrenum, & corruptioni obnoxium, magis enim adhæret ſimile ſimili q̄ diſconuenienti. Licet aliter nec iniuria tota ferme iuniorum theologiſantium ſchola contendat, renuens angelos corporibus inhærere natura. Quod autem plures antiquorum ſic de angelica natura ſentiant, illorum dicta declarant, reticeſco modo Dionyſium, Auguſtinum, Gregorium, Damaſcenum, quibus (teſte in quæſtionibus de malo Thoma) iuxta illorum uerborum ſonum non ab re hanc aſſertionem adiudicari licet, Sed quia ad alium torqueri poſſunt intellectum, illos ſilentio pertranſeo, At ſapientem & deo plenum in canticis Bernhardum, audiamus dicentem, Cæterum angelica corpora, utrum uere ipſis ſpiritibus naturalia ſint ſicut hominibus ſua, & ſint animalia ſicut hoīes, immortalia tamē nolo ut a me inqratis: uidentur.n. patres diuerſa ſentire, nec mihi pſpicuū eſt qd alterutrū doceā, & me neſcire fateor, ſed noſtris ꝓfectibus non multū conferre arbitror harum rerum noticiam, Hęc Bernhardus. Qui utiq; ex eo, ꝙ pro neutro problemate habet, & alios ſanctorum quoq; habere confirmat, nec eius noticiam multum ſpectare ad perfectionem ſalutis ſcilicet angelos naturaliter unire ſibi corpora, multo rationabilius ſuſpicandum erit de anima cœli, ꝙ unita ſit illi ſua apte natura, ꝙq; huius rei uel eius oppoſiti aſſertio parum referat ad uiam ſalutis, & ſic per ſequelam reuincimus ſecundum Bernhardi aliorumq; priſcorum documenta, non prorſus eſſe alienum animata dicere cœleſtia corpora, Quibus omnibus firmiter concludendum, nihil ad orthodoxę fidei ueritatem referre animata uel inanimata cœleſtia corpora admittere, Autoritates uero & rationes quę huius oppoſitum uidentur conuincere, poſtremo ſuperum nutu in ſequētis concluſionis examine, omni ambiguitatis nodo ſoluere conabimur.

Secundum

Secundum Thema.

Prophetarum, ſanctorumq; eloquijs magis conſentaneum uidetur affirmatiuam huius inquiſitionis partem, q̄ negatiuam admittere.

Si inanimatum eſſe cœleſte corpus, propheta id ſilendo cauſam de diſſet idolatriæ cultus permanentiæ.

MVltiformi ſanctorꝝ & ꝓphetarꝝ ſentētia hoc Thema aſtruere licet, & primo, q̄ dictis cōſentiat ꝓphetarꝝ, duplici ſyllogiſmādi lege oſtēdo, Primo p̄ deſtructionē cōtradictorij, ſecūdo oſtēſiue (ut uocant) atq; directe. Argumentandum igitur primo, cœlum ſecundum prophetam non eſt, non animatum, ergo animatum ſit oportet, Si enim inanimatum eſſet cœlum, propheta idipſum ſilendo cauſa extitiſſet, roborandi permittendiue idolatriæ cultum, nam (ut ſecundo de auditu traditur) nautę ab ſentia, eſt cauſa ſubmerſionis, cuius præſentia eſt cauſa ſalutis, Sic utiq; inanimationis cœli ignoratio ſilentiumq;, cauſa eſt permanendi idolatrię cultus, cuius cognitio & explicatio cauſa eſſet tollendi. Quum igitur abſurdum ſit opinari prophetam (omni diligentiæ ſtudio & anxia cura ſollicitum ad idolatriæ cultum tollendum) ſiluiſſe id, cuius cognitio uel fides potiſſimam dediſſet cauſam eiuſcemodi cultum ſpernendi reijciendiq;, facile & ſolida quidem ratione colligi poteſt, non eſſe inanimatum cœleſte corpus. Quod autem id propheta ſiluerit, conſtat ſedulo ſcrutanti omnia prophetarum eloquia, ea præſertim loca quæ maxime huius rei expreſſionem depoſcunt, ſcilicet ubi enixius ſtellarum cœlorumq; incuſat & prohibet cultum. Nuſq; enim audies prophetam ſuæ increpationis rationem dicere, q̄ non uideant, non audiant, nec intelligant cœleſtia ſydera, quemadmodum ubiq; dum ſtatuarum redarguit cultum, hanc ipſam ſemper rationem in medium profert, ut Deuteronomij iiij. ſeruientis dijs, qui hominum manu fabricati ſunt ligno & lapide, qui non uident, nec audiunt, nec comedūt, nec odorant, Et illud Pſalmorꝝ xxxiiij. Simulachra gentium argentum & aurum, opera manuum hominum, Os habent & non loquuntur, oculos habent & non uident, aures habent & non audiunt. Et illud Eſaiæ xliij. Ipſi ſunt teſtes eorum, quia non uident, necq; intelligunt. Rurſus: conducentes aurificem ut, faciat deum, ſed & cum clamauerit ad eum non audiet, de tribulatione non ſaluabit eos. Hæc & multa id genus in ſimulachrorū, ſtatuarumq; exprobratione prophetam exclamauiſſe legimus. De ſole autem & luna, cæteriſq; cœli ſyderibus minime. Quum tamen, ad tollendum illorum cultum, hanc omnium aliarum rationum exquiſitiſſimam fuiſſe, nemo ignoret, & quando aſtrorum cultum propheta redarguit, cauſam aſſignat (non q̄ non audiant, aut non intelligant) ſed q̄ populus Iſrael non eſt illis attributus, illisue ut cæteri gentium obnoxius, cum ſit populus in

Deut.xvij. hæreditatem electus altiſſimi. Aut quia non præceperit ei ſyderum cultum dominus, ut ſcribitur. Vir aut mulier qui faciunt malum in conſpectu domini dei tui, & tranſgrediantur pactum illius, ut uadant & ſeruiant diſs alienis, & adorent eos, ſolem, & lunam, & omnem militiam Deut.xxix. cœli, quę non prȩcepi. Rurſus, Deliquerunt pactum domini quod pepigit cum patribus eorum, quando eduxit eos de terra Aegypti, & ſeruierunt diſs alienis, & adorauerunt eos quos neſciebant, & quibus non fue- Deut.iiij. rant attributi: & illud. Ne forte eleuatis oculis ad cœlum uideas ſolem & lunam, & omnia aſtra cœli, & auerſus adores ea, & colas, quibus attributi ſunt omnes populi (uel quę diſtribuerit cunctis populis) qui ſub uniuerſo cœlo ſunt, uos autem tulit & eduxit de fornace ferrea Aegypti, ut haberet populum hæreditarium, hęc ibi. Et licet hic, ubi nos legimus, Et quibus attributi ſunt, latina ęditio habeat, quę creauerit in miniſterium, hebraica tamen ueritas eadem quę nos interpretati ſumus enunciat, Et plurimum quidem admiratione dignum exiſtimo, ꝙ eandem Hebraici exemplaris dictionem in uniformi ſententia, quam Deuteronomij xxix. (& rectius quidem) tranſtulit, quibus non fuerant attributi: Deuteronomij iiij. corrupte proferat, quæ creauerit in miniſterium, quum multum ad ueritatis archana referat hoc uel illo modo literæ ſeriem ſe habere. Detegit inſuper idipſum myſterium hebraica ueritas Deuteronomij xxxi. quod latina quoꝙ æditio obnubilat, legitur enim ibi Hebraice, Et fornicabitur poſt deos alienos terræ, ad quam ingredietur: latina uero æditio exponit, poſt deos alienos in terra. Id rurſus declarat illud iiij. Regum, Immiſit in eos dominus leones, & ecce interficiunt eos, eo ꝙ ignorent ritum dei terræ: ibi quoꝙ ueri intelligentia: latina ęditione obtunditur, Sed altiorem amplioremꝙ indaginem eiuſcemodi ſcrutinium commemorare hic uolui ut expoſtulat: hęc uero tibi innoteſcat, permulta eſſe ſacra prophetarum eloquia, quę quum in Hebraico exemplari lectites, ſublimia quidem & magna inde orthodoxæ fidei ſacramenta percipias, quæ latina ęditio uel obumbrat uel prorſus conticeſcit. Huius autem ueritatis teſtimonium perhibebit quiuis Hebraicæ linguæ peritus, immo qui eius incunabula, & prima duntaxat rudimenta attigerit. Ex quibus deniꝙ colligis, ꝙ potior cauſa, qua propheta cultum redarguit ſyderum, ſit, ꝙ populus dei electus, non eſt attributus ſeu obnoxius (ut ſunt quoquo modo cæteræ gentes) alicui cœleſti numini, ſed Regi duntaxat ſæculorum, inuiſibili & immortali deo. Quod ſi eſſent inanimata ſydera, nullum uticꝙ ad hunc cultum reuocandum magis efficax ſufficienſꝙ extitiſſet argumentum, cuius ignoratio, ſilentiumꝙ, cauſam dediſſet huic cultui permanendi, quod quum abſurdum ſit, & a prophetico ſpiritu, rigidoꝙ aduerſus idolarum cultum propugnatore longe alieniſſimum, conſentaneum uidetur, non inanimata eſſe cœleſtia corpora: ea ergo

iuxta

iuxta prophetarum ſenſum animata autumare licet, quod ab exordio per contradictorũ deſtructionem monſtrandum ſumpſimus.

PROPHETA PLANE, AVT SECVNDVM ueriſimile, cœleſtia corpora animata tripertite enunciat.

IDrurſus & recto quidem ſyllogiſandi modo declaro, illud quod prophetа aut plane, aut per modum ſequelæ, uel ſecundum ueriſimile enunciat, eiuſq; nullibi oppoſitum affirmat, prophetarum menti aſcribendum uidetur, poſitio de anima cœli eſt huiuſmodi, ſi enim uaria prophetarum ſcrutaris eloquia, tripertite id illorum dictis comprehenſum intelliges, Primo, animæ explicando naturam, Secundo eam inferendo ex conſequenti, Tertio eandem proportionalitate operationumq; ſimilitudine, enunciando.

ANIMAE NATVRAM EXPLICAT SALOmo, eamq; ſpiritum appellat.

ANimę naturã Eccleſiaſtis primo explicat Salomo, Luſtrans (inquit) uniuerſa in circuitu pergit ſpiritus: ubi nil aliud ſpiritum uocare potuit q̃ aut ipſum cœli corpus, aut eam uirtutem, qua aſſidue cœleſte corpus circumuoluitur. Quũ igitur corpus ipſum minime per ſpiritũ audiri uoluerit, motricem ergo cœli uirtutem, quam animã appellant, deſignat: q̃ aũt ibi non ipſum ſolare, ſeu cœleſte corpus intelligat, ratione duplici oſtendi poterit, Primo, quia ſenſus literalis, a quo ſolum trahere licet argumentum, non patitur, ut per ſpiritum intelligatur corpus, nulla ad hoc ratione, uel manifeſta auctoritate cogente. Secundo, quia euidens daretur ibi nugatio, & inutilis eiuſdem repetitio, eo q̃ ſtatim ante de exacta cœli gyratione ſermonem fecerit, Oritur inquiẽs ſol & occidit, & ad locum ſuum reuertitur, ibiq; renaſcens gyrat per meridiem, & flectitur ad aquilonem, Cum igitur non de locali corporis motu ſermo ſit, de ſpirituali ergo animę curſu loquitur, quo anima luſtrat uniuerſa exemplaria quę diuinę menti inſunt, nam quemadmodum perpetuæ generationis & rerum uiciſſitudinis cauſam, q̃uæ eſt circulatio cœli ſoliſq;, pauloante commemorauit ſic: & modo cœleſtis circulationis cauſam enunciat, quę eſt ſpiritualis circulatio animę, ad quam ex animæ cum cœleſti corpore nexu ſequitur localis latio cœli: nam quemadmodum in nobis ex ipſa animæ noſtræ, cum organico corpore ligamine animę paſſiones ſenſibilem promunt effectum in corpore, triſtitia exempli cauſa & uehemens animę ſolicitudo ignauum, torpidum, & ferme immobile, gaudium uero agile, uigil, ad motumque promptiſſimum corpus ſuum aptant: ſic & animæ cœli conceptus, in ipſum cœleſte corpus perpetuo redundant, quemadmodum de hoc locupletiori ſermone primo de Cœleſti Agricultura uolumine diſſerui, quod & paulopoſt breui uerborum ſerie rememorabo. Cõgruum ergo literalẽq; ſcripturę ſenſum proſequendo, non de corpore, ſed ſpiritu, quo circũuolutio cęli gignitur, ibi ſermo eſt, quem & Auguſtinus iij. de Trinitate, ſpiritũ

uitę nuncupaſſe uidetur, Aſſerendo corpora mundi regi per ſpiritum uitę rationalem, & hanc ipſam literę gloſſulam x. opuſculorum D. Thomas ſuſtentandam docuit,

PROPHETA COELVM ANIMATVM AFFIRmat, eo ꝙ idipſum prętantius eſſe animato profert.

SEcundo, per modum ſequelę id ex prophetarū dictis inferimus, docuit .n. Propheta cœlum & ſydera abſolute perfectiora eſſe homine, quod autem ſimpliciter perfectius eſt animato, animatum eſſe oportet, ſimpliciter dicimus, quia nihil prohibet aliquid inanimatū perfectius eſſe animato, non perfectione naturæ atque ſubſtantiæ, quam ſimpliciter perfectionem nuncupamus, ſed ſecundum aliquid aduentitium, ut accidens, quam perfectionem appellamus ſecundu quid, ut Carbunculus gemma perfectior eſt homine ſplendore, & diuturnitate permanentię, non autem ſpecifica forma, atq; ſubſtantia, & ſic nil obſtat quū prętantior ſit homo, aſtris angeliſq; perfectione gratuita, non aūt naturę, legitur .n. Iob xv. Ęli non ſunt mundi in conſpectu eius, quanto magis abhominabilis et inutilis homo, Quum igitur abſolute proferat cœlos perfectiores eſſe homine, eos ergo animatos profiteri oportet. Nec dicendum cœlum præſtantius dici, intuitu angelorum, qui cœlū inhabitant, quandoquidē de angelis pauloante mentionē fęcerit, inquiens; Ecce inter ſanctos eius nemo immutabilis, ubi per ſanctos omniū ſententia angelos accipimus. Nec dicendum prę ſtantius eſſe cœlum homine, perpetuitatis cœli cauſa, eo ꝙ permanentiæ diuturnitas non dat perfectionem ſimpliciter, alioquin planta imo & uiliſſimum metallorum, lapidumq;, eo ꝙ permanet diutius, ſimpliciter prętātius eſſet homine. Accedit ad hoc ꝙ & ipſa hominis forma, qua homo exiſtit homo, quoq; immortalis eſt atq; ſempiterna. Rurſus nūquid (ut idem Iob loqtur cap. xxv.) iuſtificari poteſt homo cōparatus deo, aut apparere mundus natus de muliere, Ecce luna etiā non ſplendet, & ſtellæ non ſunt mundi in conſpectu eius, quātomagis homo putredo & filius hominis fermis: ſic & nūcius ſalutis Dauid, quando uideo inquit, cœlos tuos, opera digitorū tuorū, lunam & ſtellas quę tu fundaſti, Quid eſt homo ꝙ memor es eius, & filius hominis quoniā uiſites eū: prętantius igitur cū ſit cœlū homine, nihil uero inanimatum homine prętantius eſſe potuit, cœlum ergo animatum firmiter cenſenduni uidetur.

PER PROPORTIONIS OPERATIONISQVE ſimilitudinem intellectualem ſubſtantiam uocat propheta patrem & matrem, uirum & uxorem, filium filiamq;, ſponſum ſponſamq;, & uirginem atq; reginam.

TErtio per proportionis, operationiſq; ſimilitudinē ꝓpheta idipſum deſignat, ſi .n. ſacra ꝓphetarū eloquia attente euolueris, compertū tibi erit, ꝙ ſpiritualem intellectualemq; ſubſtantiam multiformi appellatione oſtendūt: nunc .n. patrem, nunc matrem, nunc uirū, nunc uxorem, filium, filiam

filiam,ſponſum ſponſam,& uirginem,Regem reginamq; appellat. Patrẽ uocat ut Hiere.xxxi,factus ſum Iſraeli pater:& ad Hebre.xij.Multo magis obtemperabimus patri ſpirituum : Matrem uero Eſai. v. Quis eſt hic liber repudij matris ueſtrę,quo dimiſi eam? & ad Galatas iiij. quę ſurſum eſt Hieruſalem libera eſt,quę eſt mater noſtra:& hęc Apoſtoli ſentẽtia omnium quidem aliarũ quas hic afferimus,gloſſatrix eſt,literalemq; earũ pãdens intellectũ,quã tu ſemper tecũ penſita,et attenta meditatione reuolue. Virũ appellat ,Cõuertimini inquiens filij reuertentes dicit dominus , quia ego uir ueſter. Et ſecunda Cor.xi. deſpõdi .n.uos uni uiro,uirginẽ caſtã exhibere Chriſto. Vxorem uero Oſeę.ij.iudicate matrem ueſtrã iudicate , q̃niam ipſa nõ uxor mea videlicet ſicut erat antea. Et Apo.xxi.ueni & oſtẽdã tibi ſponſam uxorem agni. Filiũ Exo.iiij.filius meus primogenitus eſt Iſrael. Filia, Zacha.ix. Exulta ſatis filia Sion,iubila filia Hieruſalem. Sponſum,ſponſam,& uirginem Eſa.lxij.& gaudio ſponſi ſuper ſponſam gaudebit ſuper te Deus tuus. Et Iohãnes, qui habet ſponſam ſponſus eſt . Et Hiere.xxxi.ædificabo te,& ædificaberis uirgo Iſrael. Et illud ij.Cor.xi.de ſponſi enim uos uni uiro uirginem caſtam exhibere Chriſto. Regem pſal. xxiij.Dominus uirtutũ ipſe eſt rex gloriæ. Et prima Thim.i.Regi aũt ſæculorũ immortali,inuiſibili,ſoli Deo honor & gloria. Reginam Hiere.vij. ut faciant placentas reginę cœli. Et xliij.ut ſacrificemus reginę cęli & libemus ei libamina. Hic igitur (iuxta Cabaleorum,ſeu allegoriſantium & ueritatis dogma) attende,q; quemadmodum hęc matris uocitatio,quãdoq; ſuperiorem,quę (teſte Apoſtolo) libera eſt,& nullo inquinari poteſt crimine deſignat,crebroq; oſtendit eam,quę inferius nobiſcum habitat , quę in fornicatricem (iuxta prędictum eloquium) adulteramq; ſæpenumero conuertitur,ſic utiq; de uxore,ſponſa,uirgine,filiaq; iudicandum , q; aliquando auditur de ſuperis,& caſtam tunc perpetuo uirginẽ,liberamq; oſtendunt matrẽ noſtrã Hieruſalem, Interdũ de ea quę nobiſcũ eſt loquitur & hæc ſępius in alienam (q; alieno adhęret numini uiroq;)& in impudicam mutari ſolet, Qui deniq; ipſius iridis,ſeu orizontis.ſ. cœleſtis animæ cum ſupremis & humanis mentibus habitudinem proportionemq; nouerit,& ſolida quędam philoſophorum documenta,cum quibuſdam ,pphetarum apoſtolorumq; oraculis contulerit,quorſum hæc præfata uergant ęnigmata facile intelligere poterit,idcirco ne faſtidium nauſeanti ſtomacho inferam,latiorem de his modo ſermonem texere non libuit,ſed quędã commemorata Hieremiæ recenſebo eloquia,quę plane uidentur oſtendere,dari cœli animam per eius operationem,quę eſt regimen , & circularis latio cœli.

HIEREMIAS APERTE DARI COELI ANIMAM innuere uidetur,dum frequentius cœli regi-nam pronunciat.

LEgitur enim Hieremiæ ſeptimo , Filij colligunt ligna , & patres ſuccendunt ignem. , & mulieres conſpergunt adi-

pem,ut

adipem, ut faciant placentas reginæ cœli, Et hanc appellationē ſępius idē propheta repetit cap. xliiij. Quid aūt per reginā cœli audiri uoluerit, uaria quidē & nutans eſt gloſſatorū ſententia, hæſitat nāq; an lunā, an cœli militiā, aut lunonē referat, uel Berecinthiam (ut interlinearis gloſſa cenſuit) quę Saturni uxor, & mater deorum dicitur. At nemo ſtudioſus ſcripturarū, & ſedulus ueritatis indagator, hīs gloſſulis, quę cōceptui dicta potius, q̄ dictis cōceptū adaptant, poterit acquieſcere. Quid em̄ reginę cœli cū luna, uel cœli militię, uel ipſa lunone, & id genus, nonne facilius, aptiuſq; hic quēmadmodū alibi ſępenumero, palam pronunciaſſet lunam, cœliue militiā, aut quoduis aliud ſimulachri genus, ut Deut. iiij. & xvij. ac Reg. xxiij. ubi nominat Baal, ſolē, lunā, militiā cœli, duodecim ſigna, idolū Molech, Aſteros, Chemos, Milchon, Et quarto Regū Beelzebub, & iij. Reg. ij. Aſtoreth: & Hieremiæ l. Bel, ac Numeri xxv. Baalphegor. Torquet igitur nō explanat literam is, qui p reginam cœli aliud q̄ uirtutē, qua cœlū regitur audiendū docuit, quādoquidē uaria et inextricabilia intelligentię inuolucra, et omnimodā ſcripturarum parit ignorantiā, quando ſacra eloquia ex literali ſuo intellectu (nulla manifeſta ad hoc auctoritate, uel ratione impellente) trahere nitimur. Exprimit igitur propheta non quidem cœli militiam, non lunam, uel lunonem, non regem rectoremq;, ſed fœminea appellatione reginam, quo cœli animam deſignet, q̄ ſola hęc ipſa in uniuerſa archetypa machina fœminę habitudinem refert, quę utiq; potiorē idolatrię occaſionem prębuit, quemadmodū latius octauo de ciuitate Dei Auguſtinus diſſeruit. Ex eo enim q̄ lunam, ſolem, cęteraq; cœli ſydera rationali anima animata cognouerint illorum, imploranda ſuffragia eiſque latriæ cultum adhibendum inſtituerunt: Si enim in hębraico exemplari hęc Hieremiæ uerba attendas, inuenies q̄ dictio Regina uno modo in contextu literæ ſcribitur, alio modo in marginea poſtilla (quam uocant maſſora) legitur, ſcribitur enim Malchas, quod Reginam ſonat, in margine autē legitur Meleches, qđ opificium ſeu artem oſtendit, At quoties huiuſcemodi diſſonantia textus a margine in ſacro cānone reperitur, certum eſt, quod ibi aliquid archani latitat, quemadmodum Zachariæ prophetæ magnum illud paſſionis innuens ſacramentum, Et aſpicient (inquit) ad me quem confixerunt. Ibi in exemplari cōtextu ſcribitur Elai, id eſt ad me: in margine autem legitur Elou, qđ ſonat ad ipſum, quo ꝓpheta inſinuare uoluit, quod licet Deus qui prophetæ ore loquitur, ſe confixum enuntiet, nō tñ ſecūdum q̄ Deus, ſed quatinus homo, idcirco in margine legitur ad ipſum. ſ. hominē ut homo. Eadem utiq; lege iudicandū eſt hic; licet. n. corpora opificiaq; cœleſtia adorent, nō tñ ſecundū q̄ corpora, ſed quatinus eis inhęreat anima cœliq; regina alma, Nec huius reginæ cultus ꝓhibetur dulię, ſed latriæ tantū, at duliæ quoq; euitanda eſt adoratio, ne longo temporis ꝓgreſſu, in latriam tranſeat dulia. Si aūt & tu, ut nonnulli argumentantur, contraniteris, non licere ex Hieremię dictis trahere argumentum, eo q̄ de cultu inſanientiū idolatrarū ꝓpheta loquitur, quē ipſe redarguit, et

nulla quidem

nulla quidem in parte affirmat, Similiter Salomo ex ſtultorū perſona loq̃tur, non ex ipſa natura rei, quapropter nec hinc, nec illinc aliquid ad propoſitum concludere fas ſit. Ad hoc dicimus prophetam non redarguere ſententiam aſſerentium dari in cœleſtibus reginam cœli, ſed eius duntaxat latrię increpat cultum, quemadmodū ſępe adoratiōem redarguit ſyderum, non aūt illorum eſſe, atq; exiſtere, ꝙ ſi falſa eſſet de anima cœli opinio, ut prius commemorauimus incuriæ aut craſſæ quidem ignorantiæ, culpandus eſſet propheta huius falſitatem inuoluens ſilentio. Eodem modo dicendum ad illud Salomonis, licet enim quæſitum in ſe ueritatis forſitan oppoſitum enuntiet, rationes tamen ſumptę ſunt ex ipſa natura rerum, puerili enim & circulatoris ludo ſimile eſſet diuina eloquia quomodocunque mendatium falſumue abſq; redargutione exprimere, & ſic nullam prorſus obicem hoc argumentandi genus noſtrę aſſertioni prębere poterit, quibus denicq; omnibus auditis & intellectis reuincitur, prophetica eloquia cęleſtia corpora animata admittere.

DIVVS HIERONYMVS, MAGNVSQVE Albertus idipſum plane affirmant.

ALiorum aūt ſanctorum ſapientumq; permulta cōſtant teſtimonia, in primis diui Hieronymi eccleſiaſtis primo dicentis: Girans girādo uadit ſpiritus, & in circulos ſuos reuertitur, ſiue ipſum ſolem ſpiritum nominauit, ꝙ animal ſit & ſpirat & uigeat, & annuos orbes ſuos curſu explet, quibus palam deſignat cœleſtia ſydera animata exiſtere, quēadmodū Albertus, Thomas cęteriq; horum aſſeclę hanc Hieronymo ſententiā adſcribendam non dubitant. Secundum eſt de quatuor coæuis Alberti teſtimoniū cœli dari animam plane enuncians, licet non eadem conditione qua in animali genito & corruptibili, ait enim: Sed ſi uellemus philoſophos ad idem reducere cum ſanctis dicemus, quod quędam intelligentię ſunt in orbibus deſeruientes, primo in motu orbium. Intelligentiæ illę dicuntur animæ orbium, & non uniuoce cum intelligentijs hominum, eo quod non egrediuntur in actum per abſtractionem a fantaſmatibus. Et paulo inferius inquit, Concedimus autem, quod intelligentia, quæ dicitur anima, et motor orbis, non ſecundum eandem rationem dicitur anima cum intellectu hominum, ſed proprius & poſterius. Sic & parum poſt ait, Secundum philoſophos, qui non contradicunt quibuſdam ſanctis, negantibus cœlum animam habere, niſi in nomine ſolum, qui abhorrent nomen animæ, Hæc Albertus. Quibus aperte colligis eſſe in orbibus ipſis intelligentias, quas appellat animas, ſed differunt a noſtris animis, quod nō ſenſitiuæ ſunt, ſcz per fantaſmata intelligentes, abſtrahenteſq;, & talem fuiſſe ſenſum ſanctorū etiam negantiū dari cęleſtium corporū animas affirmat.

IDIPSVM S. DE AQVINO THOMAS palam enunciat.

TErtium eſt diui Thomæ traditio, qui de ſpiritualibus creaturis ſexto, Animam cœli affirmat orbi coniunctam, & reipſa diſtinctam ab intelli-

intelligentijs nõ coniunctis mouentibus ut finem, inquit enim: Sic igitur duplex erit ordo ſubſtantiarum ſpiritualium, quædam unitæ corporibus cœleſtibus, ut motores, quædam uero erunt fines horum motuũ omnino abſtractę, hæc ille. Nec propterea cp dixerit animas orbi eſſe cõiunctas, ut motores tollit, quin aliquam dent cœlo perfectionem inhærentem per modum formę, Sed protulit eas uniri ut motores, ad excludendũ modum unionis formę inferiorum, quemadmodum ipſe eo in loco ſele explanans inquit: dicere autem ulterius cp corpora cœleſtia hoc modo ſint animata ſicut inferiora corpora, quę per animam uegetantur et ſenſificãtur, repugnat incorruptibilitati cœleſtium corporum. Rurſus ibidem in fine determinationis quęſiti ait: dicendum eſt, quod habent rectores ſpiritus, a quibus tamen non ſic animantur ſicut inferiora animalia ſuis animabus, & hanc ipſam ſententiam ubiq; hęc tractans quęſita reſumit, Etiã lxx. quęſtione primę Damaſceni poſitionem, & ea, quibus innititur, Fundamenta examinans inquit, unde inter ponẽtes ea eſſe animata, & ponẽtes inanimata, parua uel nulla differentia inuenitur in re, ſed in uoce tantum, & ſtatim antea ait. Sic igitur patet, cp corpora cęleſtia non ſunt animata eo modo, q̃ plantę & animalia, ſed ęquiuoce. ſ. tali ęquiuocatione, quali corpus prędicatur de cœleſtibus atq; terrenis, tantũ enim diſtat conditio informandi ipſius animæ cœleſtis a conditione informandi animæ caducorum, quantum & anima ſuperna & cœlum ipſum ab anima terreſtri & corporibus terrenis, quemadmodum paulo inferius latius oſtendam. Quod autem eadem quęſtione lxx. ait: Nõ oportere animã uniri corpora prout forma, ſed per contactũ uirtutis ſicut motor unitur mobili, loquitur Damaſceni explanando fundamentum, opinantis animam non niſi mouendi gratia cœleſti uniri corpori, quod plures (ut in ſequentibus audies) ſapientum una nobiſcum non admittunt. Etiam ſi animam mouendi duntaxat cauſa, uniri cœleſti corpori dixerimus, adhuc examine dignum eſſet, an in mobili per ſe primo, contactus uirtutis ſatisfacere poſſit, quũ propius motus ſit propria rei actio, actio autem rei per ſe primo eſt per ipſam rei formam, aut igitur cœleſti corpori nulla erit per ſe actio, ſed paſſio tantum, quod quidem huic omnium corporũ nobiliſſimo maxime repugnat, aut uirtus per quam operatur motum inhæret ſibi ut forma, ſed hęc adſequentis potius thematis propoſitum ſpectare uidentur.

IDEM AVREOLVS, ET SACROSANCTAE Eccleſiæ cantus declarat.

QVartũ eſt clariſſimi Theologicę ſapientiæ uiri Aureoli, qui ſententiarum ſecundo longa argumentorum ſerie, & ſtrenue quidem cõ uincere nititur, cœleſtibus orbibus animam inſiſtere ut formã, nec alienũ fore putat eorundem implorare ſuffragia, eacq; dulię cultu uenerari, niſi cp ex hoc poſſit facile ſcandalum ingeri puſillis, ut a duliæ adoratione (quemadmodum crebro prioribus ſęculis cõtigiſſe legimus) tranſirent in latriã, mutarentcp

mutarentq; gloriam incorruptibilis dei in' alicuius creaturæ imaginem. Sicut & vi.de ſpiritualibus creaturis Diſtinctione Thomas aſſeruit, ubi in reſponſum argumenti, dicẽtis: Si cœleſtia corpora ſunt animata, fas erit illoꝝ implorare ſuffragia, ait hoc nõ licere, ꝓpterea ut auferatur idolatriæ occaſio. Nec ambigendũ, quin eiuſcemodi intentio euitandi occaſionẽ idolatriæ quoſdam catholicos ſapientes induxit, ut negarent cœli animam plus uoce, et pia, ac uelata quadam fronte q; ſyncera mẽte, pręſertim apud græcam Gentẽ, cui uix unq; potuit funditus euelli idolorum cultus, Hoc autem ſęculo, quo iam intrauit plenitudo gentium, omnis ꝓcul eſt ſuſpitio unde reuelata facie rei naturã exprimere nullo modo formidamus. Quintũ ualidum ſane, et alĳs omnibus ſtabile prębens firmamentũ, eſt uniuerſę Romanę Eccleſię teſtimoniũ, quę in celebrandi ſacramenti pręfatione hęc uerba decãtat, ſcilicet per quem Maieſtatẽ tuã laudãt angeli, adorãt dominationes, tremũt poteſtates, cęli cęlorumq; uirtutes &c̃. ubi per uirtutes cęlorum (xĳ. quodlibe, diuo Thoma teſte) cęloꝝ animas uoluiſſe uidetur, Si denicq; omnium ſanctorum bibliothecam ſedulo euoluas, haud obſcure intelliges quoſdã de cœli anima ancipitem, & ad utrumlibet ſententiam dicere, quorum uexilifer & dux diuus Auguſtinus extiterat, Alios quidẽ in affirmatiuam partẽ palã contendere, & horum omnium princeps extitit diui Hieronymi aſſertio, in quorum etiam conuentũ (iuxta diui Thomæ placita) iiĳ. Dialogorum Gregor. collocari poterit, immo prophetica Hieremiæ, Salomoniſq; oracula. Prorſus autem negantẽ audies neminem, niſi ex græcoꝝ ſapientibus Damaſcenũ, Baſiliumue, quorum alĳ nõnulli fuere ſectatores, qui tamen ſi aduertis paꝝ a tramite noſtro declinant, quemadmodum paulopoſt uberius ſuperum nutu explanabimus.

ARGVMENTA QVAE ADVERSARI VIdentur, commemorat.

NE autem aliquis reluctandi locus ſuperſit aduerſarĳs, ad quędã qbus ipſi in oppoſitũ noſtrę cõcluſionis nitũtur, mox ſoluenda accedimus. Primo igit ꝓferũt in mediũ Auguſtini xi. retractationũ uerba dicẽtis, Tale aliquid a me dictũ, q̃ id (ſcilicet animal eſſe mundũ) accipi poſſit, etiam in libro de immortalitate animę temere dictum notaui, per hęc Auguſtini uerba, Bonauentura ĳ. ſententiarum oppoſitum noſtrę concluſionis affirmare conatur, aſſerendo erroneum eſſe, & contra ſanctorum, immo & philoſophorum traditionem, dicere animata eſſe cœleſtia corpora, & ſi aliqui ſanctorum, ſicut Hieronymus ſuper Eccleſiaſtis primo hoc dicere uidentur, illorum dicta methaphorice intelligenda uoluit. Secundo adducitur Hieronymi ſentẽtia in libros periarchõ Origenis, ubi inter reliquos eius errores damnat, q; cœlum animatum dixerit. Tertio Damaſcenus libro ĳ. Nullus inquit animatos cœlos, uel luminaria exiſtimet, inanimati enim ſunt & inſenſibiles. Quarto nonnulli iterum Auguſtinum in libro de cognitione ueræ uitæ opponunt, de aſtris dicen-

tem, Qui ea rationabilia, uel ſaltem ſenſibilia corpora arbitrantur, iure ſenſu carentes inter irrationabilia computantur. Quinto ſi darẽtur cęlorum animę, eſſent in iudicio tres iudicandorum ordines, ſcilicet angelorũ, hominum, & animarum cœleſtium, quod manifeſte omniũ ſanctorũ traditioni aduerſum eſt. Sunt & alij quidam argutuli, uaſtam argumentorum cateruam adijcientes, ut acuminis & ingenij defectum, uerborũ futilium q̃ argumentorum multitudo ſuppleat, quorum commemorationem hic prętereundam duxi.

Obiecta argumenta ſoluit.

HOrum argumentorum minime quidem laborioſa, obſcuraue erit recte inſpicienti ſolutio. Imprimis enim xi. retractationum auctoritas ſeſe declarat, omnẽq̃ ambiguitatis nodum ſoluit, prędictæ adijciendo ſententię inquiens. Nõ quia hoc falſum eſſe confirmo, ſed quia nec uerum eſſe comprehendo, q̃ ſit animal mundus. Ipſius uero Bonauenturæ dictum nunq̃ ſatis admirari queo, q̃ tale Auguſtini uerbum in ſuæ poſitionis robur attulerit, & q̃ ſancti Hieronymi dictum metaphorice audiendum eſſe docuerit, quis enim unq̃ gloſſator fuerit, qui literalem uerborũ intellectũ per metaphorã, atq̃ ænigmata & obſcura, per magis tenebroſa explanare uelit. Sic enim facile erit quęuis fantaſtica deliramenta uera dicere, & quę uera ſunt falſa conuincere. Sic utiq̃ ludicrum, & cõtra Alberi, Thomæ, Scoti, aliorumq̃ ſenſum eſt, dicere Hieronymum non aſſerẽdo, ſed aliorum ſententiam recenſendo dixiſſe illud Eccleſiaſtis i. quũ uerborum ibi contextus huius oppoſitum aperte demonſtret. Longe inſuper irrationabilius eſſet uana aliorũ documẽta reſumere, & nullibi hęc ipſa retundere, ſed ubique ueram rei intelligẽtiã cõticeſcere. Secũdũ quoq̃ Hieronymum, in libros periarchon facile erit ſoluere ſi ibi orationis ſeriem recte cõſyderas: nõ enim Origenem culpat, q̃ animata dixerit cœleſtia ſydera, ſed q̃ eo modo quo homines, per quędam delicta circumdati ſunt his craſſis caduciſq̃ corporibus, ait enim, Solem quoq̃, & lunam, & aſtra, cætera eſſe animantia, immo quo modo nos homines, ob quędam peccata his ſumus circumdati corporibus, quę craſſa ſunt, & pinguia, ſic & cœli luminaria talia & talia accepiſſe corpora, ut uel plus uel minus luceant, & dęmones ob maiora delicta æreo corpe eſſe ueſtitos, hęc ille. Quibus accipis Hieron. non ipſam poſitionem, ſed ponendi modum refellere. Tertium Damaſ. documentum (qui primus quidem, ac ſolus in ſacro, uaſtoq̃ priſcorum theologorum cœnobio, una cum Baſilio) concluſionis noſtræ oppoſitum firma ſententia aſſeruiſſe uidetur, bipartite reſponſum patitur, uidelicet, q̃ hãc firmauerunt poſitionem, aut ex non attenta inquiſitione (ut Ioh. Scoto placuit) aut certa nobiſcum ſenciente limitatione, prout diuus de Aqno Thomas cenſuit, Nam xiij. diſtin. ſ. cũdi fundamẽtũ, cui Damaſcenus innitit, uacillans et minimi roboris eſſe. Idẽ Ioh. Scotus uoluit, ingens, Sed alius græcus, ſcilicet Damaſcenus, aſſeruit cęlos nõ eſſe animatos, Ratio ad hoc ponitur, q̃ illa anima fruſtra uniretur tali corpori, ex quo

non

non habet ſenſum,nec per conſequens aliquam perfectionem ex corpore acquirit,ſed illud (inquit Scotus) non uidetur congrue dictum,q̃ potentia uniatur materiæ,ut perfectionem acquirat a materia,ſed magis ut perfectionẽ cõmunicet materiæ,immo principalius ut ex eis totũ compoſitũ ſit perfectũ,hec ille.Et ſic Damaſcenus ex non attenta fundamẽti in q̃ſtione (ſecundũ Scotũ) in hanc opinionem declinauit. Secundũ & magis cõſentaneũ eſt diui Thomæ vi.de ſpiritualibus creaturis reſpõſum,ait enim,Damaſcenus nõ negat omnino corpora cœleſtia eſſe animata,ſed remouet corpora cęleſtia ita eſſe animata,q̃ ſubſtantiæ ſpirituales uniantur eis ut formæ ſicut corruptibilius animalibus,hec ibi.Nõ igit negat omnino,ſed q̃ ſint animata ſicut animalia terrena, quod & egoipſe (quemadmodũ & omnes q̃ cœleſtibus orbibus animas adſcribũt) affirmo, etiã prædicta Damaſ.uerba idipſum ſonare uidentur,dicẽdo,Inanimati enim ſunt & inſenſibiles,fruſtra enim & nugatorium eſſet addere inſenſibiles ſi prſus inanimata dixiſſet cœleſtia ſydera,quippe id q̃d inanimatũ eſt,ſenſu q̃q̃ careat oportet:limitandi igit intẽtione adnectit inſenſibiles,q̃ſi dixerit inanimati ſunt tali anima quali animantia caduca,quę neceſſario ad uitę ſuæ permanẽtiã ſenſum depoſcunt. Sic quarto loco reſpõdendum ad Auguſtini dicta,qui ex eodem q̃d nũc attulimus fundamẽto,addidit: uel ſaltem ſenſibilia & hoc plane cętera eius cõmemorata,& pręſertim retractationũ xi.dicta declarant. Quintũ uero (ut de potentia vi. Diuus Thomas tradidit) potiorem pluribus iuniorum occaſionẽ dedit renuendi animata eſſe cęleſtia corpora,idq̃ per unicam Auguſtini in Enchiridiõ clauſulã ſoluitur,dicentẽ,Si ponamus corpora cœleſtia animata eſſe, non ideo erunt in iudicio tres ordines iudicandorum, quia illę animæ computantur cum angelis,& hęc ad prædictorum ſolutionem ſatis ſunt intelligenti, ad tertij ergo Thematis examẽ ſupũ patrocinio accedimus argumẽtãdo.

TErtium Thema uidelicet, Cœlum exercet actum, ſeu operationem uitæ,ergo eſt animatũ ſimpliciter.Ratio & ſenſibilis rerum ordo mõſtrat cœleſtia corpora animata exiſtere, anima ſcilicet quæ cœlum ipſum (ſuo modo) informat, Duo enodanda requirit. Primum q̃ animatum ſit cœleſte corpus,ſecundum q̃ anima cœlum ipſum ſuo modo, & non caducorum more informat, Primum uero tametſi omnium philoſophancium approbetur ſententia, ob clariorem tamen ſequentium intellectum,unum duntaxat in huius particulæ robur, & ſolidum documentum ex ipſa nominis ratione producendum duxi, Illud namq̃ animatum eſſe dicimus,quod per ſe aliquem uiuendi actum exercet: uiuendi autem actum (ut ij. de anima Ariſtot.docuit) quadriformem, uidelicet intelligendi,ſenciendi,ſecundum locum per ſe ipſum mouendi, atq̃ uegetandi cõperimus. Quum igitur cœlum per ſe exerceat actum mouendi, motu ſcilicet circulari,cõtinuo,multiplici,& regulari:exercet ergo & actũ uiuẽdi,qua ꝓpter & animatũ cęlũ eſſe oportet. Nec dicẽdũ eſt (ut q̃dam argumentãtur) Ariſtotelem quãdo quadriformẽ ibi uiuendi actũ enume Com.xiiij.

rat non niſi de anima rerum corruptibilium intendere, de cœleſtium aũtẽ anima minime, Si em̃ diligentius ibi dicta attendas, palam intelliges Ariſtotelem nõ ſolũ caducorum, ſed cœleſtium quoq; animã oſtendere, ſtatim nãq; cũ eiuſcemodi quadrifariũ enumerauerit uiuendi actũ, ſubnectit inquiens, Separari aũt hoc (id eſt uegetandi facultatem) ab alijs poſſibile eſt, Alia aũt (.i. alias uiuendi potẽtias) impoſſibile ẽ in rebus mortalibus. Paulo inſuper inferius, Quibus inquit, ineſt ratiocinatio corruptibilium, his & reliqua omnia: hæc Ariſtoteles. Quibus plane quidẽ docuit ſeparari poſſe in animabus immortalium, a uegetandi uirtute reliquas potentias tres, uel aliquam ex illis puta rationis et motus, Iccirco nõ ſolum de caducis, immo & de cœleſtibus quoq; ibi ſermo eſt. Sic & in eo de motibus animalium, cœli motum, animalis motum appellat, aſſerendo eſſe animal quoddam, quod ſemper mouetur, a ſemper mouente: cœlum itaq; eſſe iuxta Peripateticum dogma animatum, ex his firmiter concludendum uidetur, & ſic primam noſtræ poſitionis particulam abſoluimus.

ANIMA EST COELESTIS CORPORIS, PRIMUM principium uiuendi, Ergo anima eſt cœleſtis corporis forma, uel actus.

SEcunda uero huius Thematis pars rurſum duo explanãda depoſcit, Primum, quo ueritas ipſa oſtenditur. Secundũ, quo contra nitentibus reſiſtit, eorumq; diluunt obiecta. Propoſiti itaq; ueritas quadriformi diſcurſu reuincitur, & primo ex hoc firmiſſimo prꝫiacto fundamento uidelicet, Illud quod eſt primum principium uiuendi, eſt uiuentium corporum forma uel actus, anima eſt huiuſcemodi, anima ergo eſt cœleſtium corporum forma uel actus, hac enim eadem ſyllogiſandi lege Ariſtotel. (de anima ij.) monſtrat, quamlibet animam eſſe phiſici corporis actũ, quę iuxta gloſſatarum ſententiam eſt a poſteriori demonſtratiua ratio, iuxta illud Auerrois ij. cœli documentum dicendo, Recipieus autem formã quod adunatur cum ea eſt corpus cœleſte incoruptibile, ad quod ſequuntur dimenſiones corporales, & alia accidentia quę in eo inueniuntur, & ideo forma & formatum ſunt in eo idem numero. Sic & diuus Thomas contra gentiles ſecundo concludit, oportere iuxta Ariſtote. traditionem dicere, intellectum ſecundum ſui ſubſtantiam corpori cœleſti uniri ut forma, licet non eodem modo unionis, quo ſenſibilis forma unitur materiæ caducorum.

Com. ij.

PERFECTIVS CORPVS EST COELVM, IDEO & eius perfectior eſt forma, ſcilicet anima.

IDem ex cœleſtis corporis diſpoſitione ſecundo oſtenditur, Simpliciter em̃ perfectioris corporis, ſimpliciter pfectior eſt forma: materia em̃ ſubiectum mue, et forma ſibi (ut octauo diuinæ ſapientię traditur) mutua ꝓportione reſpõdent: perfectiſſimũ aũt corpoꝝ eſt corpus cęleſte, ergo & perfectiſſima

fectiſſima formarum corporalium eius eſt forma, huiuſcemodi forma eſt anima, ergo cœli formam ſcilicet qua mouetur, uiuit, & intelligit, animā cē ſere oportet. Rurſus ſi opācū fluxumcp hoc terreſtre corpuſculum, intel lectualis, diuinæcp naturæ intus, & ſecundum ſe totū particeps efficitur; longe quidem magis, exactiuſcp ætherео, & incorruptibili cœleſti corpo ri id adſcribendum eſt, Hic autem aliqui diui Thomæ lxx. queſt. pri mæ ad cōſimile argumentū dicta obȷciūt, ait enim. Nihil ꝓhibet aliqd eſ ſe nobilius ſimpliciter, q̄d tamē nō eſt nobilius quantū ad aliqd, forma er go cœleſtis corporis, & ſi nō ſit ſimpliciter nobilior anima animalis, eſt ta men nobilior quantum ad rationem formæ, perficit enim totaliter ſuam materiā, ut nō ſit in potentia ad aliam formam, q̄d anima non facit, hęc ibi. Sed eiuſcemodi ſancti doctoris dicta (ut ſupra tetigimus) potius ad Da maſceni fundamenta explananda, cp propria aſſertione ꝓlata crediderim, eo cp hęc multis in modis manca uidetur reſpōſio, primo in forma reſpon dendi ęquiuocatio cōmittitur, eo cp argumentū ſimpliciter de perfectione cōcludit, reſponſio autē datur de perfectione ſecundum quid, quando eī argumentat nobilioris corporis, nobilior eſt forma, ſenſus eſt, cp ea nobili tate nobilior eſt forma, qua & nobilius eſt corpus, quum igitur corpus cę leſte (eo cp plus habet de entitate & actualitate) ſit ſimpliciter nobilius cor poribus terrenis, ergo & eius formam ſimpliciter nobiliorē eſſe oportet formis animalium caducorū, quę quidē nobilitas nō penes modum infor mandi, ſed iuxta entitatis actualitatiſue gradum attendit. Prętерea cōtradi ctionē implicare uidetur cp ſit forma minus perfecta, & cp ſuam totaliter perficiat materiam, ita cp nullam relinquat in ea potentiam ad aliam for mā, totā. n. potētialitatē pficere materię nō poteſt, niſi forma in ſe cōtinens totā actualitatē poſſibilē inhęrere, ſubiecto recipiēti, talis aūt forma oīum formarū inhęrentiū materię nobiliſſima ſit oportet, nōigit minus perfecta. Si autem dixeris nō eſſe merito formę cp materiā totaliter perficiat, ſed ra tione materiæ cui ad ulteriorē formā nulla potētia ineſt, tunc utiq longe maiora te ſequūtur inconuenientia, Quia illa perfectio quę conſiſtit in mo do informandi, nō erit aſcribēda formæ, ſed materiæ tātum, & ſic nullam prętantiam tribui cœleſti formę, quam tamen ſecundum qd perfectiorē affirmas, Tum qa ſequeret materiam quoq cœleſtē minoris eſſe perfe ctionis cp materia caducorū, materia enim ſecundum cp materia, ſiue cœle ſtis ſiue terrena, per potentiam in proprio ſuo eſſe conſtituitur, ſubſtanti ficatur namq (ut Auerrois loquitur) materia per poſſe, ſi igitur potentia materiæ cœleſtis nullam aliam reſpicit formam cp hanc ſecundum te ſim pliciter minus nobilem forma animalium caducorum, ergo cœleſtis ma teria ſimpliciter ignobilior erit materia terrenorū, cuius oppoſitum Hy potheſis tua, & ipſa rei natura oſtendit. Prętерea tametſi admiſerimus, cp forma cœleſtis merito ſui totaliter perficiat materiam cœleſtem, nihilo minus idem comitabitur impoſſibile, nulla enim forma ſubſtantialis per

ficit materiam,niſi ea forma quam potentia materiæ concernit:ſi igitur cęleſtis materia ſeu ſubiectum per ſe concernat formam,ſimpliciter minoris perfectionis q̄ forma animalium caducorum erit,uticq̄ & materia cœleſtis ſeu ſubiectum ignobilius materia terrenorum,quapropter nullum penitus eiuſcemodi diui Thomę ſentētia nobis noſtroue diſcurſui uim inferre poterit.

ANIMATVM EST DENOMINATIVA PRAEdicatio,Prædicatio denominatiua eſt a re inhærente per modum formæ,Ergo anima inhęret cęleſti corpori ut forma.

IDem ex dominationis ratione,tertio cōcluditur,Quum enim omnium ſententia animatum uocitetur cœleſte corpus,animatum autem ab anima eſt denominatio,quū itaq̄ denominatiua prędicatio fit a re intrinſeca & inhęrente per modū habitus,uel formæ,ſumptum namq̄(ut xij.Com. xxxix.diuinæ ſapientiæ Auerrois loquit̄) id eſt, cōcretū,ſignificat formā uel habitū cōnotando ipſum cui inhęrent ſubiectū,ſic uticq̄ dicimus togatū,galeatū,quia toga uel galea defert̄ a ſubiecto per modū habitus. Rurſus ſi a ſolo motore in quantū motor liceret dicere cœlum animatum,tunc magis condecens eſſet dicere tunicā ſeu galeā humanatam, q̄ hominē galeatū,tunicatumue,motor eī̄,& deferens galeæ & tunicæ eſt ipſe homo, non aūt hominis motor eſt tunica:ſic & plauſtrū q̄d ab animali trahit̄ animatū dicere fas erit,& hominē aſinatū,q̄ uehit̄ ferturq̄ ab aſino, quę oīa quum abſurda ſint atq̄ ridicula nefandū uticq̄ erit cœlum uocitare animatum ſolo intuitu motoris ab extra,quapropter fateri cogimur ipſum ſic denominari a re intus exiſtente per modum formæ.

DARI OPORTET MEDIVM NECTENS EXtrema ſcilicet intellectum & corpus,Medium dicitur,quod particeps eſt extremorum,tale eſt anima cœli.

IDem ex ordine rerū,nexuq̄ uniuerſi quarto oſtenditur,Quum enim extrema nō iungantur niſi per mediū,de maxime autē diſtantibus in rerū exiſtētium latitudine ſunt intellectus & corpus:nō igit̄ iunguntur niſi per medium:mediū autē dicimus q̄d particeps eſt extremorū,talem uero conſtat eſſe animā,q̄ eſſentia q̄dem particeps eſt æternitatis,ut cæteri puri,nudiq̄ intellectus,opere uero particeps eſt temporis & motus, ut entia corporea, & propterea dixit ſecundo cœli Auerrois, q̄ cœli anima ſimilis eſt formæ naturali & ſimilis formæ abſtractæ. Sic & libellus de cauſa, animam in æternitatis temporiſq̄ orizonte collocandam cenſuit,niſi enim eſſet id animæ genus q̄d Academici uinculū uniuerſi appellant, nō eſſet exacta mundi unio nexuſq̄ rerū.Et ideo audi ipſum Cordubenſem,quia animam (ij. cœli co. lxxi.) ſpiritale orbis ligamen pronunciat, quæ ipſum uniuerſum magis ueriuſq̄ unum conſtituit quām anima caducorum

corum proprium & organicum adunet corpus, inquit enim, Et mirū quo modo hęc potentia (.ſ. anima caducorum) diuiditur in membris diſſimilium partium, non (.ſ. mirum) quomodo diuiditur in partibus uel membris conſimilium partium materię (uidelicet quales ſunt partes orbis cœleſtis) diuiſio enim eius in iſtis (.ſ. caducis) eſt ingenioſa per ligamenta, illic aūt in cœleſtibus ſine ingenio, ſed naturaliter, & ideo non indiget illic ligamento, donec fiat ex eis una res mota ſicut indiget hic: quapropter animal ligatum, & animal diuinum non ligatum, non dicuntur eſſe unum, niſi ęquiuoce, hęc Auerrois: quę tu ſi ſapis cogita, & mente reuolue: Quadriformi denicꝫ hoc ſyllogizandi medio uidelicet, ex nominis ratiōe, corporis diſpoſitione, eiuſcꝫ denominatione & ex ordine, cœlum per modum formæ animatum eſſe conuincimus.

QVAE IN CONTRARIVM NITVNTVR argumenta commemorat.

RElīquū modo eſt aduerſantium, quę potiora eſſe uidentur obiecta diluere, Argumentaī enim primo, ſi aliqua intellectualis ſubſtantia uniтur cœlo ut forma cauſabit, uticꝫ in eo formalē effectū formę, formalis aūt formę effectus eſt eſſe exiſtere, ergo cœleſte corpus habet eſſe exiſtere per animā, ex ſe aūt minime, erit igitur ſuapte potentia ad non eſſe, idcirco generabile & corruptibile. Secundo, ſi cœlum eſt ſubiectū per ſe actu, ſimiliter & anima ipſa ſubſtātia eſt per ſe exiſtens, duo autem per ſe exiſtentia actu non faciunt unum per ſe, ergo non unitur anima cœleſti corpori per modum formæ, Nec erit perfectius magisue unum animal cœleſte cꝫ animal terreſtre, cuius contrarium iam ex Auerrois ſententia protulimus. Tertio, ſi anima intellectiua uniretur cœlo ut forma, hoc eſſet ut anima ipſa aliquam ex tali inhęrentia perfectionem capeſſeret, ſed nullam capit illinc perfectionem, quia nec adeſſe nec adoperari, ad propriā ſiquidem operationem non utitur cœleſtis anima ſenſu, & per conſequens nullo organo corporeo, nec ut motum exerceat, quia poterit mouere ex ſolo uoluntatis imperio abſcꝫ eo ꝙ inhęreat ut forma. Sunt & alia permulta, quę huic poſitione aduerſari uidentur argumenta, ſed ex his quibus prędicta refellimus, cætera omnia ad nutum dilui poterint.

QVAE OBIICIVNTVR ARGVmenta ſoluit.

VNum aūt & inuiolabile peto fundamentum, quo prędacto omnia prędata, & quęcunꝫ huius generis fuerint obiecta, nihil prſus aduerſum nos ſtruere ualebunt, fundamentū inquam quo liber de cœlo, immo uniuerſa ſcientia de natura, pariter & diuina cōſiſtit, Quantū uidelicet diſtat conditio motus unius rei, a conditione alterius, tantū diſtāt illarū rerū mobiliū principia, & modi qui per ſe mobilibus inſunt: quū igitur motus circularis genere diſtat a motu recto, illorū utiꝫ mobilium principia & modos genere diſtare oportet, ſ. potentiam, materiam, formam, compoſitionē

unionemq̄,& propterea ſtatuit ij.cœli,com.lxi.Auerrois,q̄ ꝓpoſitiones quę ſunt in noſtris manibus,in quęſtionibus de diſpoſitionibus cœli ſunt paucę,& fere dicuntur ęquiuocę, quia exceptę ſunt ab animatis, quę ſunt hic,& de iſtis,& de illis dicitur animatū fere ęquiuoce,hęc ibi. Et paulo inferius(ut antea retulimus) Qua ꝓpter,inquit,animal ligatū,& animal diuinū non ligatum,non dicuntur eſſe unum niſi ęquiuoce,unio aūt eſt modus entium,qui(ut diximus)ęquiuoce ferme dicitur de ſuperis & genitis, quemadmodum & ipſa illorum entitas eſſentiaue. Hoc perſpecto,ad primū dicimus negando conditionalem enunctiantem,ſi aliqua intellectualis ſubſtantia unitur cœlo ut forma dabit ſibi eſſe exiſtere,quia licet hoc uerū ſit de formis generabilium,quorum materia non habet ex ſe eſſe exiſtere, ſed a forma cum inſaciabili ſua ſemper potentia ad aliā formā, hoc tamen non admittitur in cęleſti corpore,cuius materia ſeu ſubiectum habet ex ſe, q̄ exiſtat:aliunde uero(uidelicet ab anima)q̄ ſit uiuū atq̄ intelligens,quē admodum ex lumine,& diaphano,fit unū per ſe.ſ.corpus luminoſum,nō obſtante q̄ diaphanū ſit actu corpus,luminoſum tamen potentia,q̄ ſi lumen eſſet ſpiritalis ſubſtantia,ut nonnulli priſcorū contendunt, nihilominus fieret ex diaphano corpore & lumine unū per ſe. Sed ſtatim obiicies ſecundū,dicendo,ſi materia ſeu ſubiectū cœleſte eſt ens actu,ſimiliter & anima eſt ens per ſe exiſtens,non poterit fieri ex his unū per ſe ens. Ad hoc reſpondeo,q̄ ex duobus entibus actu,ſecundū q̄ actu,non fit unum, ſed ſecundum q̄ ultra actualem entitatem obtineat potentiā adeſſe perfectius,quemadmodū diaphani cum lumine exemplū declarat.At his nōdum acquieſcens rurſum contraniteris,ſi ex duobus quomodocunq̄ exiſtentibus actu fieret unum per ſe,deſtrueretur proprium eſſe utriuſq̄, eatenus enim aliquid eſt,quatenus unum eſt,quod igitur propriā unitatem amiſerit, amittet & propriū eſſe,ergo anima dum cœlum informat, deſtruit ſeipſum,quod longe eſt alieniſſimum. Reſpondeo,q̄ in rebus genitis,quādo duo exiſtentia actu conflantur in unum,deſtruitur utrumq̄,eō q̄ qualitatibus ſubiacet contrarijs,quę ſe mutuo non compatiūtur, ſed expellūt. In ſuperis uero,ubi nulla eſſe poteſt contrariorum pugna,ſed tantū ꝓportio,habitudoq̄ imperfecti ad perfectius,ita ut nihil prohibet quūm unius perfectionis exuberantia,alterius ſuppleat defectum, non illud deſtruendo,ſed in ſuę unitatis conſortiū aſſumendo,perficiendoq̄, quemadmodū & catholici ſapientes ſacratiſſimum & ineffabile Dei uerbum humanam naturam ſumpſiſſe declarant:ibi enim in una perſona numero,duo ſunt eſſe actu,uidelicet diuinū atq̄ humanum,q̄ ſi unum tantum eſſe ibi dixeris: erit tantum una forma unuſq̄ actus,qui non niſi diuina natura eſſe poterit,& ſic eſſet deus ueluti altera pars compoſiti,& proprię creaturę forma quod longe quidem inconueniens uidetur,licet id aliqui iuniorum minime alienum duxerint,ſed hęc ſublimia nimis,& extra compendioli noſtri limites,ad quę nos ſimilitudinis & exempli ratio perduxit. Ex his deniq̄ & prędicto fundamento intellige,q̄ quemadmodum longo diſtant interuallo a

uallo à perpetuis caduca,ſic & modi illorum unioue,nec ab uno ad alterũ efficax argumentum transferre licet,quapropter nihil prohibet cœlum et animam ipſam utrumq; actu exiſtens,unum ſtatuere per ſe ens actu,quod ob contrariorum diſcrimina minime fieri contingit in terrenis:& ad hanc intentionem adiecimus (ſi aduertis) in noſtro Themate ſuo modo,dicendo, Qui cœlum ipſum (ſuo modo) informat. Sed percunctaberis forſitan,qualis nam ſit modus informandi cœleſtis, Reſpondeo,talis eſt qualis ipſam cœli eſſentiam conſequitur,ſi tu itaq; me certiorem feceris de cœli eſſentia naturaue,& mox te reddam intelligentem de modo informandi. Diceres,cœli natura eſt non grauis,nec leuis,nec genita, nec corruptibilis, & id genus,& ego pari lege dicam,hunc informandi ſeu unionis modum non eſſe ſecundũ modum informandi naturę leuis,nec grauis,nec generabilis,nec corruptibilis & id genus,Satis denicq; tibi eſſe oportet,q; nihil apparet in rebus ſenſui ſubiacentibus,quod hanc animę cũ cœleſti corpore unionem tollat,idq; multis in modis ſenſibilis rerum ordo conuincat. Ad tertium dicimus(quemadmodũ & Ioha.Scotus ij.ſententiarũ affirmat) Anima non unitur corpori cœleſti ut aliquam in primaria ſua operatione (qui eſt actus intelligendi) perfectionem capeſcat,ſed potius in ſecundaria,ut formas quam concipit in mente angelica & diuina promat ineſſe ſenſibile. Habet inſuper(quum ſit in orizonte corporis & puri intellectus,ſeu æternitatis,et temporis)innatam quandam promptitudinem ad corporis conſortium,& quatinus uinculũ & ſpiritale (ut Auerrois loquitur) ligamen ſit uniuerſi,uniat,nectatq; ultima primis. Superuacaneum uero duxi,hic Pythagoreorum & Platonicę ſcholæ,necnõ Peripateticorũ tam Arabum q; Grecorum conuentus,inſuper & priſcorũ Cabaleorum,ſeu allegorizantium de anima cœli hic hiſtoriam texere, qui unanimes in hanc noſtram contendunt,eamq; aſtruunt ſententiã.Eſſet ſane mirabile,immo et incredule dictu,q; tot ab æuo clariſſima humanę ſapientię lumina,ſic cõcors de anima cœli fefelliſſet opinio,q; ſi ipſi Magno Alberto ſummę eruditionis uiro fidem adhibendam cenſueris,eius duodecimũ diuinę ſapientiæ librum euolue,ubi omnium ferme,quos cõmemorauimus,de hac noſtra inquiſitione dicta reſumit, Quibus denicq; cunctis rite perſpectis nemo profecto, niſi rudis rerum & ſcripturarum indagator, aut peruicax tumiduſq; perſonarum acceptor,erroneam hanc noſtram poſitionẽ,et ab Apoſtolica ueritate exorbitantem,nedum exoticam abſurdamue (ut ille obtrectat) præſumpſerit,quandoquidem fulgentiſſima orthodoxę fidei, & diuinæ ſapientiæ ſydera eam nulla in parte,ad fidei ſpectare fundamenta enunciant,& re ipſa uera ſit nec ne,aut ambigent,aut plane affirment, quodq; & ratio dictat,& omnium pene philoſophorum dogma proclamat. Quapropter ueritatem ſyncere cupientibus,quum ſatis hęc fore putem,dicendi funem abſcindam,ipſiq; de cœli anima ſcrutinio hic (Dei immortalis nutu) finem imponam,ſupernæ & indiuiduæ Trinitati ſit laus, gloria & honor.

DE SEXCENTIS ET TREDECIM MOSAICAE LEGIS mandatis, Præfatio.



QVANTVM PRIOR ATQVE uetusta Iudęorũ Synagoga, sapientia, uaticinio, admirãdisq; operibus claruerit, non solũ Mosẽorũ, sed & intemerata Apostolorũ declarat authoritas, amplissimaq; gentium monumenta ẽnunciant, asserendo ueterem Iudæorũ gentem omnes, non minus caduci q̃ ætherei orbis, latebras penetrasse, cœlestisq; sapientiæ pulsasse cacumina. Theophrastus nanq;, ut in Euangelica Eusebij præparatione legimus, atq; Porphyrius clarissimi doctrina & sapientia uiri, Iudeos (aiunt) natura esse philosophos. Megasthenes quoq; uir historiæ peritissimus: omnia, inquit, quę de natura prisci Greci scripserunt, ante ipsos scripserunt & alij. Nam & Brachmanas apud Indos, qui et Iudęi uocantur, multo prius philosophatos fuisse nouimus. Idem primo uolumine de bono Plato atq; Pythagoras testãtur, dicentes Quæ Iudęi a/lijq; inuenerunt, Græci ipsi exposuerunt. Accedit & illa Pythagorici Numenij assertio, qua nil aliud esse dicit Platonem q̃ Mosem Attica uoce loquentem. Nec solum naturalem atq; diuinam philosophiam, uerumetiam Arithmeticam & astrorum cognitionem Aegyptios primus edocuit Abrahamus, unde & ad Græcos harum disciplinarum genus affluxit. His alijsq; similibus philosophorum, Poetarum, & Hystoriographorum scriptis, oraculorumq; elogijs, Cesarienſis, Eusebius, & contra Appionem Iosephus, hãc de Iudęis astruunt sententiã, cui solidum quidem & inuiolabile præbet testimonium, ipse mundi restaurator Christus dominus, qui una cum uniuerso Apostolorum choro de Iudaico stemmate nasci uoluit. Et magnus ille, quo nemo de muliere natus maior, Iohannes Iudęus, patre Zacharia, matre Elisabeth: quum & uirgo Maria sacra dei mater, cœliq; Regina alma, patre Ioachim, matre Anna Iudęa nata est. Quid de Empyrei orbis ianitore Petro Apostolo? nonne & ipse sub circumcisione & Mosis lege Iudęus? Et Apostolus uir integer Iacobus maior Iudęus, Minor ꝺq; cognomine Iustus Iacobus Iudęus. Iudęus & incarnati uerbi præco Leuita Matthęus, Quid de cœlesti tuba senis Gamalielis alumno, Gentiumq; Apostolo Paulo, nonne & ipse secundum carnem Israelita de tribu Beniamin? Quid de electo dei sacerdote Marco? De sublimi Zebedei filio Ioanne? De germano Petri Andrea? De magno leuita Barnaba? Quid de singulis denicq; dicam Apostolis, & de omnibus fere Christi ex circumcisione auditoribus, qui primi ueluti sapientiores Architecti, solida & inconcussa orthodoxę fidei iecere fundamẽta: quos autem de gentibus excitauit spiritus,

ſpiritus,ſi ueluti ſubminiſtri,operariſq; conati ſunt illorum fundamentis ſuperſtruere,& extrinſeca adiicere liniamenta. Ex ſola itaq; priſca illorum propagine,ſpiritalicq; ſcaturigine tot ſapientiæ proruperunt flumina, tot prophetarum expullularunt germina,refulſerunt Chriſti lumina,ſublimi aq; Apoſtolorum prodita ſunt oracula. Quamobrem ſi ſtirps radixq;,ut ſcribit Apoſtolus,ſancta eſt,ſancti ſunt,& rami : ſi delibatio bona eſt, & maſſa,Nam qui ex gentibus credit,is oleaſtri (inquit) ramus eſt,qui naturali oliuę inſeritur,Iudęus uero Chriſtianę pietatis cultor,radix exiſtit, pinguiſq; oliua. Oleaſtri.n. ſurculus quãtumlibet naturalis, oliuę pinguedinis ſocius fiat,aliquid tñ oleaſtreitatis (ut ita dixerim) ſapere cogitur. Naturalis uero oliuæ ramus naturali in ſtirpe repoſitus,totus quidẽ reſipiſcit,& eam uim ſibi undiq; reſumit quæ alieno odore nõ inficitur,nec ullo quidem extraneo ſapore obtunditur : quoties itaq; de Iudaica caligine ad ſplendidiſſima Chriſti lumina,quis ſyncera fide conuertitur,naturalis quidem oliuæ ramus,naturali pinguedini ſuæ inſeritur,quem nulla exterorũ labes,nullus gentilitatis fœtor contaminari ualet. Ceſſet igitur uenenato uulnere inſurgere ſcorpius,rabidorumq; latratus ſileant,qui nullo ratiõis lumine,nullo fidei & ueritatis ſpiritu,ſed obducto.& incredulo ſupercilio polluta mente,& lingua doloſa, paupertate ſua aliorũ opes deſędare moliuntur. Audiant & Apoſtolum iubentem,ne quis aduerſus naturalis oliuæ ramos gloriari præſumat,q; ſi gloriaris inquit,non tu radicem portas, ſed radix te,noli itaq; altum ſapere,ſed time. Probat idipſum tanta ſeptuaginta duorũ interpretum in omni diſciplinarum genere præcellentia,& perpetuo memorando authoritas,quorum ex unaquaq; tribu ſex duntaxat Eleazarus pontifex elegit,unde non iniuria Auguſtinus (quemadmodũ & Talmudei) eiuſcemodi interpretes,diuino & quaſi prophetico ſpiritu actos cenſuit,qui ſeptuaginta duabus cellulis ſegregati ſeptuaginta dierũ ſpatio,una ſcribendi ſerie,eodem uerborum,literarũq; cõtextu,perinde ac ſi unus idemq; fuiſſet opifex,uniuerſam Moſis legem ex Hebręo idiomate in gręcum cõmutarunt eloquiũ,quare id non immerito,diuinæ potius ſollertię q; humanę indagini aſcribendũ. Secus habet autem multiplex tũ gręca tum latina ęditio,quæ cum humana tm induſtria & hallucinatione deprompta ſit,tanta uarietate inuicem,& ab hebraico exemplari diſſonat,ut non ĩmerito (diuo Hieronymo teſte) data ſit aduerſarijs irridendi & calũniandi occaſio. Quum itaq; tot ſolidis argumentis deuicerimus,ſpiritalis militiæ palmam ſoli priorum Iudæorum deberi agmini,non ab re fore duxi hic in mediũ proferre,quanam ſerie ueterũ Iudęorũ traditio propagata, & in auditorem uiua uoce transfuſa pedetentim ſucceſſerit,& ppriã energiã ſeruauerit,uerũ quia id alibi latius recenſui,ideo minime hic repetendũ cognoui,unũ duntaxat ob nonnulla obiecta,quæ lectoris forte aĩm ambiguũ reddere poſſent, nũc paucis reſumã. Phariſęorũ q̃driformiẽ hęreſim colligimus,Alij q̃dẽ pertinaces legis & dei cultus ęmuli (dũ pauloãte paſſionis tempora

Roma. 11.

Rom. 11.

tempora cruentis ſeditionibus cladibuſq; inuicem ſęuiret Iudęorum turba) Iudęa patriaq; denuo relicta, uagi et errabundi peregrinabantur inter gentes, qui crucis paſſioniſq; Chriſti inſciꝭ nullius criminis rei habebãtur. Aliꝭ quos Chriſtus Dominus de omni flagiciꝭ & ſceleris genere inſimulat & arguit, fuerunt, qui dominandi libidine irę & uindictę furore, innocentem Chriſti ſanguinem truculento effuderunt ſupplicio, quorum utiq; teſtimonium & nomen (quemadmodum de libro uitæ) ſic de Talmudeo phariſęorum codice deletum et excluſum eſſe cognoui, Aliꝭ ex myſteriꝭ altitudine Chriſti fidem, & crucis ſacramentum nec amplectuntur quidem, nec colunt, non tũ uſq; adeo execrantur atq; condemnant, Aliꝭ & hi quidẽ (ut Apoſtolorum actus tradũt) innumeri Chriſti fidẽ ſectantes, ſimul tñ Moſaicam legem, ueluti æternę legis umbram atq; imaginem, nõ quidem formidine pœnę, ſed exemplaris uirtutis amore) ſeruandam pertinaciaanimo contendebat, quod quidem pro tempore illis permiſſum erat. Horũ igitur qui poſtremę hæreſis ſunt phariſęorum documenta, tãquam futilia & anilia deliramenta contemnere, tumori ſane & ruſtice quę ſolum ſibi p deſt ſanctitati magis quam pietati & prudentiæ aſcribendum exiſtimo. Si enim nutantia & fallacia quorundam philoſophantium dogmata magni eccleſiæ uiri amplectuntur, & ſumma indagine tractant, quis prudens Chriſtianę pietatis homo abhorrebit, ac ſtomachabitur, ſi & nos aliquid illorum eruditionis attulerimus, quibus primum ſapientia, religio, ac ſumi dei cultus innotuit, quiq; ſedula elucubratione, & ſumo diligentiæ ſtudio in ſacra prophetarum chariſmata philoſophãtur, quod ſi aliqua in horum uiridario agreſtia, ſentes, tribuliq; expullulauerint, illa reſpuemus, amputabimuſq;, ne amœniſſimũ pomarium noſtrum deturpent, cultiora uero pietate & doctrina fragrantia, uenerabimur, eaq; ueluti ambroſiam & mãna de uaſta deſerti ſolitudine colligemus. His ita prælibatis dicendum gemina eſſe dogmata, quibus ut olim ſic quoq; & nunc Iudaica ſynagoga innititur, quorum unum tora ſchebich ſanu. i. lex quæ in ſcriptis nuncupatur, Alterum, tora ſceba alpe, id eſt lex quæ traditur ori, illa eſt lex Moſis quinq; pẽtateuchi uoluminibus expreſſa, hæc eiuſdem legis explanatio, aſſerũt igitur primores Talmudeorum (primo capite Brachos) ſuper illud Exodi xv. Dabo tibi tabulas lapideas, & legem & mandata, Moſen eodem ſpiritu quo legem ipſarum acceperat, legis quoq; explanationẽ didiciſſe in monte Synai. Quæ utiq; explanatio duo in primis, uidelicet literalem & allegoricum (hebraica uoce Cabaleum) intellectum proponit, quorum neutrum exaratis characteribus cõmittere fas erat. Literalis enim ſenſus ſingulos humanos actus & eorum iura ſcriptis depromere non potuit, eo quod eiuſcemodi actus quũ infinita ſubeant diſcrimina nullo canone, nullo prorſus limite claudi queant, Allegoricus uero potuit quidem, non tamen licuit, utpote infirmis ſolidum dare cibum, & paruulis præbere eſcã, ſic igitur tam ſpiritales quam literales pentateuchi intellectus, nec uoce neq; calamo in uulgum ædere licuit. Et hoc quidem quamdiu ſceptrum & regna

regna obtinuit Iſrael. Cum uero poſt Hieroſolymorum & regni excidiũ peregrini & uagi diſpergerentur p orbem, animaduerterentq; ob ſæuam inſipientum gentiũ tyrannidem turbari religionem, & ueritatis obliterari archana, uiſum erat uniuerſæ phariſęorum ſynodo eiuſcemodi literalem, quoad fieri poſſet, & ſpiritalem legis explanationem ſcriptis & promulgandis codicib. cõmittere, quorum ſum̃am Talmud. uocitari libuit, qui literalem legis intellectum palam, allegoricum uero multiplici uelaminũ uarietate circumtectum declarat. Et licet poſt Hilelis & Samaidis Archi phariſæorũ tempora in multis cõſtitutionib. quę diuinorũ mãdatorũ appẽdices cõcernũt, Talmudeorũ uarient ſentẽtię, nihilominus in ipſo rei fundamẽto nulla prorſus opinionũ diſcrimina inuenies. Nemo ſiquidẽ contendit, quin ueſpere & mane legenda ſit lectio ſcema, i. audi Iſrael. Ambigent uero quænam ex matutinis ueſpertiniſq; horis magis lectioni ſit accommodanda, ante ne, aut poſt ſolis ortu atq; occaſum. Nec quęrit quiſpiam paraſceues ueſperi ſuccendenda ſit lucerna nec ne, cum id conſtitutum eſſe nemo Iudæorum ignoret, qui tum ex pinguibus liquor magis cõgruat lucernæ, alius aliter opinatur & ſtatuit, idem de reliquis iudicium eſt. His denicq; ita perſpectis, mox ad ſexcenta & tredecim Moſaicæ legis (iuxta Talmudeorum & Chuzenſis Rabi Moſis ſeriem) mandata dei nutu explicanda accingimur. Et hoc quidem ſecundum intellectum, quem unanimis Talmudeorum ſchola affirmat, horum tum omnium rationes cauſas ue aſſignare non eſt præſentis negotij, Alias enim uita comite ſingulorum mandatorum naturalem et Theologicam ſeu Cabaleam cauſam referare tentabo, Nunc autem ſi ſolam nudamq; mandatorum hiſtoriã enarrauero, ſatis iuxta propoſiti exigentiam fore exiſtimo, quod ſi alicubi iuniorũ Iſraelitarum uęſania ſe obtulerit, illam p ueritate & uiribus noſtris argue re, & quantum compendioli ſeries patitur, reuellere conabimur, in primis indiuiduę Trinitatis implorando auxilium, ut his noſtris lectiunculis faueat, eiſq; gratiam tribuat & intellectum, Amen.

PROHIBENTIA MOSAI cæ legis mandata.

I. Non habebis deos alienos coram me. Exodi. xxi

Alium præter me in uniuerſo rerum ambitu Deũ dari ne præſumpſeris.

II Ne polluas nomen ſanctum meum. Leuit. xxij.

Nomen Dei polluitur quis, qui doctrinã & pietatis cultum profitetur incaute, & effreni carnis libidine uictitat.

III Non faciatis ſic domino Deo ueſtro. Deut. xij.

Eius ſcilicet altaria non ſubuertite, ſcriptum em̃ eſt, Subuertite omnia loca, in quibus coluerunt gentes, diſſipate aras eorum, & confringite ſtatuas, lucos igne comburite, & idola comminuite, diſperdite nomina illorum de locis illis, Nõ facietis ita domino deo ueſtro: hinc ſequitur q; neq; ſancta dei nomina, ac ne unam quidẽ, quibus illa cõſtat, literã delere liceat.

Deutro.vj. IIII Non tentabitis dominum Deum ueſtrum.
Deum tentat qui dixerit legis mandatum adimplebo, & inde contemplabor anpræmia ſequantur.

Leuit. ix. V Odium non habetis fratri tuo in corde tuo.
Sed eum aperta fronte corripe, qui ſi ueniam petierit, indulge.

Ibidem. VI Proximum tuum arguendo non afficies probro.
Licet ab eo offenſus fueris, in his tamẽ quæ dei cultum concernunt, ſi cęlata repræhenſione non emendatur, tunc palam arguendus eſt de crimine.

Deut. xxiij. VII Non contriſtes ſeruum, qui ad te confugerit.
Sed tecum habitare ſinas.

Exod. xxij. VIII Viduæ & pupillæ non nocebitis.

Leuit. xix. IX Non eris ſuſurro.
Hoc eſt clandeſtinus calumniator in populis tuis.

Exod. xxv. X Non ſuſcipies uocem mendacij.
Niſi eam atteſtantur inditia.

Leuit. xix. XI Non quæras ultionem.

Ibidem. XII Nec memor eris iniuriæ.
Si autem ille cui palam illata iniuria, uir inſignis ſapientia extiterit, ueniam non dabit, ſapiens quoq; culpę obnoxium ſe calumniator agnouerit.

Deut. iij. XIII Ne excidant ſcilicet uerba mea de corde tuo.

Ibidem. XIIII Ne forte eleuatis oculis ad aſtra cœli, adores ea.
Nec adoratione quidem duliæ.

Num. xv. XV Ne ſequimini cogitationes ueſtras, & oculos ueſtros.
Ideſt pertinacem non adhibebitis fidem cogitationibus ueſtris, nec ſenſuum indulgebitis illecebris.

Leuit. xxiiij. XVI Qui blaſphemauerit nomen Domini morte moriatur.

Exodi. xx. XVII Neq; coles ſcilicet ſculptile, nec ſimilitudinem alicuius.

Exod. xxxij XVIII Non coles deos eorum.

Exodi. xx. XIX Non pronus adorabis ea.
Licet non colendi animo id feceris.

Exodi. xx. XX Non facies tibi ſculptile.
Quamuis ipſum non colas.

Quoniam uero ambo hęc decalogi mãdata indiſpenſabilia ſunt et ꝑpetuo ſeruãda, ideo ritui q̃ Chriſti fideles ſanctorũ imagines fabricant, colũt atq; adorant, turpit' Iudaica inſcitia obtrectat, eoſq; decalogi pręuaricatores iudicat, q̃ palam mandat, Nõ facies tibi ſculptile, neq; ipſum adorabis, Quidam uero queſtionẽ hãc ſoluere, et ſculptiliũ cultũ approbare conantur ex imaginibus Cherubim in ſancto ſanctorũ ſup fœderis Archã cõſtitutis. Sed hæc minus efficax contra obtrectatorẽ argumentatio & quæſtionis ſolutio, Nam quemadmodũ coquere ignemq; ſabbati die ſuccendere mortale peccatũ lex ipſa enumerat, in tabernaculo tñ idipſum fieri iubet. Pari modo licet, imaginũ ſculpturam ueluti nephandiſſimũ & implacabile ſceleus diuina præceptio abominet, imagines tñ Cherubim plane exprimit & præcipit lex,

& prę̃cipit lex. Accedit ad hoc q̃ nõ ſimili modo hic et illic militat argumẽ tũ. Illic ſiquidẽ nullũ prorſus imminebat alicuius offendiculi periculũ, qa ſancti ſanctorũ limina nemini niſi magno pontifici ſemel in anno adire licuit, hic uero per ſingula momenta incauta fidelium multitudo inter ſculptilia atq̃ imagines uerſatur & orat. Duplex igitur diſſimilitudo eſt, propter quam ſculptilium præſumptionẽ trahere nõ licet de imaginibus Cherubin. Prima, quia iſtud aperte ꝓhibet, illud uero palam mandat lex. Secũda, quia hinc imbecilliũ animus cõtaminari poteſt, illinc uero minime. Dicendũ igitur, cum decalogus præcipiat, non habebis deos alienos corã me, Ibi reſiduum quod ſubnectitur, ſ. non facies tibi ſculptile, nõ aliud ſeiunctim præceptum conſtituere, ſed explicationẽ eſſe prioris. Quemadmodũ & de ſabbati mandato legitur, Memẽto ut diem ſabbati ſanctifices, Mox ſubditur, ſex diebus operaberis et nõ facies omne opus, quæ utiq̃ nõ aliud aliudq̃ mandatũ ſanciunt, ſed explicant q̃ implicat primum alioquin plura quam decem decalogi dari præcepta aſſeremus, quo ſtante facile huius ambiguitatis nodũ ſoluere poteris. Primũ ex Talmudeorũ canone dicẽte, Quoties in cõmuni de re ſententia profertur, cuius exinde clarior intellectus ſingulatim exprimitur, tunc ſingula quæ exprimũtur eorum conditionem propoſiti thematis ſeruant, uniuerſale nempe (ut dialectici tradunt) ſuis ſemper particularibus ineſt: Quũ igitur cõmune & præcipuũ decalogi mandatum ſit (non habebis deos alienos coram me) reliquæ eius clauſulæ idipſum mandatum reſpectant, ita ut quum deinceps præcipitur, non facies tibi ſculptile, neq̃ omnem ſimilitudinem audiendum ſit, ſi hæc ut tibi ſint dij alieni feceris, ſic & de ſequentibus ibi iudicandum. Non aũt colunt ſimulachra Chriſticolę tanquã deos alienos, ſed quatenus creatorem referunt, qui latria colitur, aut quia ſanctos deſignant qui adorantur dulia. Quinimo nec glorioſa Chriſti humanitas ꝑ ſe latria, ſed hyꝑ dulia colenda admittitur. Iccirco decalogi præuaricator minime iudicandus eſt Chriſtianæ pietatis cultor. Secundo ſoluitur quæſtio ex hoc, q̃ ſanctorum quas colimus imagines, non uera ſunt ſculptilia, idola atq̃ imagines: non enim uere eſt idolum & imago, niſi in quo angelica uel cœleſtis, aut uiua ſubcœleſtis uirtus effulgeat. Nam quemadmodum pictura non eſt ſui exemplaris ſimilitudo atque imago, ſi ipſi picturæ aliquod membrorum et maxime caput defuerit, ſic longe quidem minus cenſenda eſt imago lapideũ aut æreum corpus (quantumlibet externis liniamentis & colorum uarietate ſimile extet) ſi ei ſpiritalis uirtus non infunditur, potior ſiquidem exemplaris portio, eſt ipſe rei ſpiritus, Nam ut viij. viij. xviij. de ciuitate dei Auguſ. placuit (ad Rom. autore Apoſtolo) idolorum erat ſtructura, ad aliquã hominis uel alterius gñis animantium imaginẽ, cui angelica animalis aut cœleſtis uirtus, uel dæmonis ſeu heroicus ſpiritus aſſiſteret. Quũ igitur ſculptilia & ſimulachra quæ in ſacratis ędibus ueneramur, nulla prorſus ſpirituali imparticipẽt, conſequẽs eſt, q̃ minus accõmodate, ſed uſurpato uocabulo imagines nũcupent, quãobrẽ Roma.j.

nec ipsorū adoratio decalogi mandatum irritum facit. Supereſt tñ adhuc ſcrupulus q̄ animus titubat, atq; offendit. Quū em̄ nephandiſſimus in uniuerſo delictorū genere idolorum cultus habeatur, Ideo modis omnibus præcauendū a quocūq; ope cultu & actu, quo facile incautus animus puſillorum offendi et periclitari poſſet: iuxta illud apoſtoli, Si q̄s uiderit eum q̄ habet ſcientiā in idolio recūbentē, nōne conſcientiā eius cum infirma ſit ędificabit ad māducandū idolothia? & peribit infirmus in ſua conſcientia frater? quare ſi æſca ſcandalizat fratrē meum, nō manducabo carnē in ę̄ternum. Si itaq; idolorum eſca, quæ (ut Apoſtolus loquitur) nos nō cōmendat deo, infirmorū cauſa cauēda eſt, quanto magis euitanda nepharia ac peſtifera imaginū adoratio, quę præ ceteris delictis mortaliū animū inq̄nat, ꝑtinuſq; a ſuo creatore auertit. At licet iſ̄, ſentētiarū libro diuus Thomas triformi ratione (iſ̄ de conſe: collecta) imaginum cultum permiſſum eſſe oſtendit. Primo ut his ueluti libris quibuſdam rudes edoceantur: Secundo ut incarnationis archanum & ſanctorum exempla tenacius memoriæ inhæreant: Tertio, quia ex his quæ ſenſibus ſubiacent uehementior concitatur affectus, his tamē rationibus inquirentis animus minime acquieſcit, tum quia a nullo Apoſtolorum, nec ulla canonica ſanctione imaginum cultum conſtitutum, ſed ſum̄o potius contemptu reiectum eſſe nouimus, iuxta illud Apoſtoli, Et mutauerunt gloriam incorruptibilis Dei in imaginē corruptibilis hominis, Et illud, Fugite a cultu idolorū id eſt imaginū. Et illud, Cum gentes eſſetis, ad ſimulachra muta ducebamini. Et illud. Vt abſtineant a contaminationibus ſimulachrorum, hoc deniq; uarijs in locis legimus, ubi non modo internum mentis, ſed externum quoque corporis cultum (ne ſcandalum pariat quo periclitantur infirmi) euitandum, literæ ſeries palam demonſtrat. Tum etiam, quia deterior & damnoſior eſt idolatriæ ſuſpicio, quæ imaginum licentia oritur, q̄ ignorantia, obliuio & deuotionis tepor, quæ ex imaginum carentia reſultant. Pernicioſior enim eſt diſpoſitionis (ut uocant) ignorātia, quæ praue & perperam iudicat, q̄ negationis ignorantia quæ nihil prorſus cogitat de re. Quamobrem dicendum, imaginum ritum in ſacratiſſima Eccleſia Chriſti, ueluti in frugifera uinea labruſcam, & cultiſſimo in agro lolium ex conſuetudinis corruptela inoleuiſſe, longeuam ſiquidem turbæ conſuetudinem actutum & funditus euellere uana ſollicitudo eſt. Nam quemadmodum Iudęi olim fidei ueritatem ſuſcipientes, legis tamen & conſuetudinis uinculo & laqueo capti, malebant potius Chriſti ſaluatoris fidem q̄ terrena legis opera relinquere, Sic & gentes ediuerſo, effreni carnis libidini datę, malebant ſempiternam animæ ſalutem negligere, q̄ circumciſionis aliaq; legis onera ſubire, unde ad cōmunē utrorūq; ſalutē uniuerſę Apoſtolorum ſynodo placuit Iudaeis ꝑ tempore legis obſeruantiam, Et gentibus eiuſdem abrogationē permittere, quū tamē nec hoc neq; illud mortaliū beatitudo, ſed ſola conſuetudo exigeret. Quum igitur ea uis conſuetudinis ſit, ut (iuxta ſapientum elogium) alteram pariat naturam fieri non potuit, ut imaginū ritus, quem pluribus ſæculis pro

phana gentium multitudo exercuerat,eueſtigo tolleretur. Malebat enim ueſana illorum turba ſacratiſſimã Chriſti religionem q̃ inanem ſimula / chrorum cultum relinquere:quapropter diuina ſollicitudo pauperum in fidelium miſerta,hunc qui foris adhibetur cultum uoluit permittere, quo ille qui intus eſt facilius & cautius ad ueritatis fidẽ dirigi & transferri poſ ſet. Infirma nanq; uulgi diſcretio magis proſpicit externũ corporis actum q̃ agendi modum ac formam, quum tamen ſpeciem & appellationem non ex ipſo opere, ſed ex modo uendicet ſibi actus, Mulieris nẽpe copula, quantum in ſe eſt,nec turpis nec honeſta,ſed improba efficitur,ſi ſolũ car/ nis cupidine,ſi abſq; matrimonio,ſi cum menſtruis,polluta : honeſta uero ſi procreandi uoto, ſi rato connubio ſe mundam cognouerit. Vergit & hucillud Apoſtoli,In Chriſto Ieſu neq; circumciſio aliquid ualet,neq; prę putium,ſed fides. Et illud: Vnuſquiſq; in qua uocatione uocatus eſt in ea permaneat. Ibi ſanctorum gloſſa, ad ſalutẽ inquit,nihil prodeſt,nihil etiã obeſt uel Iudaicus uel gentilis ritus. Conuertitur ad hoc illud Apoſtoli di/ centis : Iis qui ſub lege ſunt,quaſi ſub lege eſſem,ij qui ſine lege erant,qua/ ſi ſine lege eſſem:Omnibus omnia factus ſum, ut omnes facerem ſaluos. Quum igitur actio in ſe nec turpis nec honeſta,ſed modus agendi actioni tribuat cognomentum,pari lege eiuſcemodi externa imaginum ueneratio in ſe quidem paruipendenda eſt,ſed interna modis oĩbus cauenda eſt a/ doratio,qua mens ipſa ſuum deſerit creatorem,& creaturæ ſe præbet ob/ noxiam. Idcirco cum primores ſanctorum,ut internum idolorum cultum in Chriſti atque æternæ ueritatis fidem tutius et minore negotio transfer re & commutare poſſent,externam ſculptilium uenerationem, quemad/ modum & Iudæis legis obſeruantiam conniuendo permitterent. Tunc externo cultu ſeruato,ſtolida & indocilis multitudo internæ pietatis fidei acquiueuit, q̃ ſi forte nonnullę animæ imbecilliũ inde periclitentur, nil tñ ſapiẽtibus et eruditis uel offendiculi uel noxæ ex hoc cõtingere potuit. Ve rum hoc unum (ſalua tamen reuerentia occultorum) cenſere & proba/ re non formido orthodoxa iam Chriſti fide ad plenitudinem redacta,& idolorum cultu penitus deleto, non ſolum non impium,ſed etiam conde/ cens & laudabile eſſe (niſi & in hoc quoq; conſuetudinis corruptela re/ niteretur) templa & ſacras ædes abſq; imaginibus (pictura tamen ad / miſſa) conſtruere,id ſiquidem ad empyreos & ſupercœleſtes ſanctorum ſpiritus,hominum mentes extollerent,& non ad corporeas manu factas i/ magines: Sicq; omnem infirmorum offendiculum & nephandiſſimi erro ris periculum caueretur. Obtrectantium inſuper Iudæorum plures,qui præ ceteris imaginum cultum abominantur, ad piam Chriſti religionem amplectendam,induci & perſuaderi poſſent. In ſingulis tamẽ ad ſacra & inconcuſſa Eccleſiæ (quæ a non errante ſpiritu regitur) ſancita me confe ro, cum illa pergo,cũ illa ſapio,uiuo & requieſcam in ſempiterna ſæcula.

XXI Non deos conflatiles facietis. Leuit. xix.

Exodi.xx. XXII Non facietis deos argenteos.
Id eſt, quamcunq; eminentis ſculpturę imaginem, neq; ornatus cauſa, niſi eum truncato membro feceris, picturam uero aut cauam introrſum effigiem cellare admittitur.

Exo.xxiij. XXIII Nec audietur ex ore tuo nomen idolorum.
Quo auertas a cultu dei aliquem de filijs Iſrael, licet tu ea non adores.

Deut.xiij. XXIIII Non adhærebit de illo anathemate quicquam.
Id eſt, nil tibi uendices de ſuppellectili & quauis ſubſtantia urbis, quę ob idolatriæ cultum ſubuertitur.

Ibidem. XXV Non ædificabitur amplius, uidelicet urbs illa euerſa.

Ibidem. XXVI Et nequaquam faciet ultra quippiam huius rei ſimile.
Id eſt, ne uni quidem fidelium, ne dum multitudini deos alienos perſuadere audeat.

Ibidem. XXVII Non acquieſcas illi, ſeu diligas eum.
Scilicet qui te ad idola flectere conatur.

Ibidem. XXVIII Ne parcat ei oculus tuus.
Videlicet ut eum a mortis ſupplicio liberare uelis.

Ibidem. XXIX Neq; audies ipſum.
Id eſt ut ei aliquid auxilij præſtes.

Ibidem. XXX Nec miſerearis eius.
Scilicet nec uerbo aliquo fauorabili.

Ibidem. XXXI Nec occultes eum.
Id eſt, nil in criminis ſui teſtimonium reticeſcas.

Exod. xxiij. XXXII Per nomen externorum deorum non commemorabitis.
Latina ædicio iurabitis, i. nihil tametſi uerum & iuſtum ſit, idolorum nomine proferas. Quod ſi aliqua cauſa horum nomina pronuntiare contingat, tunc epytheton aliquod in idoli contumeliam apponendum, quemadmodum peruicax iuniorum Talmudeorum inſcitia cum Chriſti fideles (ob imaginum uenerationem) deos alienos colere arbitrãtur, omnia Chriſti ſaluatoris & ſanctorum nomina ignominioſa & blaſphema uoce pronunciat, de quo uberior inſequentibus ſermo.

Deut. xiij. XXXIII Non audies uerba prophetæ illius.
Scilicet qui idolorum nomine uaticinatur & prędagit, quantacunq; prodigia & ſigna fecerit.

Ibidem. XXXIIII Ne prędumptuoſe in nomine meo loquatur propheta, quæ ego non præcepi.
Videlicet ſiue ea loquatur, quæ prorſus non mandauit dei ſpiritus, ſiue ea quæ mandauit alteri ipſe ſibi arroget.

Ibidem. XXXV Non timebis pſeudoprophetam interimere

Ibidem. XXXVI Non inueniatur in te qui conſulat Of.
Latina ædicio phytones, ſed hæc communis uatum appellatio eſt: Of uero peculiarem quandam diuinandi legem oſtendit, Nam ut ſcribitur codice ſanhedrim, capite quatuor ſunt mortis ſupplicia, Of eſt ſpiritus defuncti qui

cti, qui de media aſcellarum regione, aut de craneo defuncti ſuſurro, & ſubmiſſa uoce loquitur, iuxta illud Eſaiæ. Et quaſi phytonis, id eſt of, uox tua & de humo eloquium tuum muſſitabit. Et illud Regum, diuina mihi in phytone. ſ. of, & ſuſcita mihi auem dixero tibi, & ſuſcitabit Samuelem.

XXXVII Non conuertimini ad Ouos. Leuit. xix

Latina æditio minus apte tranſtulit, non declinetis ad magos, idem enim deſignat Of & Ouos, niſi quod hoc plura, illud unum enunciat, diſſonat hoc a mandato priori, quod illud conſulere & ſciſcitari prohibet, hoc uero exercitium & opus. Quæ non parum differunt, qui enim ſciſcitatur, reſponſa quidem audit ſpiritus, & nihil concipit uiſu. Opifex uero ediuerſo, ſimulachrum quidem cernit, ſed nil audit eloquij.

XXXVIII Nec conſulat Ideoni. Deut. xix.

Latina hic æditio & minus quidem apte diuinos profert. Diuinus enim phytonem, ariolum augurem, auruſpicem, et cuiuſuis præſagij cultorem oſtendit, Ideoni uero præcipuum quoddam uaticinandi genus deſignat, Eſt enim (ut Chuſenſis Moyſes Rabi Simone authore cõmemorat, & Ieroſolymitanum Talmud affirmat) animal dictum Iedua humanæ formæ perſimile. Cui de umbilici medio ueluti funis producitur, quo (cucurbitę inſtar) terræ ſolo affigitur, & quod funis longitudo protenditur ſæuum animal circumquaq; rapit & deuorat, id capere neſciunt uenatores, niſi ſagittarum ictu funem proſcindant, quo amputato, continuo belua proſternitur atq; expirat, cuius inde oſſibus certa quadam lege ori admotis, ſtatim clam ſpiritu arripitur opifex, & expetita uaticinia ꝓnunciat.

XXXIX Non conuertimini ad Iedaanim. Leuit. xix.

Latina æditio uertit, Nec ab ariolis aliquid ſciſcitemini, quod primum diuinos tranſtulit, modo ariolos pronunciat. Hic quoq; de opere, prius de ſciſcitatione ſermo eſt.

XL De ſemine tuo non dabis ut conſecretur Molech. Leuit. xviij.

Plures Talmudeorum (ut in prædicto Sanhedrim capite legitur) Molech nõ eſſe idolum, nec qui illi hoſtias mactauerit, aut munera obtulerit, idolatriæ reum iudicant, cuius colendi legem fuiſſe tradunt, ut igne accenſo paterfamilias gnatos ſuos per incẽdium pro flaminis nutu hinc & illinc transferret, haud ſecus q; noſtra tempeſtate, nonnulli in feſto & ſolenni diui Ioannis die, dum ſol per tropicum cancri uoluitur, ſuccenſo igne uicißim tripudij more huc illucq; tranſiliunt.

XLI Non erigas tibi titulum. Deut. xvj.

Latina æditio, nec facias tibi atq; conſtituas ſtatuam. Duo ſane huius æditionis admiratione hic digna ſunt. Primum quod eandem dictionem in uniformi ſententia modo titulum modo ſtatuam profert, inſuper ubi hæbraice legit tokhim, latina ęditio hoc in loco facias, alibi erigas uertit. Nemo enim qui huius idiomatis incunabula tractat, ignorat, quin dictio tokhim eriges ſonet, quẽadmodũ ubique hæc ipſa ęditio dictionẽ tokhim Gene. xxviij

Gen.xxviij. erectionem transfert, Nec mandatum fabricam, ſed erectionem tituli inhibere uoluit, Titulus enim quantum ad propoſitum ſpectat, unicum (ut Gene. colligitur) erigibilem lapidẽ ad libamina deſuper fundenda, in quo parũ aut nihil fabricę depoſcitur, oſtendit.

Leuit.xxvi. XLII Nec inſignem lapidem ponetis in terra ueſtra, ut adoretis ſup eũ. Latina æditio, adoretis eum.

Ibidem. XLIII Nec ſculptile erigas.
Licet ipſum non feceris, nec adorare uelis.

Deut.xvi. XLIIII Non plantabis lucum cuiuſcę arboris iuxta altare dñi dei tui.
Prout idola colentium mos erat.

Deut.xvij. XLV Nec inferas quippiam ex idolo in domum tuam.
Id eſt, nihil idolis conſecratum tibi in uſum adſumas.

Ibidem. XLVI Non concupiſces aurum & argentum.
Videlicet, quibus cooperta uel ornata ſunt idola, quæ adorantur.

Ibidem. XLVII Non inibis cum ſeptem gentibus, terræ Chanaan fœdus.

Ibidem. XLVIII Non miſereberis eorum.
Nec quorumcunq; colentium ſimulachra.

Exod.xxiij. XLIX Non habitent in terra tua. Scilicet idolatræ.

Leuit.xviij. L Nec in legitimis eorum ambulabitis.
Scilicet nec habitu, neq; uerbo aut opere imitabimini. Hic uocaculum, quo dicimus gentilis ſeu gens, minime ſilentio prætereundum duxi: gens enim uel gentilis hebraica uoce goy iuxta prophetarũ & priſcorum Talmudeorum placitũ, ſolum idolorũ cultores deſignat: Quorũ legittima euitanda ſunt, nec fœdera cum eis inire, neq; ſotiare connubia, nec quicquã officij eis præſtare licet. Iuniorum uero Talmudeorũ proteruia dictionem hanc goy ſumit non modo pro idolatra, ſed pro quibuſcumq; a Moſaico ritu alienis, quo fit ut plures tẽpeſtate hac inſipientiũ Iudæorũ cũ Chriſti fidelibus perinde ac cũ idolatris, ſubtili artificio et aſtu negociandũ arbitrentur. Legis mandatũ, Nõ decipias, nõ facias furtũ, & id genus, cũ legis tantũ ſectatoribus, quos lex (ut ipſi affirmãt) proximos fratreſq; appellat, eſſe obſeruandum: Cũ gentibus uero, in quarum numero Chriſti fideles comprehendi uolunt, minime. Aegyptio rabi Moſe authore (qui libro Madaa, lectione idolatriæ) Chriſtiani, inquit, idolorum cultores ſunt, cũ quibus uerſari, pacem fœdusue inire non licet, ſed enitendum ut ab errore reuocentur, hæc ille. Magnus tamen legis prophetarum & Talmudici codicis interpres Rabi Salomon, priſcorum traditionibus innixus, aſſerit huius temporis nationes preſertim Chriſticolas idola non colere, qui ſolum externu cultu patrum conſuetudinem uſumq; ſequuntur.

Leuit.xix. LI Non augurabimini.
Augurium hic non per auium garritum, ſed per certa naturæ aut euentus ſignacula præſagium deſignat, utpote, cum iter aggredienti baculus de manu, de ore buccella ceciderit, infauſtum ominatur iter. Pari lege in quauis re tractanda, nullum omen capere fas eſt, ut cum tecum propoſueris

propoſueris dicens: quamprimum domus limen exceſſero, ſi obuiã inue-
niam amicum tutus eſſe uolo, ꝙ dies ille mihi ſecundabit uota. Qui tamen
hæſitando & cum formidine ominoſa ſibi ſigna præfigeret, propterea
præuaricator inquiunt minime iudicandus eſt, cũ & uernaculum Abra-
hæ Eliezer id genus auſpicij, præſumpſiſſe legimus.

LII Non inueniantur in te qui lignorum fruſtulis ariolentur. Deut. xviij.

Latina ẹditio ariolos ſciſciteť, Arioli appellatio, quamuis ab ea quæ iuxta
aras fieri cõſueuit, diuinatione dicatur, ampliori tñ ſignificatu quoduis ua
ticinñ genus oſtendit, hic uero id ꝙ certa quadam diuinandi lege ſumitur,
quam inſana olim gentiũ multitudo, lignorum fruſtulis exercuit. Sump-
ta enim ligni particula, cuius in uno laterum detracta ſit cortex, in altero
autem relicta, exinde ligno bis in altum proiecto, ſi primo iactu fruſtuli ſu
pinati iam humi decordicata & candida facies apparuerit, ſecunda uero
proiectione cruſtoſum & obſcurum latus ſe oſtenderit, ſoſpitem fauſtum
ꝙ gerendarum rerum euentum denunciat: Si uero obſcurior facies primo
& candida ſecundo ſe obtulerit, atram & infœlicem præſagiunt ſortem.
Quod ſi utroꝙ iactu ſedetectum cordice latus oſtenderit, futurum inter
utrũꝙ ſucceſſum indicat, contra quos exclamauit Oſeas propheta. Popu Oſeę iiij.
lus meus in ligno ſuo interrogat, & baculus eius enunciat ſibi.

Leuit. xix.

LIII Nec obſeruatis tempora.

Latina æditio ſomnia, eandem enim dictionem meonẽ, hic inſomnia, quar
to Regum ariolatum uertit, utrobiꝙ tamen minus accõmodate. Siquidẽ
ona (unde uocabulum meonem ducit originem) tempus horamue deſig
nat, ut illud Exodi, Et horam eius non imminuet: licet & ibi (docto Nico
lao de Lyra teſte) longe quidem a literæ ſono precium pudicitiæ interpre
tatur. Obſeruat tẽpora, qui horas, dies & menſes quoſdã infauſtos, quoſ
dam fœlices ad aliquid peragendum diſcernit, Non deſunt tamen, qui o-
pinantur, onen, præſtigiatoriam, quæ ſenſus illudit, artem oſtendere.

LIIII Nec inueniatur qui incantatione aſſocietur. Deut. xviij.

Latina æditio incantator, Hæbraice ſcribitur houer, quod ſotiũ ſeu ſotia-
ri ſignificat, ut illud, Sotius ego ſum omnium timentium te. Solent quippe
& hodierna die, Exorciſtæ reptilia & angues, aliaꝙ uiperarum genera qui
buſdam muſſitantibus uocibus in unum cogere, iuxta illud Dauidicum. Pſalm. cxvj.
Sicut aſpides ſurdæ & obturantes aures ſuas, ut non audiãt uocem incan-
tantium. Et ubi latinus interpres connectit, & uenefici incantantis, Hebrę
um exemplar habet houer heuarim, id eſt adſociantis adſotiationes, ſeu co
pulantis copulationes. Et tu conſidera.

LV Nec inueniatur inte maleficus. Deut. xviij.

Maleficium, opus eſt dæmonum in homines noxium, ad cuius intelligen-
tiam ſciendum, ꝙ tripartite aduerſus humanum genus ſe ſubdola dæ-
monum natura exercet. Aut ſcilicet uoluntatis malitia & dolo, Aut al-
tioris uirtutis imperio, Aut allecta & exorata ab eo, qui uel natura, uel

nepharia

nepharia & impia ſponſione inferior factus eſt dæmone. Primo igitur modo dæmon ipſe ſuapte natura fantaſticæ uirtuti clanculum illabitur, & ſeſe ſuggerit, cui tñ mens ipſa & ratio renititur, ſi uult: debilis enim eſt hoſtis, nec uincit niſi uolentem: altior autē uirtus, cuius imperio dæmon obtemperare cogitur, eſt ipſe rerum omnium conditor Deus, aut angelica uirtus, aut homo cui diuina data eſt auctoritas, qua dæmon impellitur, ut homini pro expurgandis ſceleribus inferat ſupplicium, inferior autem uirtus, qua dæmon allicitur, eſt aut fantaſtica uis, quæ natura imbecillior dæmone, eiuſq; pediſſequa extat, aut intellectus ſuapte quidem natura liber & altior dæmone, fantaſiæ tamen ſenſuumq; indulgendo libidini irreparabili quaſi ſeruitute, dæmonis Tyrannidi ſe præbet obnoxiū. Tertia igitur hac lege maleficij uel maxime fragile et inſtabile fęmellarum genus, flagitioſam ſordidamq; ſuam cupidinem explent. Quū igitur non inueniatur in te maleficus, mandat lex, ſenſus eſt, non inueniatur qui imprecatione, aut litamine uel quocumq; obſequio opem poſcat a dæmone, qui tametſi externa plerumq; bona & corporis commoda miniſtret, languores ſanet, euitanda pericula monſtret, animum tamen ſua abdicit origine, et denicq; obſcena lamiarū flagitia detorquet, ueruntamē dęmonem omnipotentis dei uel angelorum ſanctorumq; uirtute & nominibus ſubiugare, illorumque fungi miniſterio, non uſq;adeo nephandum & execrabile Talmudei exiſtimant, niſi q; metus, quem irritati incutiunt & imminens periculum id audere & tentare non ſinant, Nemo.n.ut ueritatis auctor loquitur, domum fortis ad eius uaſa diripienda intrat, niſi prius ligauerit fortem, ipſum autem ligare fortem, in ſolius altiſſimi autem eorum qui dei ſpiritu aguntur, poteſtate conſiſtit.

Deut. xviij. LVI Nec inueniatur in te qui conſulat mortuos.

Mortuos conſulunt, qui ſeſe tenui uictu & inedia macerantes, nocturno tempore ad tumulos euigilant mortuorū, ubi ſordido ſpiritu afflati expetita reſponſa percipiant, hic ut ſcribitur capite (quatuor ſunt mortis ſupplicia) ingemuit Rabi Echina inquiens, Si per ſpontaneā carnis afflictionem immundus ſpiritus infunditur, quanto uberius quis per uitæ mundiciam mundi ſpiritus particeps fieri poſſet.

Leuit. xix LVII Neq; in rotundum attondebitis comam.

Ibidem. LVIII Nec perimas angulos barbæ tuæ.

Latina ęditio, nec radetis barbam, Cur autem ſic tranſtulerit latinus interpres nō uideo, Hebraice enim legitur taſ‹his, quod nulla amphibologia perimas ſonat, Angulos uero barbæ perimere, & nunc & antiquitus uniuerſa Iudæorum ſynagoga nephas, & cōtra legis ſancita eſſe dijudicat, Angulos dicunt ſupremum & imum maxillarum extremū: perimere autem pilos, nouacula abradere deſignat, quod tamen forfice fieri permittitur.

Deut. xxij. LIX Non induetur mulier ueſte uirili.

LX Nec uir utetur ueſte fœminea.

Ambo enim ſtupra, inceſtus & adulteria pariunt.

Nec figuras

LXI Nec figuras aliquas aut ſtigmata facietis in uobis. Leuit.xix.

Stigmata figuraſq; faciunt, qui cuti & carni effigiem aliquam infodiunt, eamq; fucu & quauis tinctura implent, ut cõſueuere cultores imaginum.

LXII Nec ſcalpturam ſuper mortuo dabitis in carnibus ueſtris. Ibidem.

(Latina ęditio inciſuram)

LXIII Nec facietis caluitium ſuper mortuo. Deut.xiiij.

Huius quemadmodum & prioris inhibitionis cauſam mox lex ipſa declarat, inquiens, Quoniã te elegit dominus, ut ſis ei in populum peculiarem, de cunctis gentibus, quæ ſunt ſuper terram. Eiuſmodi autem peculiaritas non aliunde quam ex operationum habituumq; diſcrimine diſcerni, & iudicari poteſt.

LXIIII Caue ne obliuiſcaris dei, ſcilicet Tetragrammaton Dei tui. Deut.viij.

Id eſt caue, quum tibi fortunæ blandimenta arriſerint, ne elato animo obliuiſcaris ipſius omnium bonorum largitoris dei, nec tuæ prudentię atq; ſolertiæ, rerum tuarum ſucceſſus adſcribere uelis,

LXV Non facies omne opus ſabbati die. Exodi.xx.

Videlicet terræ cultum, lanificium, ſutoriam, uenatoriam, coquinariam, macellariam, cerdonicã, ſcriptoriam, ædificatoriã, fabrilem, tranſuectoriã & id genus. Nec ſolum prædicta, ſed omnia etiam opera quæ his adminiculantur Talmudei euitanda ſtatuunt, utpote non ſolum ignem ſuccendere, ſed & ſuccenſam lucernam, imo & ipſum candelabrum manu attrectare nephas, non tantum coquere, ſed nec de eſculentis in ſabbato conditis, niſi mortis imminente periculo, edere licet. Imminente enim uitæ diſcrimine, non modo ſabbata, ſed & uniuerſa legis conſtituta prætermittere licet foenicationis, homicidij, idolorum cultus mandatis ſecluſis, nullo unquam tempore uiolandis. Hinc etiam, quemadmodum & de imaginibus obtrectandi occaſionem ſumit Iudęorum proteruia, aſſerendo Chriſtifideles præuaricatores eſſe legis decalogi, quæ ſabbati diem ſolennẽ celebrare, et in ea ab omni opere ceſſandum plane mandat, ſed minime attendunt decalogi mandata, quum ſex ſtatuat dies ad operandum, Ad requiẽ uero ſeptimum deputet, non hunc illum ue præcipue diem, ſed ſeptimum quenq; reſpectat. Sabbatum enim non ſabbati, ſeu Saturni diem, ſed requiem indicat, quid autem myſterij in ſeptenarijs lex ipſa deſignet, non eſt præſentis negotij exprimere.

LXVI Nullus egrediatur die ſeptima de ſuo loco. Exo.xvij.

Videlicet extra limites urbis. Vrbis autem confinia duorũ milium cubitorum uel paſſuum ſpatio contineri declarat priſcorum authoritas.

LXVII Non ſuccendetis ignem in omnibus habitaculis ueſtris per diem ſabbati. Exo.xxxv.

Hinc trahunt Talmudei, ꝙ mortalem incendio pœnam ſabbati die infligere non liceat, pari lege de quocumq; ſupplitio, uel quauis mulcta iudicandum.

Decima

Leuit.xvj. LXVIII. Decima die menſis ſeptimi nullum opus facietis.

Septimum Hebrꝛorum menſem, ſeptembris lunatio cõſtituit, quæ ſole ꝑ luſtrante libram circumuoluitur. Septimus autẽ dicitur, ꝙ ſeptimus tunc lunæ anfractus poſt ſolis ingreſſum in arietem peragitur. Primum enim menſium (ut inſequentibus audies) enumerat lex, lunæ Martij circuitũ, dum ſol ꝑ arietem uoluitur. Nam et hac ipſa ratione Romani ueteres ſeptembrẽ a ſeptẽ cognominant, ꝙ poſt Martij imbres is menſium ſeptimus extat, ſic de octobri, nouembri, decẽbri & reliquis menſibus cenſendũ, niſi ꝙ poſterior nouarum rerum cupida ętas, inanis glorię libidine, omnia patrũ ſancita tranſtulit in aliena, maxime autem omniũ gens Romana, quæ ſemper (ut in oratione pro L. Flacco ſcribit Cicero) abducto ſupercilio, Iudaicis moribus fuit aduerſa. Quæ ſane inuida arrogãtia, etiam poſt uerbi incarnationem (teſte ad Rom. Apoſtolo) admodũ increbuit, & multa (aures habentibus loquor) uſq; in hodiernam diem in militante Eccleſia dilcrimina reliquit. Sed ad menſium ordinem redeundo dicamus: Nam (ut primo Saturnalium refert Macrobius, & Etymologiarum ſexto Iſidorus) Iulius menſis quintilis, quia quintus poſt Martium, ſextilis Auguſtus, quia ſextus tunc a Martio dici ſolebant. Quorum illum quidem Iulius, hunc Auguſtus Cęſar ad ſui memoriam gloriamq; uſurpauit. Quemadmodum & menſes olim lunæ metiebantur recurſus, menſium quoq; initium quod a Martio ſumi conſueuit. Idem Iulius Cæſar in hãc, quam & modo Romana Eccleſia ſequitur, legem cõmutauit. De his hactenus. Septimi autem menſis decima dies eſt, quem propiciationis diem Moſes appellat, eumq; haud ſecus quam ſabbati feſtum uenerandum eſſe ſtatuit, niſi ꝙ is (ut ſequens mandatũ oſtendit) ſolũ ſpiritali muneri, ſabbathi uero dies ſimul & carnis indulgentiæ datur.

Leuit. xxiij. LXIX Et omnis anima quæ afflicta non fuerit die hac, peribit de populis ſuis.

Tradit codice ioma, capite iom ha Kipurim. Afflictio quæ decima die mẽſis ſeptimi præcipitur, ieiunio, pedũ nuditate, concubitus, unguentorum, & quæcũq; carnalis oblectamenti abſtinentia adimpletur. Ea aũt ieiunij lex eſt, ut ſiquis a diluculo aduſq; noctis crepuſcula oliuæ magnitudinis cibum ſumpſerit, fruſtarium & irritum ieiunium iudicetur.

Ibidem. LXX Die prima azimorum opus ſeruile non facietis.

Dies prima azimorum eſt decimaquinta lunationis Martij, dum ſol arietem perambulat. Opus ſeruile legitur, quo excipitur quicquid ad epularũ condimenta, & ad celebrandi feſti uſum ſpectat, quod de cunctis ſolennibus diebus (præter ſabbatum & propitiationis diem) audiendum eſt.

Leuit. xxiij. LXXI Nec ſeptima azimorum die ſeruile opus facietis.

Quæ azimorum ſint ceremoniæ, & quæ manipuli oblatio, affirmatiuorum mandatorum commentariola docebunt.

Ibidem. LXXII Nec quinquageſima die poſt manipuli primitiarum meſſis oblationem, omne opus ſeruile facietis.

Eiuſcemodi

Eiuſcemodi ſolennitas hebdomadarꝝ & Penthecoſtes feſtum dicitur, eo ꝙ quinquageſima die poſt exitum Iſrael de Aegypto promulgata eſt lex. Ibidem.

LXXIII Nec prima die menſis ſeptimi omne opus ſeruile facietis.

Solennitas hæc, dies eſt, qua anni initiū ſumitur: nec idem nunc menſium ordo & anni: in menſib. enim primus enumeratur qui currit dum ſol per arietem graditur in memoriam exitus Iſraelitarum de Aegypto. Non tamen primus menſis dicitur anni, ſed ille primus eſt menſis anni, qui agitur dum ſol per ſignum uoluitur libræ, unde anni exordium quoq; ſumunt Aegyptij.

LXXIIII Nec eiuſdem ſeptimi menſis quintadecima die opus ſeruile facietis. Leuit. xxiij.

Feria hæc ſcenopegia tabernaculorum dedicatio eſt, quam latius ſuo loco explicabimus.

LXXV Nec die octauo feſti tabernaculorum omne opus ſeruile facietis. Ibidem.

Scenopegia. n. ſeptem (quemadmodum azimorum ſolennia octo) dieb. celebratur, ſolatamē prima & poſtrema die ab opere ſeruili ceſſandū. Scribunt. n. priſci (codice hegiga capite endorſin) ꝙ dies q̄ interſecant (primū extremum harum ſolennitatum diem) quoq; uenerandi ſunt, nec in ijs opus permittitur ſeruile, niſi cuius dilatio damnum parit.

LXXVI Non comedatur fermentum die exitus de Aegypto. Exodi. xiij.

LXXVII Non uideatur apud te fermentatum, nec fermentum Ibidem.

(Latina æditio fermentum reticeſcit) ſeptem. ſ. diebus azimorum in cunctis finibus tuis.

LXXVIII Septem diebus fermentum. (Latina æditio fermentatum) non inuenietur in domibus ueſtris. Exodi. xij.

Hebraice enim legitur ſceor, quod fermentum ſignificat, fermentatum uero hebraico uoce hemez nuncupatur.

LXXIX Omne fermentato commixtum (Latina æditio fermentatum) non comedetis. Exodi. xij.

Inter proxime dicta quatuor mandata notandum eſt diſcrimen. Primum fermentati uetat eſum. Secundum & tertium nō modo eſum, ſed & domi aut in uniuerſo confinio id reſeruare prohibet. Quarto non ſolum fermentum, ſed quicquid fermento confectum fuerit reijciendum. Inter ſecundum uero & tertium triformis eſt in litera diſſonantia. Illud ſiquidem prohibet uiſum, hoc inuentionem: illud fermentum & fermentatum, hoc duntaxat fermentum: illud in cunctis finibus, hoc in domibus ſolum. Horum autem omnium cauſam & rationem adducere, altiorem, q̄ præſens negotium patitur, indaginem requirit. Eundem enim typum meditatur Cabaleus, quem in Euchariſtiæ Sacramento ſapiens Theologus conſyderat. Qui enim de Aegyptiaca ſeruitute eripi, & in terræ pro

missionis colonum recipi desiderat, is fermentum, & quicquid fermentū sapit excutiat oportet. Nos enim in hoc tabernaculo ingemiscentes nolemus expoliari, sed superinuestiri, ut absorbeatur quod mortale est a uita. Minime uero absorbeatur quod mortale in te est a uita, quamdiu in confinio tuo quicquam fermenti inueniri permiseris. Modicū namq; (ut Apostolus loquitur) fermentum totam massam corrumpit. Quamobrem et cōsecrandam hostiæ placentulam immunē esse a fermenti commixtione oportet, alioquin superinuestiri glorioso corpori Christi, & quod mortale est a uita absorberi non poterit. Et tu considera.

Deut. xxxiij LXXX Non erit meretrix de filiabus Israel, nec scortator de filijs Israel.

Meretrix est, quę spōte absq; rato cōnubio thorū suū contaminat: Scortator, q hoc ipsum sollicitat. Chaldaica uero ęditio hic trāstulit, Ne quis de filijs Israel seruā uxorē ducat, nec de filiabus seruo ex gētib. empto nubat.

Exodi. xxj. LXXXI Puellæ alimentum, uestimenta, & horam eius non minuet.

Latina ęditio, Et precium pudicitiæ nō negabit. Puellę alimenta & uestimenta certā metā nō subeunt, sed ꝑ persona puellæ eiusq; mariti, necnō pro loci & temporis conditione moderanda sunt. Horam non minuere, est suis temporibus coniugale debitū soluere, ubi uetusta Talmudeorū traditio coniugali debito limitem posuit, uidelicet, ut otio uocantes nullum claudant diem quin uisitent thorum, id geminet in hebdomadę spacio mechanicus operarius, Asinarius, qui sarcinulas nectat, septem dierum spatio semel, semelq; in mensis circulo, qui per camelos onera transportat, semel dimidio solis regressui, Nauclerus.

Deut. xxiiij. LXXXII Non poterit prior maritus repudiatam uxorem recipere.

Est enim (ut in sequentibus audies) Mosaica constitutio, quando fœditatem in uxore quis deprehendit dare libellum repudij, quæ si exinde ad secunda uota transierit, eamq; & alter maritus repudio quoq; dimiserit, non poterit ipsam prior in coniugem reassumere.

Deut. xxv. LXXXIII Vxor defuncti absq; liberis, non nubet alteri cū fratri defuncti.

Sin autem defuncti frater sibi hanc sociari noluerit, tunc mulier (discalciationis lege seruata) alteri pro arbitrio nubere poterit, Quæ autem discalciationis sit lex, assertiua mandata declarant.

Deut. xxi. LXXXIIII Non poterit uir puellam, cum qua concubuerit, dimittere, cunctis diebus uitæ suæ.

Leuit. xix. LXXXV Non prostituas filiam tuam.

Deut. xxij. LXXXVI Non poterit dimittere uirginem quam diffamauit omnibus diebus uitæ suæ.

Diffamat uirginem maritus, qui uirginalis pudicitię signacula se minime inuenisse falso quæritur.

Num. v. LXXXVII Non fundet super oblationem offerendam, a muliere de adulterio suspecta, oleum.

Nec thus,

LXXXVIII Ne thus. Ibidem.

LXXXIX Turpitudinem patris tui non reuelabis. Leuit. xviij.

Turpitudinem reuelare, eſt illicita copula cum fœmina, aut quouis modo maſculo commiſceri. Præſens mandatum cum patri turpitudinem exercere prohibet, & licet paulopoſt de nephando hoc crimine indifferens et commune mandatum tradatur, ob horridum tamen hoc cum parente decus, id ipſum ſeiunctim exprimere uoluit.

XC Turpitudinem patrui tui non reuelabis. Ibidem.

Hic pariter maſculina cõmixtio audienda eſt, & ratio eadẽ eſt quæ prior.

XCI Nec uxoris patrui tui. Ibidem.

Scilicet turpitudinem reuelabis, & iam patruo defuncto

XCII Nec matris tuæ. Ibidem.

Tametſi eam pater tuus irrito connubio duxerit.

XCIII Nec nurus tuæ. Ibidem.

Scilicet poſt obitium filij tui.

XCIIII Cum maſculo non commiſcearis coitu fœmineo. Ibidem.

XCV Cum omni pecore non coibis. Ibidem.

XCVI Mulier non ſuccumbet iumento. Ibidem.

XCVII Cũ uxore proximi tui non coibis ſeminis cõmixtione. Ibidem.

Hic & deſponſata, quæ nondũ matrimoniũ cõſumpſit, comprehenditur.

XCVIII Turpidinem filij filiæ non reuelabis. Ibidem.

XCIX Nec neptis ex filia. Ibidem.

C Nec filiæ. Ibidem.

Hoc non explicat canon, ſed argumento a fortiori reuincitur.

CI Nec uxoris tuæ & filiæ eius. Ibidem.

CII Nec uxoris & neptis ex filio. Ibidem.

CIII Nec uxoris & filiæ filiæ. Ibidem.

CIIII Nec filiæ uxoris patris tui, quam peperit patri tuo. Ibidem.

Videlicet rato connubio.

CV Nec ſororis tuæ ex patre ſiue ex matre, quæ domi uel foris genita eſt. Ibidem.

(I. eſt, abſq; matrimonio).

CVI Nec ſororis patris tui. Ibidem.

CVII Nec ſororis matris tuæ. Ibidem.

CVIII Sororem uxoris tuæ in pellicatum illius non accipies. Ibidem.

Pellicatus a pellex oritur. Pellex dicitur ſecunda coniunx, quam ſuperſtite prima bigamus duxit, perinde ac ſi poſterior pepulerit primam: quum autem obeat prior, connubio ſociare ſibi poterit ſororem.

CIX Turpitudinem uxoris fratris tui non reuelabis. Ibidem.

Scilicet etiam mortuo fratre.

CX Nec uxoris patrui tui. Ibidem.

Etiam patruo defuncto.

Leuit. ij. CXI Ad mulierem quæ patitur menſtrua, non accedes, ut reuelet turpitudinem eius.

Hoc non ſolum quamdiu menſtrua ſtillant, ſed & quando iam nihil manere cœperit, adhuc hebdomadæ curſu ad eam accedere, imo (iuxta iuniorum Talmudeorum decreta) nec tangere permittitur. Viginti & quatuor denique (illam de ſacerdotis filia cõnumerando) turpitudines prohibet lex, quarũ omniũ cõmunis pœna eſt animę exterminium: Septẽ quidẽ ſolo animę exterminio damnãtur, Decẽ uero ultra animę exterminiũ quoq; pœnã ſubeunt incendij, Septẽ reliquæ lapidũ ſupplicio obruũtur, incendio quidem plectitur ſacerdotis filia, filia uxoris, uxoris neptis de filia, uxoris neptis de filio, mater uxoris, uxoris auia materna, uxoris auia paterna cum filia, cum filia filiæ, cum filia filij. Lapidibus ceduntur, mater, nouerca, nurus cum maſculo, cum iumento, mulier ſuccumbens iumento, puella deſponſata. Solo animæ exterminio ſoror, amita, matertera, uxoris ſoror, fratris uxor, patris uxor, menſtruis polluta: hæc Moſis. Talmudica uero cõſtitutio, uiginti (quas ſecũdarias turpitudines uocant) adiecit: Prima materna, auia, proauia, abauia, atauia, tritauia, ſic ultra aduſq; mundi originem, Secunda proauia, quæ ſit mater aui materni, Tertia auia paterna ſcilicet uxor aui paterni, Quarta ataui, Quinta tritaui, ſic aduſq; generationis initium, Sexta uxor aui materni. Septima uxor patrui ſcilicet qui patris frater eſt paternus. Octaua uxor auunculi, qui ſcilicet paternus frater eſt matris. Nona nurus filij neporis & pronepotis uſq; in finem ſæculi. Decima nurus filiæ, Vndecima filia neptis ex filio, Duodecima filia neporis ex filio. Tredecima filia neptis ex filia, Decimaquarta filia neporis ex filia, Decimaquinta filia neptis ex uxoris filio. Decimaſexta filia neptis uxoris ex filia. Decimaſeptima, proauia (uidelicet auia materna patris) uxoris. Decimaoctaua, proauia (ſcilicet auia paterna patris) uxoris. Decima nona proauia (uidelicet auia materna matris) uxoris, Viceſima ſcilicet paterna auia matris uxoris, hæc Talmudei.

Deut. vij. CXII Non ſociabis cum ſeptem populis coniugia.

Septem erant populi priores incolę terræ Iſrael, Itheus, Girgaſeus, Emorreus, Priſeus, Chananeus, Hiueus, Iebuſeus.

Deut. xxiij. CXIII Amonites non intrabit in Eccleſiam dei.

Ibidem. CXIIII Nec Moabites.

Amonites & Moabites nationes ſunt, quæ e geminis filiabus Loth (earundem patre genitore) trahunt originem: non intrare in Eccleſiam, eſt non iungere in populo Dei connubia; intrare uero eſt, in eodem populo ſociare connubia.

Ibidem. CXV Non abominaberis Edumeum.

Ibidem. CXVI Neq; Aegyptium,

Videlicet aduſque tertiam generationem. Tertia autem generatio admittitur. Edumeus dicitur, qui de propagine Eſau fratrem Iacobi, cognomine Edon naſcitur.

Non ingrediatur

CXVII Non ingrediatur Mamzer in Ecclesiam Dei. Ibidem.

Mamcer est,qui ex una turpitudinum prædictarum gignitur. Hic autem aduertendū est, quoties alicuius introitum in Ecclesiam dei prohibet lex, subaudiendum esse,licet paterno ritu,seu paganismo reiecto,Mosaicæ legis obseruantiæ sese addiceret, eius tamen non admitti debere introitum, quinetiam nec gnati,sed tertię tantum generationi,uidelicet nepoti uel nepte permissum. Hic autem huius compendij limites minime transgrediemur, si nonnihil de ceremonijs & ritibus, quibus alienigenæ Mosaicæ legis fœdus inire solebant,commemorauerimus. Tria itaq; (ut secundo capite codicis Pea traditur) requirebantur cuicq; gentilium,qui se diuino cultui et legis obseruantię mancipare uoluit,circumcisio, baptisma,sacrificiū. Post templi uero desolationem,sacrificiorum cessante ritu,reliqua duo ad marem spectant, Ad fœminam uero baptisma tantum: mari namq; nec baptisma cum præputio, nec absq; baptismate circumcisio proderit. Nec quiuis aduena,qui fidem legemq; ueritatis petit,eueſtigio statimq; admittitur,sed primo de graui Mosaicæ legis onere,et horrida delinquentiū pœna admonendus est. Qui si ijs non obstantibus constanti animo legis & fidei obseruantiam efflagitat, tunc magno & solenni omniū applausu admittitur: Eicq; in primis circumcidunt carnis præputium, qui si ex ulcere, uulnere,aut ex utero circumcisus fuerit,eum nihilominus exiguo,quo aliquid sanguinis erumpat,sauciunt uulnere. Qui cum exinde de uulnere cō ualescit, tunc tribus astantibus baptismatis lauacro toto corpore emundatur. Baptizandi autem ut olim sic & nunc Iudæis mos est,quo scaturentium uel pluuialium aquarum congerie corpus intingunt,ita ut aquarum undæ uerticē totū operiant,hac baptizandi lege in Iordano fluuio Christus saluator tinctus est. Eadem lege & Iudith in fonte: sic et Neemia cum fratribus nudabatur ad Baptismum: sic denicq; & Paulus sapiens architectus,nos consepultos esse in baptismate Christo, docuit.

CXVIII Vulneratus testiculorum attritione, Ecclesiam Dei non intrabit. Ibidem.

CXIX Nec abciſſo fusorio. Ibidem.

Latina æditio ueretro.

CXX In terra uestra hoc omnino non facietis. Leuit. xxij.

Videlicet conterere uel amputare testes iumentorum.

CXXI Scortum non ducet uxorem sacerdos. Leuit. xxj.

CXXII Nec prophanam. Ibidem.

Latina æditio uile prostibulum. Prophanam appellat, de sacerdote, non rato connubio genitam.

CXXIII Nec repudiatam. Ibidem.

CXXIIII Nec uiduam ducat sacerdos. Ibidem.

CXXV Nec prophanabit semen suum. Leuit. xxj.

Hic longe diſſonat latina æditio. Prophanat ſemen ſuum, qui abſq; matrimonio commiſcetur et procreat.

Leuit. xviij. CXXVI Ad proximam ſanguinis ſui non accedat, ut reuelet turpitudinem eius.

Id eſt, nec amplexibus, nec oſculis, & quouis geſtu, qui ad turpitudinem irritare poſſit.

Leuit. xj. CXXVII Non comedetis immundum animal.

De pecoribus & beſtijs decem ſunt, quibus ueſci licet, reliqua omnia reſpuit lex: Diſcernitur a mundo immundum, quũ ei e duobus alterum defuerit, uidelicet ungulæ furcatio, auc rumen: unde ſus quum ungulam diuidat & non ruminet, lepus uero ruminet, ſed ungulam non diuidat, ambo & quicquid id genus fuerit, ſordidum & abominabile iudicat lex.

Ibidem. CXXVIII De auibus immundis non comedetis.

Viginti quatuor immunda uolucrũ genera memorat lex, & quicquid ibi uetitum & explicatum non eſt, eo ueſci permittitur, Quoniam uero plurima uolatilium quæ nominata ſunt in lege, raro in hominum uſum ueniunt, ideo nonnulla dantur ſigna, quibus diſcernitur immundũ a mundo uidelicet quicquid uolucrum rapax & conculcando de paſcitur, raptumq; animal ſemiuiuum ingurgitat & deuorat, immundum & abominabile iudicandum.

Ibidem. CXXIX Carnes immundorum aquatilium non comedetis,

Immundi ſunt piſces, quibus ſquaм̃æ & pinnulę deſunt: ſquammæ ſunt, quæ piſcis cuti adhærent, pinnulæ quibus natat.

Deut. xiiij.o CXXX Omne quod reptat uolatilium immundũ erit, non comedetis.

Reptat animal, aut ſolũ contracto in rugas uentre, aut minutis etiam pedibus, & quaſi pectore ſerpens humi.

Leuit. xj. CXXXI Omne quod reptat ſuper terram (ſcilicet nõ uolatile) abominabile erit, nec aſſumetur in cibum.

Ibidem. CXXXII Nolite contaminare animas ueſtras in omni reptili quod reptat.

Scilicet, & in aqua, de hoc nihil latina æditio.

Deut. xiiij. CXXXIII Quicquid morticinium eſt, ne ueſcamini ex eo.

Morticiniũ eſt, quod uel morbo uel uulnere (quod nõ iugulandi lege infligitur) interijt: quæ autem iugulandi lex ſit, ſuo loco explicabitur.

CXXXIIII Carnem raptam in campo non comedetis.

Exo. xxij. Latina æditio, carnem a beſtijs præguſtatam.

CXXXV Efferi bouis (ſcilicet cornu petentis) carnes nõ comedetis.

Exodi. xxi. CXXXVI Non debes animam comedere cum carnibus.

Deut. xij. Id eſt, obtruncatum membrum animali uiuente.

CXXXVII Sanguinem omnis animalis non ſumetis in cibo.

Leuit. vij. Scilicet de auibus & pecoribus, piſcium uero ſanguinem ſumere licet.

Ibidem CXXXVIII Aruinam (latina æditio adipem) ouis, & bouis, & capræ non

capræ non comedetis.

Arumã dicimus, quicquid pinguedinis eo pacto panniculis inhęret, ut inuicẽ ſeiũgi nequeat: qđ aũt carne teg t̃, eicꝫ adhęret, adeps appellari ſolet.

CXXXIX Non comedunt neruum ſciæ filij Iſrael. Gene. xxxij.

Sciæ neruus uertebro Anchæ inſertus eſt, quo ueluti cardine coxa et pes gradiendi motum exercet.

CXL Non coques hedum in lacte matris ſuæ. Exo. xxiij.

Tametſi ipſum non manducaueris.

CXLI Non coques hedum in lacte matris ſuæ. Exodi. xiiij.

Scilicet ut eo ueſcaris, nec ſolum hedum, ſed & quodcunꝫ animal, & non modo matris, ſed & cuiuſcꝫ lacte, Nec ſolũmodo coquere, ſed quouis condimento commiſcere nephas.

CXLII Panem non comedetis ex ſegete uſcꝫ ad diem qua offeretis ex ea Deo ueſtro. Leuit. xxiij.

Scilicet die Penthecoſtes.

CXLIII Nec polentam. Ibidem.

Polenta hic grana igne torrefacta, & manuum confrictione excorticata deſignat.

CXLIIII Nec pultes. Ibidem.

Pultem uocat grana, pilo aut molari lapide confracta.

CXLV Nec ſementis quam ſeuiſti, & quæ naſcuntur ex uinea, pariter ſanctificetur. Ibidem.

Scilicet cum permixto ſemine uineam tuam conſeueris, ſegetes quæ inde producuntur, ad uſum ſumere non licet, nil enim ſanctificatum in proprium commodum conuerti permittitur.

CXLVI Nec comedetis ex pomis quæ de nouellis pomiferis germinantur. Leuit. xix.

CXLVII Nec prophanabunt ſanctificata filiorum Iſrael, quæ offerenda ſunt Deo. Leuit. xxij.

Prophanant ſanctificata, qui frugibus ueſcuntur, quibus nondum ablatę ſunt primitiæ & decimæ.

CXLVIII Non comedetis de immolatis. Exo. xxxiiij.

Scilicet idolorum, Nec bibas deuino libaminũ eorum, unde ſtolidi Iudęorum, uinũ quod Chriſticola tetigerit, pphanũ et abominabile decernunt.

CXLIX Bos & ouis non immolabuntur una die cum fœtu ſuo. Leuit. xxij.

CL Non accipies de auium nido matrem cum filijs. Deut. xxij.

Sed captis filijs matrem abire ſinas.

CLI Nolite facere iniquum aliquid in iudicio. Leuit. xix.

CLII Non habebis in ſacculo diuerſa pondera maius & minus, Nec in domo tua modius maior & minor. Deut. xxv.

CLIII Non aſſumes & transferes terminos (.ſ. agri) proximi tui, quos fecerunt priores. Deut. xix.

CLIIII Non furtum facies. Exodi. xx.

Scilicet in perſonam.

Leuit. xix. CLV Non facietis furtum.

Videlicet in ſuppellectilem & quamcunq; portabilem ſubſtantiam.

Ibidem. CLVI Non facies calumniam proximo tuo.

Scilicet in retinendo aliquid inuito domino.

Ibidem. CLVII Nec ui opprimas eum.

Id eſt, ne ulla uiolentia eius ſubſtantiam extorqueas.

Exodi. xx. CLVIII Non concupiſces.

Deut. xxij. CLIX Si inueneris rem fratris tui, ne negligas quaſi alienã.

Sed reſtitue fratri tuo.

Exodi. xx. CLX Non occides.

Si tamen interfeceris eum, qui te occidendi aut bona diripiendi animo aggreditur, non reus erit homicidij.

Num. xxv. CLXI Non accipietis precium abeo, qui reus eſt ſanguinis.

Ibidem. CLXII Nec accipietis (Hoc ſilet lat ina æditio) precium, ut profugus reuertatur ante mortem pontificis.

Profugũ uocat eum, qui hominem nõ ſtudio, ſed fortuitu occiderit, Is enim in aliquam ſex leuitarum urbium ſe exulem recipiat oportet, cuius limites aduſq; magni ſacerdotis obitum excedere non audeat.

Ibidem. CLXIII Non occidatur homicida, donec ſtet in conſpectu multitudinis ut iudicetur.

Deut. xxv. CLXIIII Non flecteris ulla miſericordia ſuper mulierem, quæ maritũ de fortioris manu eruere uolens, in colluctantis uerenda manus immiſerit.

Id eſt, ſed manus illius mulieris abſcinde.

Leuit. xix. CLXV Non ſtabis iuxta ſanguinem (Latina æditio contra ſanguinem) proximi tui.

Id eſt, Proximum tuum periclitari non ſinas, ſed pro poſſe tuo defende.

Deut. xxiiij. CLXVI Vallis aſpera, ubi uitula ceruice ceditur, nunquam arata ſit, neq; ſementem recipiat.

Deut. xxj. Scribitur em̃ Deutro. quando inuentum fuerit hominis cadauer occiſi, et ignorabitur cedis reus, tum ſeniores ciuitatis, quę uicinior eſt cadaueri, tollent uitulam, & ducent eam ad uallem aſperam, quæ nunquam arata eſt, neq; ſementem recepit, & cedent in ea ceruices uitulæ.

Deut. xxij. CLXVII Nec de ſanguinis occaſionem in domo tua.

Scilicet ædes fabricando tecta earum ſuſtentaculis munire debes, ne alicuius præcipitij ſis reus.

Leuit. xix. CLXVIII Nec coram cæco ponas offendiculum.

Siue ſpiritalibus, ſiue corporeis oculis caruerit.

Deut. xxij. CLXIX Non uidebis bouem fratris tui aut ouem errantem et præteribis, ſed reduces fratri tuo.

Non decipias

CLXX Non decipias (latina æditio contriſtes) fratrem tuum. Leuit.xxv.
Scilicet in commertijs.
CLXXI Nolite affligere contribules ueſtros. Ibidem.
CLXXII Aduenam non contriſtabis. Exo.xxij.
Scilicet uerbo & improperio, Aduenam uocat, qui de gentili ritu ſeſe fidei legiſq; mandatis ſubmittit, at quia indiſcretio & petulantia uulgi, licentiùs in aduenas quam indigenas inſoleſcere conſueuit, ideo de non contriſtando aduena mandatum ſepius repetitum legimus.
CLXXIII Non affliges eum uidelicet opere. Ibidem.
CLXXIIII Non affliges fratrem emptum per potentiam. Leuit.xxv
Id eſt, dira ſeruitute.
CLXXV Non ueneant fratrem conditione ſeruorum. Ibidem.
Scilicet proclamatione uoce præconis.
CLXXVI Nec opprimes eum ſeruitute ſeruorum. Ibidem.
Id eſt, uili obſequio.
CLXXVII Non affliget eum acerbe in cõſpectu tuo. Ibidem.
Id eſt neq; ipſum ab alio affligi ſinas.
CLXXVIII Populo alieno uendendi non habet poteſtatem. Exodi.xxi.
Videlicet pater, qui ſemel uendiderit filiam, ipſe quoq; dominus qui emit, hanc alteri uenundandi facultatẽ non habet, ſed eam manu mitti oportet.
CLXXIX Quem ſeruum libertate donaueris, nequaquam uacuum abire patiaris. Deut.xv.
Sed dabis uiaticum de gregibus, & de area, & torculari tuo.
CLXXX Non trades ſeruum domino ſuo qui ad te confugerit. Deut.xxiij.
Scilicet qui ad legem amplectendam confugerit in terram Iſrael.
CLXXXI Nõ morabitur opus mercenarij tui apud te uſq; ad mane. Leuit.xix.
CLXXXII Foras ne efferas tecum uuam uineæ proximi tui. Deut.xxiij.
Sed comede quantum tibi placuerit.
CLXXXIII Falce non metes ſegetem amici tui, Ibidem.
Sed pro arbitrio franges ſpicas, & manu conteres ad ueſcendũ.
CLXXXIIII Non ligabis os bouis triturantis in area fruges tuas. Deut.xxv.
CLXXXV Non urgebis eum cui de populo tuo mutuo dederis quaſi exactor. Exod.xxij.
Scilicet quando eum inopia laborare cognoueris.
CLXXXVI Nõ ingredieris domum proximi tui ut pignus auferas, ſed ſtabis foris, & ille tibi proferet quod habuerit. Deut.xxiiij.
CLXXXVII Non pernoctabit apud te pignus pauperis. Ibidem.
Quo uidelicet ipſe utitur & operitur nocte, & hoc quum iudiciarius exactor eiuſmodi pignus extorſerit, ſi autem pauper cum mutuum acceperit, id mutuanti ſua ſponte dederit, nõ præuaricabitur, ſi pignus nõ reſtituat.
CLXXXVIII Nec uiduæ auferre loco pignoris ueſtimentum. Ibidem.
Tametſi ægena non fuerit.

Non accipies

Ibidem. CLXXXIX. Non accipies loco pignoris inferiorem molam.
Ibidem. CXC Nec ſuperiorem.
Sic nec quicquam quod in adminiculum uictus requiritur, p pignore accipiendum.
Leuit. xxv. CXCI Pecuniam tuam non dabis ei, ſcilicet fratri tuo ad uſuram.
Fratrem appellat, qui reiecto idolorum cultu Moſis legem amplectitur. Quo fit, ut quum inſana Iudæorum turba, Chriſti fideles, idolatras, & legis ſubuerſores exiſtimet, ideo hos minime in fratrum ſuorũ numero collocandos, & propterea non iniuria eis fœnerandum iudicant.
Deut. xxiij. CXCII Non fœneraberis fratri tuo.
Id eſt, nec illi qui mutuum accipit, fœnus dare licet.
Exodi. xxij. CXCIII Nec uſuræ oppreſſuram ei ſuperpones.
Id eſt, nullum fœneraticium contractum exerceas, neq; exercere conſulas aut permittas.
Deut. j. CXCIIII Non cognoſcetis perſonam in iudicio.
Hoc eſt, Ne ſis perſonarũ acceptor in iudicando uel iudicem cõſtituendo.
Exodi. xxiij. CXCV Ne ſequaris multitudinem in malum.
Ibidem. CXCVI Nec reſpondebis ſuper litem ut deuies.
Id eſt non dabis reſponſum dum iudicas in aliorum ſententiam declinans ſed ſecundum quod tu tibi conſcius fueris.
Deut. xxj. CXCVII Non permanebit nocte cadauer ſuſpenſi in ligno.
Exodi. xxi. CXCVIII Maleficam (latina ęditio maleficos) nõ patieris uiuere.
Deut. xxv. CXCIX Plagæ quibus uerberatur peccator, quadragenarium numerum non excedant.
Qui em̃ aliquod prohibitiuũ legis mandatum tranſgreditur, de quo nec mortis ſupplicium nec in ſubſtantiam mulcta exprimitur, is quadraginta uerberibus pœnam luet.
Exo. xxiij. CC Inſontem & iuſtum non occides.
Quantumcunq; indicijs quibuſdam ſuſpectus fuerit de crimine.
Deut. xxxij. CCI Puella (ſcilicet uiolata) nil patietur.
Deut. xix. CCII Nec miſereberis eius.
Qui inſidijs ſanguinem effudit.
Exo. xxiij. CCIII Pauperis quoq; non miſereberis in iudicio.
Leuit. xix. CCIIII Nec honores uultum potentis.
Ibidem. CCV Non facies quod iniquum eſt in iudicio.
Deut. xxiij. CCVI Non peruertes iudicium aduenæ.
Deut. j. CCVII Non timebis conſpectum alicuius.
Scilicet, dum iudicas, hoc ſilet latina æditio.
Deut. xvj. CCVIII Non accipies munera.
Dum iudicem agis.
Exo. xxij. CCIX Dijs (id eſt iudicibus) non detrahes.
Ibidem. CCX Et principi populi tui non maledicas.

Nec maledices

CCXI Nec maledices ſurdo. Leuit. xix.

Pari lege nec cuipiam abſenti.

CCXII Caue tibi & cuſtodi aram tuam ſollicite. Deut. iiij.

Id eſt, ne quis ſibi ipſi maledicat.

CCXIII Non ſtabit teſtis unus contra aliquem. Deut. xiij.

Sed in ore duorum uel trium ſtet omne uerbum.

CCXIIII Nec iungas manum tuam cum impio, ut falſum dicat teſtimonium. Exo. xxiij.

Impij falſum teſtimonium præſumitur, Decem ſunt teſtes quorum teſtimonium irritum habetur, uidelicet, mulieris, ſerui, gentilis, adoleſcentis qui nondum pubeſcit, quæ ætas uix ultra tertium & decimum annum ſe extendit, fatui, ſurdi, cæci, impudentis, impij, cognati uel agnati. ſ. fratrum, ſororum, ſororis et fratris, ſic & horum harumq; filij, filiæ, nepotes, et neptes, eorum quoq; uxores & mariti, omnes ad mutuum teſtimonium minime admittuntur.

CCXV Non occidentur patres per filios. Deut. xxiiij.

Teſtimonio filiorum ubi cognatorum & agnatorum, quos pauloantea commemoraui teſtimonium quoq; excludendum iudicant.

CCXVI Nõ loqueris contra proximum tuũ falſum teſtimoniũ. Exodi. xx.

CCXVII Non declinabis ad dextrum aut ſiniſtrum. Deut. xvij.

(.ſ. in his quæ iudex iudicauerit).

CCXVIII Qui maledixerit patri ſuo aut matri, morte morietur. Exod. xxj.

CCXIX Qui percuſſerit patrem ſuũ aut matrem, morte morietur. Ibidem.

CCXX Non comeditis iuxta ſanguinem. Leuit. xix

Conſueuit enim (ut Gerundinus Rabi Moſes explanat) uetuſta gentiũ ſuperſtitio mactatorum animalium ſanguinem in foueam diabolico ritu colligere, & circumquaq; ad cruorem recumbendo cum dæmone fœdera inire.

CCXXI Non poteris alterius gentis homines regem facere. Gene. xvij.

CCXXII Non multiplicabit (.ſ. rex.) ſibi equos. Ibidem.

CCXXIII Non habebit uxores plurimas. Ibidem.

CCXXIIII Neq; plurimum argenti & auri. Ibidem.

CCXXV Nullum de his ciuitatibus quæ dabuntur tibi permittas uiuere. Deut. xx.

Scilicet de enumeratis ſeptem populis.

CCXXVI Non obliuiſceris ut deleas nomen Emalek. Deut. xxv.

Impius Emalek (ut Exodi xvij. legitur) primus Iſrael fame & ſiti confectum pugna aggredi audebat, quem demum uniuerſa ſua cohorte fudit Ioſue, & gladij ore percuſſit.

CCXXVII Nequaquam amplius reuertimini per hanc uiam in Aegyptum. Deut. xvij.

E terra

E terra, ſ. Iſrael in Aegyptum ad habitandum migrare non licet. Nihil tamen prohibet ut quis non manendi uoto ſe illuc conferat, uel etiam manendi animo ſi deſolata eſt terra Iſrael.

Deut. xxiij. CCXXVIII Amonitarum & Moabitarū pacem & bonū nō quæras.

Deut. xx. CCXXIX Non ſuccides arbores, de quibus ueſci poteſt.

Deut. xxiiij. CCXXX Non procedet ad bellum qui nuper uxorem duxit, nec ei quicquam publicæ neceſſitatis iniungetur. Sed domi maneat, ut uno anno lætatur cum uxore ſua.

Deut. vij. CCXXXI Non timebitis eos. Scilicet hoſtes. Quia deus, deus tuus in medio tui eſt, ipſe conſumet nationes has de conſpectu tuo.

Deut. ij. CCXXXII Nec uendere poteris pecunia. Quam ex captiuis gentium duxiſti uxorem.

Ibidem. CCXXXIII Nec eam opprimere per potentiam. Id eſt, ad ſeruitutem compellere.

Leuit. xx. j CCXXXIIII Nec cōtaminetur ſacerdos in mortibus populorū ſuorū,

Ibidem. CCXXXV Nec cellulam ubi iacet cadauer, intrabit. Hoc nō plane litera exprimit, ſed aliunde ſimilitudinis argumēto reuincit. Q̄z uero execrabilis & abhorrenda ſit mortuorum pollutio, frequentiori admonitione lex ipſa oſtendit. Qui em̄ inquit, humanæ animæ morticiniū tetigerit, & aſperſus non fuerit, polluet tabernaculum domi & peribit ex Iſrael, rurſus omnes qui ingrediuntur tentoriū hominis qui moritur, & uaſa omnia, quę ibi ſunt, polluta erunt. Inſuper qui cadaueris os aut ſepulchrū tetigerit, immundus erit. Nil deniq; immunditiæ adeo deteſtatur lex Moſis, ſicut contagium mortuorum, tum quia ſtolida olim gentiū ſuperſtitio mortuorum tumulos inhabitare, & illorum ſpiritus conſulere & adorare conſueuit, tum etiam quod nihil magis ſpiritales mortalium uires inquinat & corrumpit, q̄ putida & uirulenta exhalatio mortuorum. Hinc illud Apoſtoli, Immundum ne tetigeritis. Et illud Euangelij, Dealbata ſepulchra plena oſſibus mortuorum & omni ſpurcitia. Sciſcitaberis forte nec iniuria, ſi uſq; adeo execranda eſt morticinorum pollutio, quid eſt quod ſanctorum templa, delubra & arę, fœdis paſſim peſtiferisq; cadaueribus mortuorum ſparſa & plena ſint, illis etiam locis, ubi ſacratiſſima glorioſi corporis Chriſti myſteria coluntur. Nec hæc ſoluitur quæſtio ex hoc, q̄ Apoſtolus ad Roma. Omnia munda eſſe cenſuerit. Et ad Titum, Omnia inquit, munda ſunt mundis, ibi em̄ ide eſca eſt ſermo, quæ non commendat nos Deo. At quamuis omnia liceant, qua licentia & libertate nos Chriſtus donauit per ſanguinem crucis, non tamen (inquit Apoſtolus) omnia expediunt. Vt rem deniq; & quæſtionem hanc paucis abſoluam, ſcito, q̄ huius & imaginum culturæ ratio eadem exiſtat, quā tu conſidera.

Leuit. xxj. CCXXXVI Pontifex ſup̄ patre quoq; ſuo & matre nō cōtaminabitur.

Et ad

CCXXXVII Et ad omnem mortuum non ingredietur omnino. Ibidem.

CCXXXVIII Non assumes nomen dei (. i. Tetragrammaton) dei tui in uanum. Exod. xx.

Quadrifariam in uanū dei nomen assumitur. Primo quando id iureiurando negat, cuius oppositū opprobant omnes, puta iurando, nusquam reperiri in orbe ciuitatem Ierusalem. Secundo, iurādo aliquid quod omnino rei natura non patitur, ut per aēra uolare bouē, aut perpetuis diebus septem uigilijs et ieiunio uelle incūbere. Tertio se transgressurum aliquod mandatorum legis. Quarto uerum esse cuius oppositum seu falsitas a nemine nec excogitare quidem potest, ut duo esse duo.

CCXXXIX Nec periurabis in nomine meo. Leuit. xix.

Id est, in quocunq; sacro nomine te fecisse quod non feceris, aut facturum quod non facies.

CCXL Nemini mentiemini. Ibidem.

Id est, non negabis mutuum tibi datum.

CCXLI Nec falsarij estote unusquisq; contra proximum suum. Ibidem.

Id est, depositum non neges.

CCXLII Non faciet irritum uerbum suum qui nouerit. Num. xxx.

CCXLIII Abstinens uoto, a uino, & omni quod inebriare potest abstinebit. Num. vi.

CCXLIIII Et ab uuis recentibus. Ibidem.

CCXLV Et ab acinis. Ibidem.

CCXLVI Et a siccis. Ibidem.

CCXLVII Et a cortice uuarum. Ibidem.

CCXLVIII Super mortuum non ingredietur. Ibidem.

CCXLIX Nec super patris quidem, & matris, & fratris, sororisq; funere contaminabitur. Ibidem.

CCL Nouacula non transibit per caput eius. Ibidem.

CCLI Omne quod deo consecratur non ueniet. Leuit. xxvij.

CCLII Nec redimi poterit. Ibidem.

Scilicet ab eo ipso qui rem suam consecrauit.

CCLIII Decimas & primitias tuas non tardabis offerre. Exodi. xxij.

CCLIIII Omnis alienigena non comedet de sanctificatis. Leuit. xxij.

Alienigena hic unūquemq; Iudæorum non de sacerdotali stemmate natum enunciat.

CCLV ¶ Non inquilinus neq; mercenarius sacerdos uescentur ex eis.

Scilicet ex sanctificatis. Inquilinus hic emptum a sacerdote in perpetuū (. i. usq; ad iubileum) mercenarius uero pro tēpore conductitiū designat.

CCLVI Filia sacerdotis cuilibet ex populo nupta, de his quæ sanctificata sunt, & de primitijs non uescetur. Ibidem.

CCLVII De semine Aaron qui fuerit leprosus aut patiens fluxū seminis, non uescetur de his quæ sanctificata sunt. Ibidem.

CCLVIII Qui in præputio est, non uescetur de primitijs. Ibidem.

Hoc non exprimitur in lege, ſed de paſchali anno a ſimili concluditur.

Deut. xij. CCLIX Non poteris comedere in oppidis tuis decimam frumenti.

Sed coram deo comedes omnia ea in loco quem elegerit deus, ſ. in Ieruſalē

Ibidem. CCLX Nec decimam uini.

Deut. xxvj. CCLXI Nec olei.

Ibidem. CCLXII Non ſeparaui de eo, ſ. ſanctificato in immundicia.

Hinc colligunt minime licere decimis ueſci cum immunditia.

Ibidem. CCLXIII Non comedi ex ea in luctu meo.

Hinc reuincitur nephas eſſe comedere de ſacris in die mortis parentum, ſororis, fratris, aut gnati.

Ibidem. CCLXIIII Nec expendi ex his quicquam in re funebri.

Sacra enim prophanat, qui ea ad immundorum uſum impendit. Hinc ſtatuunt Talmudei illum maxime inquinare ſacra, qui rudi & iniquo ſacerdoti decimarum primitias, & quiquid ad ſacra ſpectat, impertit.

Deut. xij. CCLXV Non poteris comedere primitias manuum tuarum niſi coram deo, deo tuo.

Leuit. xxv. CCLXVI Agrum non ſeres (uidelicet ſingulo annorum ſeptimo).

Ibidem. CCLXVII Et uineam non putabis.

Ibidem. CCLXVIII Caduca fragmina meſſis tuæ (.ſ. de quibus rurſus ſponte ager producit ſegetes) non metes. ſ. anno ſeptimo.

Deut. xv. CCLXIX Et uuas uinearum tuarum (.ſ. non putatarum anno ſeptimo) non colliges.

Ibidem. CCLXX Cui debetur aliquid ab amico, uel proximo, ac fratre ſuo id anno remiſſionis repetere non poterit.

Ibidem. CCLXXI Caue ne forte ſubrepat tibi impia cogitatio, & dicas in corde tuo, appropinquat ſeptimus annus remiſſionis, & auertas oculos a paupere.

Videlicet ut mutuum dare recuſes.

Leuit. xxv. CCLXXII Non ſeretis.

Anno ſcilicet iubileo.

Ibidem. CCLXXIII Neq; metetis ex deciduis eius fragminibus naſcentia.

Ibidem. CCLXXIIII Et primitias uindemiæ non colligetis.

Ibidem. CCLXXV Terra non uendetur in perpetuum.

Sed iubilei anno ad priſtinum poſſeſſorem reuertetur.

Deut. xviij. CCLXXVI Non habebunt ſacerdotes & leuitę partem (ſcilicet ſpolij) & hæreditatem cum reliquo Iſrael.

Leuit. xxv. CCLXXVII Nil accipient leuitę de poſſeſſione in medio fratrū ſuorū.

Deut. xviij. CCLXXVIII Suburbana autem eorum (.ſ. leuitarū) non ueneant.

Leuit. xix. CCLXXIX Agrum tuum non ſeres permixto ſemine.

Deut. xxij. CCLXXX Non ſere uineam tuam commixto ſemine.

Leuit. xix. CCLXXXI Iumenta tua non facies coire cum alterius generis animantibus.

Non arabis

CCLXXXII Non arabis in boue ſimul & aſino. Ibidem.
Sic de quibuſcunq; iumentis, quorum unum mundum, alterum immundum fuerit, iudicandum.

CCLXXXIII Non indueris ueſtimento, quod ex lana lino q; contextum eſt. Ibidem.

CCLXXXIIII Non conſumabis angulos (ſcilicet externa) agri tui dum metis. Leuit.xix.

CCLXXXV Nec remanentes ſpicas colliges. Ibidem.

CCLXXXVI Nec q; in uinea tua racemos. Ibidem.

CCLXXXVII Nec grana decidentia congregabis. Ibidem.
Sed pauperibus uidelicet & peregrinis carpenda dimittes.

CCLXXXVIII Nec reuerteris ut tollas manipulum oblitum in agro tuo. Deut.xxiiij.

CCLXXXIX Non obdurabis cor tuum, nec contrahas manum a paupere. Deut.xv.

CCXC Non ædificabis altaria de ſectis (ſcilicet cultro) lapidibus. Exo.xx.

CCXCI Non aſcendes per gradus altare meum. Ibidem.

CCXCII Caro hominis non ungetur ex eo. Exodi.xxx.
Scilicet ex oleo chriſmatis ſacerdotum.

CCXCIII Et iuxta compoſitionem (.ſ. olei) non facietis aliud. Ibidem.

CCXCIIII Talem compoſitionem (.ſ. thymiamatis) nõ facietis. Ibidem.

CCXCV Non offeretis ſuper altari thymiama compoſitionis alterius (ſcilicet q; ſacerdotis). Ibidem.

CCXCVI Nunquã extrahantur uectes a circulis archæ tabernaculi. Exod.xxv.

CCXCVII Ad uaſa ſanctuarij, & ad altare non accedant leuitæ. Num.xviij.
Videlicet ad ſacrificandum, quod ſacerdotum duntaxat munus eſt.

CCXCVIII Non rumpetur (latina æditio, ne facile rumpatur) ſacerdotis tunicæ caputium. Exo.xxviij.
Sic & quemcunq; ſacerdotalem amictum diſſuere & ſcindere nefas.

CCXCIX A ſe inuicem rationale, & ſuper humerale (ſcilicet ſacerdotis) nequeant ſeparari. Ibidem.
Videlicet dum ſacerdos ſacra miniſtrat.

CCC Vinum & omne quod inebriare poteſt, non bibetis. Leuit. x.
Scilicet ſacerdotes, quando tabernaculum templumue intrant.

CCCI Pontifex capitis ceſariem in comam creſcere non ſinat. Leuit.xxj.
(Latina æditio, caput ſuum non diſcooperiat) ſed ſingulis octauis diebus tondat.

CCCII Veſtimenta non ſcindat. Ibidem.
Nec ſciſſis laceriſq; ueſtimentis induatur.

CCCIII Nec omni tempore ingrediatur pontifex ſanctuarium intra uelum. Leuit.xvj.
Sed ſolum propitiationis die.

Nume.v. CCCIIII Nec contaminent caſtra immundi.
Sed eiiciantur extra,quicunq; ſeminis fluxum,lepra ac mortuorum cada ueribus fuerint contaminati.

Leuit.xxij. CCCV Caueant ſacerdotes immundi ab his,quæ conſecrata ſunt.

Leuit.ij. CCCVI Et non polluent nomen dei ſui.
Id eſt, ne ſacerdotes polluti, ante Baptiſmatis lauacrum & ſolis occaſum ſacra miniſtrent.

Ibidem. CCCVII Intra uelum non ingrediatur, nec accedat ad altare, qui maculam habet.
Videlicet,& ſi nihil miniſtrauerit.

Ibidem. CCCVIII Nec accedat ad miniſterium.
Videlicet, etiam ſi ſanabilis macula fuerit.Maculæ quibus homo, pariter & iumentum atq; ſacerdos contaminabitur,quinquaginta ſunt, Quæ uero ſolũ hominem polluunt nonaginta,quarum ſingulatim explicatio huius compendij limites tranſgrederetur.

Num.xviij. CCCIX Alienigena non accedet uos.
Alienigenam hic appellat,nõ de ſacerdotali ſtirpe natum,qui ab altaris miniſterio arcetur.

Leuit.xxij. CCCX Si maculam habuerit non offeretis.
Id eſt,non conſecrabitis.

Ibidem. CCCXI Non offeretis ea (ſcilicet maculam habentia) deo.
Id eſt,eorum ſanguinem non conſpergite.

Ibidem. CCCXII Non adolebitis ex eis ſuper altare deo.

Ibidem. CCCXIII Omne animal uel contritis,uel tonſis,uel ſectis,ablatiſq; teſticulis non offeretis (.i.immolabitis) deo.

Leuit.xxij. CCCXIIII Nec de manu extranei (id eſt gentilis) offeretis ex his (.ſ.maculam habentibus) panem deo ueſtro.
Videlicet,& ſi hæc in aliud quippiam permutaueris,nihilominus tamẽ id in quod permutatum fuerit, quoq; ſordidum & execrandum erit.

Ibidem. CCCXV Omnis macula non ſit in ea.
Id eſt,uoluntarie,ſeu ſtudio,non eſt iniicienda macula ſacris.

Deut.xxiij. CCCXVI Non offeres mercedem proſtibuli.

Ibidem. CCCXVII Nec precium canis in domo dei.
Precium canis,eſt pro canis commutatione acceptum.

Leuit.ij. CCCXVIII Nec quicquam fermenti adolebitur.

Ibidem. CCCXIX Nec mellis.

Ibidem. CCCXX Nec auferes ſal fœderis dei tui de ſacrificio tuo.
Omni enim ſacrificio apponendum eſt ſal.

Deut.xij. CCCXXI Non poteris omnia comedere,& omnia quæ noueris.
Hinc trahunt Talmudei,q; de holocauſto nihil in cibum ſumendum.

Leuit.vj. CCCXXII Ne quiſquam comedet ex ſacerdotis oblatione.

Ibidem. CCCXXIII Hoſtia, cuius ſanguis infertur in tabernaculum, non comedetur.

Non poteris

CCCXXIIII Non poteris comedere & quæ ſponte offerre uolue ris,ante illorum ſanguinis conſperſionem. Deut. xxj.

CCCXXV Nec armenta & pecora. Ibidem.

Id eſt, ſacerdotibus extra atrium templi ſancta ſanctorum munera comedere non licet.

CCCXXVI Omnis alienigena (non de ſacerdotali tribu) non comedet de ſanctificatis. Leuit. xxij.

Hoc eſt, de ſanctis ſanctorum intra atrium poſt ſanguinis conſperſionem,nam ante ſanguinis cõſperſionẽ id paulo ſuperius inhibitũ legimus.

CCCXXVII Non penitus abrumpatur caput columbæ. Leuit.v.

Quæ pro uoluntario periurio offertur, ſed collo adhęreat.

CCCXXVIII Nõ mittet in eam (uidelicet delinquẽtis oblationẽ) oleũ. Ibidem.

CCCXXIX Nec thuris aliquid imponet. Ibidem.

CCCXXX Reliquum ſimilę libamenti non fermentabitur. Leuit. vj.

Inquocunq; enim libamine eius pars aliqua adoletur in altari, reſiduum ſacerdotis portio eſt,quam ſine fermento comedendam præcipit.

CCCXXXI Non tardabis reddere uotum. Deut.xxiij.

CCCXXXII Caue ne offeras holocauſta tua in omni loco. Deut.xij.

CCCXXXIII Qui mactauerit bouem, aut ouem,aut capram, & non obtulerit ipſum ad oſtium tabernaculi oblationem domino,ſanguinis reus erit. Leuit.xvij.

CCCXXXIIII Ignis nunq; deficiet in altari. Leuit.vj.

Adde & qui quemcunq; ignem de altari extinxerit,præuaricator erit.

CCCXXXV Nec remanebit de hoſtijs ingratiarum actionẽ oblatis quicq; uſq; ad mane. Leuit. xij.

CCCXXXVI Non comedentur carnes conſecratę, quæ relictę ſunt uſq; in mane. Exodi.xxix.

Sed igne abſumantur oportet.

CCCXXXVII Quæcunq; anima execrabile edulium ſumpſerit, præuaricationis rea erit. Leuit. vij.

Execrabile edulium erit, quod non recta intentione immolatum, oblatumue fuerit.

CCCXXXVIII Caro quæ aliquid tetigerit immundũ,nõ comedetur. Ibidem.

Hoc nõ palam litera pronuntiat,ſed ex dicto mandato a ſimili deducitur.

CCCXXXIX Omne ſanctum non tanget immunda. Leuit. xij.

CCCXL Non operaberis in primogenito bouis. Deut.xv.

Adde,& in quocunq; conſecrato ex iumentis & pecoribus.

CCCXLI Non tondebis primogenita ouium. Ibidem.

CCCXLII Non poteris comedere in oppidis tuis primogenita, Deut.xij.

Immaculata,ſed in loco quem deus elegerit.

CCCXLIII Primogenita bouis,ouis,& caprę non facias redimi. Num.xviij.

Sed ſacerdotis erit, & oblatio domino, ſi immaculata & impolluta fuerint.

Leuit.xxvij. CCCXLIIII Quicquid decimum uenerit, ſanctificabitur, & non redimetur.

Ibidem. CCCXLV Nec commutabitur in alterum.

Ibidem. CCCXLVI Primogenita, quæ ad deum pertinent, nemo ſanctificare poterit.

Id eſt, ad aliud q̃ ad altaris & ſacerdotis oblationem.

Exod.xxiij. CCCXLVII Non immolabis ſuper fermento ſanguinem uictimæ tuæ.

De paſchali agno ſermo eſt, quem immolari non licet, niſi cum omni fermento expurgata domus fuerit.

Ibidem. CCCXLVIII Nec remanebit adeps ſolennitatis (ſcilicet ſacrificiorum ſolennium) meæ uſq; mane.

Deut.xvj. CCCXLIX Non remanebit de carnibus eius quod immolatum ueſpere in die primo (.ſ. azimorum) uſq; mane.

Exo.xij. CCCL Non comedetis ex eo (paſchali uidelicet agno) crudum.

Exodi.xij. CCCLI Nec coctum aqua.

Ibidem. CCCLII Nec efferetis de carnibus eius foras.

Sed domi comedetur.

Ibidem. CCCLIII Omnis exterus (id eſt præuaricator) nõ comedet ex eo.

Ibidem. CCCLIIII Aduena & mercenarius non edent ex eo.

Aduenam uocat, qui incola terræ Iſrael ſeptem præcepta Noe, id eſt legẽ naturæ obſeruat, Mercenarium dicit, qui ex Gibaanitis circumciſus eſt, is enim quamuis legem obſeruet, ad nullum tamen ſacrum admittitur.

Ibidem. CCCLV Incircumciſus non ueſcetur ex eo.

Licet Iſraelita natus ſit, & reliqua legis mandata cuſtodiat.

Ibidem. CCCLVI Nec in eo (id eſt paſchali agno) os confringetis.

Num.ix. CCCLVII Nec (in paſchate menſis ſecundi) os eius confringet.

Quando enim pollutionis aut itineris cauſa ipſum paſcha quarta decima primi menſis die celebrare nequiuerit, tunc ſecundi menſis decimaquarta eodem ritu id peragat.

Exo.xij. CCCLVIII Nec remanebit quicquam ex eo uſq; mane.

Num.ix. CCCLIX Sic nec paſchate ſecundo.

Deut.xvj. CCCLX Non apparebit (in ſolennibus feſtis) ante deum uacuus.

Sed ſecum aliquid muneris offeret,

Deut.xij. CCCLXI Caue ne derelinquas leuitam.

Videlicet, quin ei decimas porrigas.

Leuit.xiij. CCCLXII Locus maculæ non abradetur.

Sed pilos relinquat, ut pilorum uarietate ſacerdos dijudicet, leproſa ſit macula nec ne.

Deut.xxiiij. CCCLXIII Caue in plaga lepræ.

Scilicet ne eam occultes.

Non addas

CCCLXIIII Non addas quicquam. Deut.xij.

CCCLXV Nec minuas. Ibidem.

Videlicet,in omni quod præcipio tibi. Hinc argumentantur qui ſecundum carnem ſunt Iſraelitæ, perpetuam Moſaicę legis obſeruantiam,eo quod illud, cui nec addendum neqꝫ minuendum aliquid eſt,oportet ut inuariabile ſit, maneatqꝫ æternum: ſed hĳ ſolito more exorbitant, & aberrant tramite recto,Non enim legis intentio eſt, quod nullum mandatorū quouis loco uel tempore ſit omittendum: nam & hodierna die nulla lu dei offerunt libamina,non adolent holocauſta, non mactant uictimas, nil deniqꝫ de ſacrificandi ritu, nil de mandatis a terræ cultura pendentibus adimplent: ſed (ut tradunt Talmudei in gloſſa uocata ſiphra) quū præcipit lex,nō addas nec minuas,ſenſus eſt,cuiuſqꝫ mandati conditio & operandi modus,quem exprimit lex adamuſſim ſeruandus eſt, utpote ſceno pegiæ ſolennibus planę faſciculum ex quatuor terræ naſcentibus,congeri præcipitur:ſi igitur hanc ex quinqꝫ iunxeris, præcepti (non addas) præuaricator eris.Si eam duntaxat tribus colligaueris, tranſgreſſor præcepti eris (non minuas) ſic de ſingulis iudicandum,ſed de his alibi latius.Hactenus uero de cclxvi. prohibentibus legis præceptis ſatis, iuxta compendiĳ propoſitum fore duximus,modo ea, quæ agendorum ſunt mandata, dei nutu aggrediemur.

AFFIRMATIVA MOSAICAE legis præcepta.

I Ego ſum Deus (ſcilicet Tetragrammaton) deus tuus qui eduxit te de terra Aegypti. Exod. xx.

Tetragrammaton nomen incōmunicabile eſt creaturis, quod entificans ſonat,qui cunctis eſſendi munus impertit. Hoc primum decalogi mandatum,duo credenda inſinuat,eſſe uidelicet deum qui entificat,id eſt omniū entium conditorem,& hunc deum eſſe tuum,qui te eduxit,id eſt cui humanarum rerum cura eſt.

II Audi Iſrael deus (ſcilicet Tetragrammaton) deus noſter, deus unus eſt. Deut. vj.

Id eſt, hunc quoqꝫ unum eſſe credendum,hic palam indiuiduæ Trinitatis myſterium traditur.

III Diliges deum (Tetragrammaton) deum tuum ex toto corde tuo. Ibidem.

Vbiqꝫ quum legitur deus tuus,audiendum qui prouidet tibi,rerumqꝫ tuarum moderator eſt.

IIII Deum (Tetragrammaton) deum tuum timebis. Ibidem.

Biformis timor eſt,alter ſeruilis,filialis alter: ille paruuli,iſte adulti iam erga parentem: ille præuius,iſte comes amoris,de quo hic ſermo eſt.

V Sanctificabor in medio filiorum Iſrael. Leuit.xxij.

Deum ſanctificat, qui pro cultu ueræ pietatis, nullo terrore nec metu concutitur, nulla formidat tormenta, neq; mortis ſupplicia perhorreſcit.

Deut.xviij. VI Prophetam de gente tua & de fratribus tuis ſicut me ſuſcitabit tibi deus Tetragrammaton deus tuus, ipſum audies.

Non phytones, non ariolos, nec ſomnia, nec auguria obſerues, ſolum prophetarum conſule oracula.

Deut.xiij. VII Deum Tetragrammaton deum ueſtrum ſequimini.

Id eſt ambulabitis in uijs eius. Viæ eius ſunt ordo & iuſtitia, quam in rerū natura exiſtentem perpendimus.

Deut. x. VIII Ipſi adhærebis.

Qua adhæſione tota beatitudinis ratio conſiſtit.

Leuit.xix. IX Diliges amicum tuum ſicut te ipſum.

Deut. x. X Et uos amate peregrinum.

Peregrinum uocat eum, qui legis fœdera ex ueſana gentilium ſuperſtitione amplectitur.

Leuit.xix. XI Arguere argue (id eſt multoties) proximum tuum.

Quod niſi feceris reus eris criminis: fideiuſſores enim (inquiunt Talmudei) inuicem filij ſunt Iſrael, ut quum unus delinquat, alius pœnam luat.

Deut. xj. XII Docete hæc uerba mea (ſcilicet legis) filios ueſtros.

Non enim illecebroſis obſcęniſq; poëtarū figmentis & uerborum lenocinio, ſed in diuinæ legis mandatis & ſacris prophetarum eloquijs filiorū teneritudinem inſtituendam docuit: Qualia enim mollis puerorum natura audit, talia & loquitur, & opere explet, qualiſq; adoleſcentia, talis & iuuentus, talis & maturior uirilis ætas, tale demum & uniuerſum humanæ ſocietatis regimen ordoq; reſultat. Quapropter omne tollit bonum, qui filiorum imbecillitatem mortifero hoc Syrenarum cantu demulceri & dulciali ueneno ſinat. Ad hanc igitur uirulentam Reipub. peſtem euitandam, Docete (inquit Moſes) hæc uerba mea filios ueſtros. Nec aliunde quidem peruenit q; pertinatius legem colant Iudæi, niſi q; ab incunabilis legis & prophetarum imbuuntur monitis atq; oraculis: cui Hieronymus (ad Paulinum) alludens: oro, inquit, te, frater chariſſime, inter hæc (prophetarum ſcilicet & Apoſtolorum chariſmata) uiuere, iſta meditari, nihil aliud noſſe, nihil aliud quærere, nonne uidetur tibi hæc in terris regni cœleſtis habitaculum.

Leuit.xix.

Deut. xij. XIII Coram cano capite ſurge.

Deut. xiij. XIIII Subuertite omnia loca, in quibus gentes coluerunt.

XV Confitebuntur peccatum ſuum.

Si enim pœnitentiam peccator egerit, ſacrificiumq; obtulerit, turpe lucrū & iniuſte ablatum reſtituerit, & neglecta confeſſione morte occumbat, is perpetuæ damnationis pœnam reportat, quod tu conſidera.

Num. v

XVI Percuties habitatores urbis (ſcilicet auerſæ ad idola) ore gladij.

Recogita

XVII Recogita in corde tuo, quia ſicut erudit filium ſuum homo, Deut.viij.
ſic deus Tetragrammaton deus tuus erudit te.

Id eſt, ſi te nubilo uultu fortuna (ut uocant) aſpexerit, d diuina correp-
tione tibi illatum eſſe recogita.

XVIII Meditaberis (ſcilicet hæc uerba mea) dormiens at- Deut.vj.
q; conſurgens.

Hinc uniuerſa Iudæorum Synagoga ſummo diligentiæ ſtudio obſeruat,
ut lectiunculam ſcema (id eſt audi Iſrael) qua ſanctiſſimæ Trinitatis in-
ſinuatur archanum, ueſpere & mane, uiua uoce attentaque meditatione
perſoluat.

XIX Et ſeruiatis ei (ſcilicet deo) ex toto corde ueſtro. Deut.xj.

Statuunt cordis ſeruitutem ſola oratione conſiſtere, quæ (ut traditur
codice Berachos) certam temporis, loci, corporis, mentiſq; coaptationem
expoſtulat. Statuta quidem tempora ſunt, mane, meridie, ueſpere, iuxta il-
lud pſalmorum, Veſpere, mane, & meridie narrabo & enunciabo. Iunior Pſalm.54.
uero Iudæorum multitudo, meridianam ueſpertinamq; horam ueſpere ſi
mul abſoluunt. Locus non ſit eminens, ſed in plano, omni expurgatus
ſorde, & a mulierum ſeiunctus obtuitu. Sit quoq; mundum & nitidum
corpus, uergat facie ad orientem, pedibus iuxta poſitis ſtet, humi defigat
intuitum, & cor ſubleuet in altum, ſit & mens uacua, aliena imagine, atq;
primum creatoris enarret laudes, exinde uota imploret, gratias denique
peragat.

XX Sic benedicetis (uidelicet uos ſacerdotes) filiis Iſrael. Num.v.

Conſtitutum enim eſt, ut ſolennibus feſtis ſacerdotes in magno & ineffa-
bili nomine Tetragrammaton benedicant Iſraeli, pronunciando id ipſum
Tetragrammaton in ſanctuario ſuis characteribus, foris autem ſolo cog-
nomine Edonai.

XXI Et ligabis (ſcilicet uerba mea) in ſignum ſuper manu tua. Deut.vj.

XXII Eruntq; in frontale ornamentum inter oculos tuos. Ibidem.

Gemina hæc ſignacula leui brachio & manui, atq; fronti alliganda, ex qua
tuor delege exceptis lectiunculis certa quadam lege conſcriptis, & certo
quodam corio operienda compaginandaq; præcipiuntur. Prima lectiun-
cula eſt illud Exo, ſanctifica mihi. Secunda ibidem, cunq; introduxerit.
Tertia, illud Deut. audi Iſrael. Quarta, Si ergo obedieritis. Deut.vj.

XXIII Scribeſq; ea (ſcilicet uerba illa mea) in poſtibus domus tuę Deut.vj.
& portis tuis.

Solent enim in huius mandati obſequium membranam ſcedulam, arundi
ni inclusam, duabus ex præfatis lectiunculis, una cum diuinis quibuſdam
nominibus (eodem ritu quo & prædicta ornamenta) conſcriptam, o-
ſtij poſtibus infigere, quam in exitu & introitu domus digitorum tactu et
oſculo uenerantur.

Nunc autem

Deut. xxxj. XXIIII Nunc autem ſcribite uobis canticum illud.
Videlicet legem. Hinc trahunt Talmudei, codice ſenatorum, capite caher gadol, attinere ad unumquemq; filiorum Iſrael ſibi pentateuchum (eadē obſeruantia qua & frontale & manuale ornamentum) conſcribere, aut ab alio conſcriptam mendis propria purgare manu.

Deut. xvij. XXV Deſcribet (ſcilicet rex) Deuteronomium huius legis.
Senſus eſt, non ſolum illud pentateuchi uolumen, quod Deut. iij. inſcribi tur, ſed legem uniuerſam geminatam deſcribere: unam, quia Iſraelita: alte ram, quia rex: illam quidem reponat, hanc uero & foris & domi ſecum circumferat.

Num. xiij. XXVI Facient ſibi fimbrias per quattuor angulos palliorum.
Fimbria hic fila ſunt de lana contexta, numero octo, in ſingulis quattuor pallij angulis colligata.

Deut. viij. XXVII Cum comederis, & ſatiatus fueris, benedicas deo (Tetra grammaton) deo tuo.

Leuit. xij. XXVIII Die octaua circumcidetur infantulus.

Exod. xx. XXIX Memento ut diem ſabbati ſanctifices.

Exodi. xxiij. XXX Septima die requieſces.

Leuit. xxv. XXXI Sabbatum requietionis eſt decimus dies menſis ſeptimi.

Leuit. xvj. XXXII Affligetis (in die illa) animas ueſtras.

Exodi. xij. XXXIII Dies prima azimorum erit ſancta & ſolennis.

Nū. xxviij. XXXIIII Dies quoq; ſeptimus azimorum celeberrimus & ſanctus uobis erit.

Leuit. xij. XXXV Et uocabitis hunc diem celeberrimum.
Diem uidelicet Penthecoſtes, qua nouarum frugum oblatio fit.

Ibidem. XXXVI Prima die menſis ſeptimi erit uobis ſabbatum.
Hæc dies eſt, qua (iuxta hebræorum computū) ſumitur anni exordium.

Ibidem. XXXVII Dies primus (ſcilicet in tabernaculorum feſto) uocabi tur celeberrimus.

Ibidem. XXXVIII Dies quoque octauus (eiuſdem feſti) uocabitur cele berrimus.

Exo. xij. XXXIX Die prima azimorum (id eſt paraſceues) auferetis fer mentum de domibus ueſtris.

Ibidem. XL Quarta decima die menſis primi (id eſt Martij lunationis) ad ueſperam comedetis azima.

Exod. xiij. XLI Mementote huius diei in qua egreſſi eſtis de Aegypto.
Scilicet laudibus & gratiarum actione.

Num. xxix. XLII Prima dies menſis ſeptimi, dies clangoris eſt & tubaum.

Leuit. xxiij. XLIII Sumetisq; uobis die prima feriæ tabernaculorum fructus arboris pulcherrimæ, ſpatulaſq; palmarum, & ramos li gni, denſarum frondium, & ſalices de torrente.
Fructus ſumitur ex arbore citri: palmarum ſpatulæ, ſunt ramuſculi ar boris dactilorum: Pro ligno denſarum frondium, ſumitur myrthus.

Habitabitis

XLIIII Habitabitis in umbraculis ſeptem diebus. Ibidem.

Scilicet diebus Scenopegiæ, quibus ſub ſalicū aut quorūcūq; uirentium ramuſculorum & frondium tegmine degunt.

XLV Dimidium ſicli dabit omnis, qui tranſit ad numerum. Exodi. xxx.

Siclus (ut codices ſkalim, id eſt ponderum Talmudei explanant) primum pro uiginti, nunc uero uiginti quatuor denariorum pondere ſumitur. Denarius autem ſexdecim tritici granis conſtat: ſingulis igitur annis, qui tranſit ad numerū (id eſt q uigeſimi anni ætatē agant) dimidiū ſicli offerat.

XLVI Menſis iſte ſit uobis principium menſium. Exo. xij.

Hinc (ſecundo capite roſch haſehena) Neomeniam ſiue nouilunium uiſu iudicandum ſtatuunt Talmudei, ſi triceſima die menſis ex aëris turbulentia cornua lunæ non effulſerint, tunc trigeſimam primam diem neomeniam celebrant, Et inde ſequentis menſis initium ſumunt. Talis autem nouilunij obſeruatio erat Iudæis, quamdiu gubernacula tenebāt terræ Iſrael. At poſt illorum exterminium & diſperſionem per orbem nonnullos conſtituerūt canones, certaſq; tabellas, quibus lunares, ſolſtitiales, biſextilesq; recurſus iuſto ordine, ſtatisq; temporibus inueniri & denunciari poſſint.

XLVII Obſeruabitis & implebitis, hæc eſt enim ueſtra ſapientia et intellectus coram populis. Deut. iiij. & xvj.

Hinc computum luminarium motuum perdiſcendum & obſeruandum eſſe colligunt Talmudei.

XLVIII Si acceperit homo uxorem, & dominatus fuerit illi. Deut. xxiiij.

Hinc tradunt (codice chi duſchim) tripartite contrahi matrimonium, uidelicet argenti precio, coniugali copula. & ſcriptis.

XLIX Creſcite & multiplicamini. Genſis. j.

Ex hoc eliciunt (capite habaal ieuimto) neminem, niſi illum, qui ſeſe totum deo tradidit, deuouitq;, eſſe immunem a lege propagandi, quouſq; & filium & filiam procreauerit.

L Scribit libellum repudij, & dabit in manu illius. Deut. xxj.

Quando enim ob aliquam fœditatem uxor inuiſa fuerit marito, tunc per repudij libellum connubij lex fœduſq; ſoluitur, & uterq; ad ſecunda uota tranſire poteſt.

LI Accipiet fratris defuncti abſq; liberis uxorem frater. Deut. xxv.

Quamſi frater in coniugem habere noluerit, diſcaltiationis (quæ mox ſubuertitur) legem cogitur adimplere.

LII Tollet (ſcilicet defuncti uxor) calciamentum de pede eius. Ibidem.

Quando enim defuncti frater cōnubium cum fratris ſui uxore renuerit, tunc coram ſenioribus tollet mulier calciamentum, certo quodam artificio contextum, de pede leuiri, ſpuetq; in faciem eius dicens: ſic fiet homini qui non ædificat domum fratris ſui.

LIII Si inflexerit (ſcilicet uerborū blandimentis) quis uirginem, habebit eam uxorem, aut reddet pecuniam iuxta modum dotis qua uirgines dotari ſolēt. Si apprehendens (ſcilicet ui) uirginem concu- Exod. xxij

nem concubuerit cum ea, dabit quinquaginta ſiclos patri, & habebit eam uxorem.

Ibidem. LIIII Diffamatam habebit omnibus diebus uitæ ſuæ.

Num.v. LV Vir quem zelotipiæ ſpiritus concitauerit contra uxorem, adducet eam ad ſacerdotem.

Qui ei in potum execrabilem quendam liquorem propinabit, quem quũ exhauſerit, ſi polluta & adulterij rea fuerit, illico in tumorẽ uenter, inq; putredinem femur eius conuertetur: ſi fuerit innocens, tunc incolumis, grata marito atq; fœcunda erit.

Leuit.xxj. LVI Pontifex uirginem ducet uxorem.

Ibidem. LVII In mortibus conſanguineis & propinquis contaminetur (id eſt eius funera celebret) ſacerdos.

Quod in non conſanguineis minime permittitur.

Deut.xiiij. LVIII Seperate uos iumentum mundum ab immundo.

Id eſt, perdiſcite ſigna, quibus hæc diſcerni ualeant.

Ibidem. LIX Et auem mundam ab immunda.

Leuit.xj. LX Quicquid ex quadrupedum uolucris longiora retro habet crura, per quę ſalit ſuper terram, comedere debetis.

Id eſt, comedere licebit.

Ibidem. LXI Omne quod habet pennulas & ſquammas comedetis.

Deut.xij. LXII Immolabis de pecoribus & armentis, ſicut præcepi tibi.

Immolandi conditio eſt, ut gutturis meatus incidantur, in uolucri quidem alterum de duobus, ſ. de meri, aut trachea tantum. In pecoribus uero plurimam utriuſq; partem iugulare oportet. Multa inſuper acceſſoria iugulandi lex requirit, utpote, quis, quantum, cum quo, ubi, quando, quomodo, & id genus, quæ hic commemorare minime oportunum uidetur.

Leuit.xvij. LXIII Fundet ſanguinem eius (ſcilicet ſanguinem iugulati animalis) & operiat illum terra.

Deut.xxij. LXIIII Quum nidum auis inueneris, matrem abire patieris.

Exod.xxj. LXV Si bos cornibus percuſſerit, lapidibus obruetur.

Exodi.xxij. LXVI Si læſerit quiſpiam agrum, quicquid optimum habuerit pro damni æſtimatione reſtituet.

Exodi.xxj. LXVII Reddet dominus ſcilicet fodiens ciſternam, precium iumentorum, qua ceciderunt in eam.

Exo.xxij. LXVIII Reddet damnum, qui ignem ſuccenderit.

Exo.xxj. LXIX Reſtituat percutiens operas percuſſi (id eſt operas, quas languore detentus neglexit) & impenſas in medicos.

Exod.ij. LXX Fur quinq; boues pro uno boue, & quatuor oues pro una oue reſtituet.

Videlicet cum iam furto ablatum iumentum fur ipſe occiderit aut uendiderit, ſin minus duplum duntaxat reſtituet.

Leuit.xix. LXXI Statera iuſta, & æqua ſint pondera.

Reddet omnia,

LXXI Statera iuſta,& æqua ſint pondera. Leuit.xix.

LXXII Reddet omnia,quæ per fraudem uoluit obtinere. Leuit.vj.

LXXIII Reduces fratri tuo bouem,aut ouem errantem,& om= Deut.xxij.
nem rem fratris tui quæ perierit.

LXXIIII Qui fortuitu quempiam morte percuſſerit, manebit in ur= Num.xxxv
be ad quam confugerat,donec ſacerdos magnus obeat.

LXXV Tres ciuitates ſeparabis tibi. Deut. xix.

Videlicet ad eas confugiat, qui nō uolens,ſed caſu proximū interfecerit.

LXXVI Abſcindes manum mulieris apprehendentis uerenda e= Deut.xxv.
ius qui cum uiro ſuo rixatur.

LXXVII Et cedent in ea (ſcilicet ualle) ceruices uitulæ. Deut. xxj.

Videlicet pro occiſo,cuius cedis reus ignoratur.

LXXVIII Facies murum tecti per circuitum. Exodi.xxij.

LXXIX Si uideris aſinum odientis te iacere ſub onere, auxiliabe Exod.xxiij.
ris cum eo.

Scilicet ad ſarcinam leuandam.

LXXX Leuabis quoq; aſinum & bouem fratris, qui ceci= Deut. xxij.
dit in uia.

Quod de cęteris quibuſcunq; ſuccumbentibus iumentis audiendum eſt.

LXXXI Quando uendes uel emes, iuxta numerum annorum Iu= Leuit.xxv.
bilei emes, & iuxta ſupputationem frugum uendet tibi.

LXXXII Si emeris ſeruum Hebræum,ſex annis ſeruiet tibi,& in Exo.xxi.
ſeptimo egredietur.

LXXXIII Dabis ſeruo tuo Hebræo,aut hebręæ,quem liber= Deut.xvj.
tate donaueris uiaticum.

Videlicet de gregibus,de area,& torculari tuo.

LXXXIIII Famulam (hebræam) uenditam redimet (latina ædi Exodi.xx.
tio dimittet) dominus.

Id eſt eam redimi permittat.

LXXXV Si autem filio ſuo deſponderit eam. Ibidem.

Hic famulam emptam deſpondendam eſſe patri aut filio conſtituunt.

LXXXVI Famulos autem de nationibus,quæ in circuitu ueſtro Leuit.xxv.
ſunt,poſſidebitis in æternum.

Id eſt,aduſq; iubileum.

LXXXVII Qui pecuniam aut uas (ſupple gratis) in cuſtodiam ac Exo.xxij.
ceperit, & furto ablata fuerit,iurabit, quod non
extenderit manum in rem proximi ſui.

Id eſt,iurabit ſe non commiſiſſe ſe fraudem,uel dediſſe occaſionem furti,et
ſi nihil pro re ablata reſtituet.

LXXXVIII Si ad cuſtodiam (ſ.non gratis,ſed cū mercede) rē ac= Ibidem.
ceperit, & furto ablata fuerit, reſtituet damnum
domino.

Deut.xxiiij. LXXXIX Eadem die reddes pauperi præmium ſui laboris.

Deut.xxiij. XC Ingreſſus (ſcilicet mercenarius) uineam proximi tui, comede quantum tibi placuerit.

Exodi.xxij. XCI Qui quicquam mutuo poſtulauerit, & debilitatum aut mortuum fuerit domino non præſente, reddere compelletur.

Ibidem. XCII Si pignus a proximo (ſcilicet exactoris ui) acceperis ueſtimentum, ante ſolis occaſum reddes ei.

De ueſtimento, quo nocturna quiete operitur, ſermo eſt.

Ibidem. XCIII Si (id eſt quia) pecuniam mutuam dederis populo meo.

Hinc docemur mutuo dandum eſſe ægeno.

Ibidem. XCIIII Quicquid damnũ inferre poteſt, ad deos (id eſt iudices) utriuſq; cauſa perueniet.

Num.xxvij XCV Homo cum mortuus fuerit abſq; filio, ad filiam eius tranſibit hæreditas.

Deut.xvj. XCVI Iudices & caduceatores (latina æditio magiſtros) conſtituas in omnibus portis tuis.

Exodi.xxiij. XCVII Secundum plures (ſcilicet in iudicio) iudicandum.

Aliter latina tralatio.

Exo.xxj. XCVIII Vltione uindicabitur. Id eſt gladio.

Leuit.xx. XCIX Morte moriatur. Id eſt ſtrangulationem.

Ibidem. C Viuus ardebit cum eis, id eſt igne comburetur.

Deut.xxij. CI Lapidibus eum obruet populus ciuitatis.

His quatuor modis infligendæ mortis patibuli quoq; ſupplicium comprehenditur, eo q̃ nullus reus appenditur, quin prius aliquo horum modorũ mortis pœnam luerit.

Deut.xxj. CII Et appenſus erit in patibulo.

Ibidem. CIII Adiudicatus morti in eadem die ſepelietur.

Ibidem. CIIII Proſternet eum iudex, & coram ſe faciet uerberari.

Aduſq; quadraginta enim uerberibus percutitur, qui alicuius prohibentis mandati (quo nec mors, nec animi exterminium exprimitur) præuaricator fuerit.

Leuit.xix. CV Iuſte iudica proximo tuo.

Exod.xxiij. CVI Mendacium fugies.

Leuit.v. CVII Qui uidit aut conſcius eſt, niſi (ſcilicet iure teſtimonij) indicauerit, portabit iniquitatem ſuam.

Deut.xiij. CVIII Quære & inueſtiga diligenter (ſcilicet teſtes).

Deut.xix. CIX Reddent ei (ſcilicet falſo teſti) ſicut ipſe fratri ſuo facere cogitauit.

Deut.xvij. CX Et iuxta iudicium, quod (ſcilicet ipſe iudices) denuntiant, facies.

Exod.xx. CXI Honora patrem tuum, & matrem tuam.

Leuit.xix. CXII Vnuſquiſq; patrem ſuum & matrem ſuam timeat.

Conſtitues

CXIII Conſtitues regem,quem deus (Tetragrammaton) deus tuus elegerit. Deut.xvij.

CXIIII Delebis nomen Emalech ſub cœlo. Deut.xxv.

Quis fuerit,quidue fecerit Emalech,in præhabitis patefecimus. Ibidem.

CXV Memento quid fecerit Emalech. Ibidem.

CXVI Septem gentes omnimoda deuaſtatione uaſtabis. Deut.xx.

CXVII Cum acceſſeris ad expugnandam ciuitatem, offeres ei primum pacem. Ibidem.

CXVIII Habebis locum extra caſtra,ad quem egrediaris ad requiſita naturæ. Deut.xxiij.

CXIX Stabit ſacerdos ante aciem. Deut.xx.

Scilicet ut populum cõmoneat, ac de cordibus eorum belli metũ excutiat,

CXX Vacabit,qui nuper uxorem accepit domui ſuę,uno anno & letetur cum uxore ſua. Deut.xxiiij.

CXXI Mulierem quam ex captiuis gentium adamaueris, introduces in domum tuam. Deut.xxj.

Et poſtquam ceſariem abraſerit,ungues circumciderit, & ueſtem, in qua capta eſt depoſuerit, patrem matremq; defleuerit, intrabis ad eam, & erit uxor tua.

CXXII Iurabis in nomine illius. Ibidem.

Scilicet Tetragrammaton:quando ad te iuſiurandum ſpectat.

CXXIII Quod ſemel egreſſum eſt de labijs tuis,obſeruabis. Deut.xxiij.

CXXIIII Iſtę ſunt leges quas conſtituit deus Tetragrãmaton Moyſi. Num.xxx.

Scilicet de uoto: uotum nanq; puellæ patris uoluntati,nuptę autem mariti arbitrio ut reprobet uel affirmet committitur:aliorum autem uota abuno tantum ſapiente,aut a tribus idiotis relaxari poſſunt.

CXXV Creſcat ceſaries capitis eius. Num.v.j

Eius,qui uouerit aut abſtemius fuerit;

CXXVI Qui autem mortuo illico (id eſt ex improuiſo) pollutus fuerit,radet caput. Ibidem.

Die emundationis (latina æditio) radet illico.

CXXVII Qui uouerit precium animæ deo,ſi fuerit maſculus,dabit quinquaginta ſiclos. Leuit.xxvij

Sic & aliorum quæ uouerit precium dabit (ut ibidem legitur) iuxta ſexus,& annorum,opumq; diſcrimina.

CXXVIII Animal (ſcilicet mundum) ſi quis uouerit,ſanctum erit, ſi autem immundum fuerit, Ibidem.

CXXIX Venundabitur iuxta pretium,quod ei ſtatuit ſacerdos. Ibidem.

CXXX Si uouerit domum,conſyderabit eam ſacerdos. Ibidem.

Huius eadem quæ & animalis conditio eſt.

CXXXI Si agrum uouerit, iuxta menſuram ſementis æſtimabitur precium. Ibidem.

Ibidem. CXXXII Quicquid ſemel fuerit anathematizatum (id eſt conſecratum) ſanctum ſanctorum erit domino.

Id eſt, in prophanũ uſum uenire non licet, ſed duntaxat ſacerdotum poſſeſſio erit, quę nec redimi nec uenundari poterit.

Deut. xviij. CXXXIII Primitias frumenti dabis ſacerdoti.

Harum primitiarum quantitas, elargientis arbitrio relinquitur. Talmudei tamen quinquageſimam frugum portionem dandam ſtatuunt.

Num. xviij. CXXXIIII Offerte (.ſ. uos leuitę) domino decimam partẽ decimę.

Videlicet quam a laicis ſuſcepit leuita, illius rurſum decima ſacerdotibus tradenda eſt.

Ibidem. CXXXV Decimã filiorum Iſrael, quam offerunt deo Tetragrãmaton, primitias leuitis dedi in poſſeſſionem.

Deut. xiiij. CXXXVI Decima decimabis (latina æditio decimã ſeparabis) omnes fruges ſementis tuæ.

Geminam annuo decimam dandam præcipit lex, unam leuitis, alteram quam ipſe decimarum dominus ſibi ſeparet, ut ea ueſcatur in Ieruſalem. Eſt & tertium decimarum genus, quam pauperis decimam appellant, ſolis laycorum & leuitarum pauperibus porrigenda, quæ quidem non ſingulis, ſed tertio tantum anno loco decimæ ſecundæ datur, prius de prima, nunc de ſecunda eſt ſermo. ¶

Ibidem. CXXXVII Quarto anno (uidelicet a plantatione) omnis fructus eorũ (.ſ. lignorum quæ plantaueris) ſanctificabitur.

Id eſt, de eo comedere non licet, niſi in loco quem elegerit deus, uidelicet in Ieruſalem. Tribus aut primis a plantatione annis in nullum penitus uſum eiuſmodi fructus aſſumere fas eſt.

Deut. xxvj. CXXXVIII Loqueris in conſpectu dei Tetragrammaton dei tui, attuli quod ſanctificatum eſt.

De confeſſione hic ſermo eſt, quam fieri oportet, poſtq; oblatæ ſunt decimæ ſecundæ.

Exod. xxiij. CXXXIX Primitias frugum terræ tuæ deferes in domum domini.

Primitiæ hic præcoces terræ fructus oſtendunt, quos ad domum dei deferri mandatur. Quadriformem tu hinc frugum oblationem collige. Prima eſt fructuum qui præcoces prius matureſcunt. Secunda de torculari & area primitiæ. Tertia leuitarum decimæ. Quarta decima ſecunda, quæ eſt pauperum.

Deut. xxvj. CXL Accedes ad ſacerdotem, & dices, profiteor hodie.

Hæc primitiarum, prior uero decimarum confeſſio eſt.

Nume. xv. CXLI Primitias paſtæ (.ſ. de pulmentis) placentam ſeparabis.

Quæ ſcilicet tradetur ſacerdoti, qui ſi minus idoneus fuerit, ignis incendio conſumetur.

Deut. xviij. CXLII. Dabunt ſacerdoti armum, maxillas, ac uentriculum.

Videlicet de immolato iumento.

Ibidem. CXLIII Primitias lanarũ ex ouium tonſione dabitis ſacerdoti.

Primo

CXLIIII Primogenitum filiorum tuorum redimes. Exod.xxiiij

Scilicet quinq; ſiclos dando ſacerdoti.

CXLV Primogenitum aſini mutabis oue. Exo.xiij.

Id eſt pro redemptione dabis ouem.

CXLVI Quod ſi non redemeris (ſcilicet aſinū) interficies eū. Ibidem.

CXLVII Septimo anno ſabbatum erit requietionis. Leuit. xxv.

Videlicet a cultu terræ.

CXLVIII Fruges ſeptimi anni comedent pauperes populi tui, & beſtiæ agri. Exod.xxiij.

De frugib. quas anno illo ſponte producit humus, ſermo eſt.

CXLIX Cui debetur aliquid ab amico anno remiſſionis, remittere oportet. Deut.xv.

Id eſt, debitum exigere nequeat, niſi forte pacta interueniſſent aliqua, quibus (iuxta Hilelis ſancitum) huic mandato derogatur.

CL Numerabis quoq; ſeptem hebdomadas annorum. Leuit.xxv.

Id eſt, ſepties ſeptem aduſq; annum quinquageſimum.

CLI Sanctificabiſq; annum quinquageſimum, & uocabis remiſſionem. Ibidem.

CLII Clanges buccina menſe ſeptimo decima die menſis. Ibidem.

Anni uidelicet quinquageſimi, qui & Iubileus uocitatur.

CLIII Reuertetur homo ad poſſeſſionē ſuā & unuſquiſq; redeat ad poſſeſſionem ſuam priſtinam. Ibidem.

Videlicet quinquageſimo illius Iubilei anno.

CLIIII Qui uendiderit domum ultra muros urbis, habebit licentiā redimendi, donec unus impleatur annus. Ibidem.

CLV Dent filij Iſrael leuitis de poſſeſſionibus ſuis urbes ad habitandum. Num.xxxv

CLVI Pauperibus, & peregrinis carpendam dimittes ſegetē, quæ in angulo, ſeu extremo agri tui. Leuit.xix.

CLVII Et ſpicas. Leuit.xxix.

CLVIII Et oblitum manipulum. Deut.xxiiij

CLIX Et racemos. Leuit.xix.

CLX Et grana decidentia. Ibidem.

CLXI Dabis anno decimarum tertio, & aduenæ, & pupillo, & uiduæ. Deut.xxvi.

Id eſt, quolibet tertio anno dabitis decimam pauperis, loco decimæ ſecundæ, ut pauloante cōmemorauimus.

CLXII Aperias manum fratri tuo ægeno & pauperi. Deut.xv.

CLXIII Facient mihi ſanctuarum, & habitabo in medio eorū. Exod. xxv.

CLXIIII Pauete ad ſanctuarium meum. Leuit.xxvj.

Id eſt, uenerabili cultu obſeruabitis ipſum.

CLXV Excubent (ſcilicet leuitæ) in cuſtodijs tabernaculi. Num. xviij.

CLXVI Facieſq; unctionis oleum ſanctum. Exod. xxx.

Exo.xxxix. CLXVII Facieſq; Thymiama, id eſt, adolẽdor̃ aromatũ cõdimẽta

Nume.vij. CLXVIII Et onera (uidelicet ſanctuarij) propriis portant humeris Leuitæ filij Chas.

Deut.xviij. CLXIX Stet (ſcilicet tribus Leui) & miniſtret in nomine dei Tetragrãmaton dei ſui:

Id eſt, Templi miniſteria committenda ſolum tribui Leui.

Num.x. CLXX Si quando habetis epulum, & dies feſtos, & Calendas, canetis tubis ſuper holocauſtis.

Leuit.xxi. CLXXI Et ſanctum habebis ipſum ſacerdotem (hoc ſilet latina ęditio) quia panes dei ſui offert.

Deut.xviij. CLXXII Leuita ueniens ex aliqua urbe, ad ſolennitatem celebrandum in Iheruſalem, miniſtrabit ſicut omnes fratres eius Leuitę, q ſtabũt eo tẽpore coram deo Tetragrãmatõ.

Id eſt, licet tunc miniſtrandi uices ad Leuitam illum non ſpectent.

Exo.xxviij. CLXXIII Facient fratri tuo Aaron, & filijs eius ueſtimenta ſancta, ut ſacerdotio fungantur mihi.

Sic & quemlibet ſacerdotũ, dũ miniſtrat, præcipuo amictu indui oportet.

Num.v. CLXXIIII Eijciant de caſtris omnem leproſum, & qui ſemine fluit, pollutuſq; eſt ſuper mortuo.

Exod.x. CLXXV Lauabunt Aaron & filij eius manus ſuas & pedes, quando ingrediuntur tabernaculum.

Leuit.xxij. CLXXVI Immaculatum offerat (ſcilicet quicunq; offert) ut acceptabile ſit.

Deut.xij. CLXXVII Iuxta omne deſyderium animæ tuæ comede carnes.

Scilicet aræ deſtinatas, quæ cum maculantur, pretio redimuntur.

Exo.xxij. CLXXVIII Septem diebus ſit (.ſ. ouis & bos) cum matre ſua, die octaua eum reddes mihi.

Id eſt, Tunc ipſum offerre fas eſt, ante uero octauum diem minime.

Leuit.ij. CLXXIX In omni ſacrificio offeres ſal.

Leuit.i. CLXXX Si holocanſtum fuerit eius ſacrificium, offeret ad hoſtum tabernaculi.

Leuit.vi. CLXXXI Iſta lex eſt hoſtiæ pro peccato, in loco ubi offertur holocauſtu immolabitur.

Ibidem. CLXXXII Hæc eſt lex hoſtiæ pro delicto.

Id eſt, ubi immolabitur holocauſtum, mactabitur & uictima pro delicto.

Leuit.iij. CLXXXIII Quod ſi hoſtia pacificorum fuerit, eius ſacrificium immaculata offeret.

Hoſtia pacificorum dicitur, quia nullius delicti, ſed ſodalitij & conuiuandi cauſſa offertur.

Exo.xxix. CLXXXIIII Et comedent (ſcilicet ſacerdotes) ea, quibus, facta eſt placatio ſacrificia.

Leui.vi. CLXXXV Reliquam partẽ ſimilæ (ſcilicet oblatæ) comedet Aaron

ron cum filijs ſuis.

Id cuicꝫ miniſtranti ſacerdoti præceptum eſt.

CLXXXVI Anima cum obtulerit oblationem ſacrificij domino, ſi/mila ſit eius oblatio. Leuit.ij.

CLXXXVII In loco illo (ſcilicet electo a domino) conferetis uota atcꝫ donaria. Deut. xij.

Id eſt,uotum perſoluendum eſt in feſto ſolenni,quod primo occurrit.

CLXXXVIII Illuc in locum quẽ elegerit dominus,omnia quæ præ/cipio offeretis. Ibidem.

Id eſt,omnia ſacrificia offerenda ſunt illic.

CLXXXIX Quæ autem ſanctificaueris & uoueris (ſcilicet extra terram Iſrael) domino, tolles & uenies ad locum quem elegerit deus. Ibidem.

CXC Agnos anniculos,duoſcꝫ immaculatos (quotidie) offer/re debetis. Num.xxviij

CXCI Ignis in altari ſemper ardebit. Leuit. vj.

CXCII Tolletcꝫ cineres quos uorans ignis excuſſit. Ibidem.

Id eſt,ſingulis diebus a cineribus emundandum eſt altare.

CXCIII Præcipe filijs Iſrael ut offerant tibi oleum, ad concinnandas lucernas (ſcilicet tabernaculi) iugiter. Leui. xxiiij.

CXCIIII Decima partem epha offerent. Deut.vj.

Videlicet magni ſacerdotes per dies ſingulos. Epha decẽ cabin,Cab uero quadraginta trium ouorum ſpatium continet.

CXCV Die ſabbati offeretis duos agnos anniculos. Nũ. xxviij.

CXCVI Per ſingula ſabbata mutabuntur. Leuit.xxiiij.

Scilicet panes,qui ſuper menſam tabernaculi coram domino ſunt.

CXCVII In menſium exordijs offeretis holocauſtum domino. Num.xxviij

CXCVIII Offeretis (uidelicet ſeptem diebus azimorum) incen/ſum holocauſtum domino uitulos. Num.xxi.

CXCIX Offeretiſcꝫ cum panibus (ſcilicet ſecunda die azimorũ) ſeptem agnos immaculatos. Leuit. xxiij.

CC Numerabitis ab altero die ſabbati (id eſt, ſecunda die azimorũ) in quo obtuliſtis manipulum primitiarũ,ſeptẽ hebdomadas. Ibidem.

CCI Die etiam primitiarum (id eſt penthecoſte) offeretis ho/locauſtum in odorem ſuauiſſimum. Num.xxviij

CCII Offeretis (ſcilicet in penthecoſte) oblationem nouam (id eſt,de nouis frugibus) domino ex omnibus habi/taculis ueſtris. Leuit.xxiij.

CCIII Menſis ſeptimi prima die offeretis holocauſtum. Nũ.xxix.

Scilicet præter holocauſtum Calendarum.

CCIIII Decima quoꝫ die menſis huius ſeptimi offeretis holo/cauſtum domino. Ibidem.

CCV Quinta decima menſis ſeptimi offeretis holocauſtum. Ibidem.

Leuit.vij. CCVI Die octauo (ſcilicet ſcenopegię) qui eſt celeberrimus, offeretis holocauſtum.

Ibidem. CCVII Quicquid (ſcilicet hoſtiæ) tertius inuenerit dies (id eſt, aduſq; tertiam diem relictum fuerit) ignis abſumet.

Ibidem. CCVIII Caro quæ aliquid tetigerit immundum non comedetur ſed comburetur igne.

Leuit.xvj. CCX Hac conditione ingredietur Aaron ſanctuarium, ſcilicet uitulum pro peccato offeret.

Leuit.v. CCIX Anima quæ præuaricatione præuaricata fuerit, per errorem q; in his, quæ domino ſanctificata ſunt, peccauerit, offeret p delicto ſuo arietē immaculatū de gregibus:

Deut.xv. CCXI De primogenitis quæ naſcuntur in armentis & ouibus tuis, quicqd eſt ſexus maſculini, ſāctificabis dño deo tuo.

Leuit.xxvij. CCXII Omnium decimarum ouis, & bouis, & capræ, quæ ſub paſtoris uirga tranſeunt, quicquid decimum uenerit, ſanctificabitur deo Tetragrammaton.

Leuit.iiij. CCXIII Quod ſi peccauerit anima per ignorantiam de populo terræ, ut faciat quicquam de ijs, quæ dei lege prohibentur atq; delinquat, & cognouerit peccatum ſuum, offeret capram immaculatam.

Leuit.v. CCXIIII Anima quæ peccauerit, feceritq; unum ex ijs, quæ dei lege prohibētur, & incerta de peccato fuerit, peccati rea iniquitatem ſuam portabit, offeret arietē immuaclatū.

(Aliter latina æditio.)

Ibidem. CCXV Anima quæ peccauerit & cōtempto deo negauerit proximo ſuo depoſitum, offeret arietem.

Videlicet poſtquam depoſitum cū quinta parte ſupperaddita reſtituerit.

Ibidem. CCXVI Si aūt non potuerit offerre pecus, offerat duos turtures, uel duos pullos columbarum.

Leuit.iiij. CCXVII Quod ſi omnis turba filiorum Iſrael ignorauerit (peccatum, & exinde peccati conſcia fuerit) offeret p peccato ſuo uitulum.

Leuit.xv. CCXVIII Vir q patit fluxum ſeminis, ſi ſanatus fuerit, ſumet duos turtures aut duos pullos colūbę, et ueniet in cōſpectu dei.

Ibidem. CCXIX Mulier quæ de fluxu ſanguinis ſanata fuerit, offeret pro ſe ſacerdoti duos turtures.

Leuit.xij. CCXX Deferet ſcilicet mulier, quæ peperit, agnum anniculum.

Leuit.xiiij. CCXXI Leproſus emundatus, die octauo ſumet duos agnos immaculatos, & offerat eos.

Leui.xxvij. CCXXII Sanctificatum deo quod mutatum eſt, & pro quo mutatum eſt ſanctificabitur deo.

Exo.xij. CCXXIII Decima die menſis primi tollat unuſquiſq; agnum per familias.

Videlicet

Videlicet decima quarta eiusdem immolandum.

CCXXIIII Homo qui fuerit immundus (.s. decima quarta die mensis primi) faciat phase deo in mense secundo. Num.ix.

CCXXV Et edent carnes nocte illa assas igni. Exod.xij.

CCXXVI Cū azimis & herbis amaricātib. (latina editio lactucis agrestibus) comedēt illud.s.phase in mēse secūdo. Num.ix.

CCXXVII Tribus uicibus in singulis annis mihi solenne festum celebrabitis. Exodi.xxiij.

CCXXVIII Trib.uicib.singulis annis apparebit omne masculinum tuum in conspectu dei. Ibidem.

Videlicet paschate, penthecoste, scenophegia.

CCXXIX Eriscp scilicet indiebus solennitatis in lætitia. Ibidem.

Psalmorum cantu, epulis & indumentis.

CCXXX Post septem annos (singulis annis remissionis) leges uerba legis huius coram omni Israel. Deut.xxxj.

CCXXXI Ista est lex hominis, qui moritur in tabernaculo orationis, qui ingrediuntur in tentorium illius, et uniuersa uasa, quæ ibi sunt, polluta erunt. Num.xix.

CCXXXII Adducat ad te uaccam ruffam ætatis integræ. Ibidem.

Ex cuius cineribus fiat aqua asperſionis, qua mundantur immundi.

CCXXXIII Omnis qui tetigerit aquas expiationis, immundus erit usqp ad uesperum. Ibidem.

Hic magnus allegoriæ typus latitat, quo asperſionis aqua pollutum emundat, & mundum polluit.

CCXXXIIII Homo in cuius cute & carne ortus fuerit diuersus color, adducetur ad Aaron. Leuit.xiij.

CCXXXV Quicuncp ergo maculatus fuerit lepra, habebit uestimenta dissuta, caput nudū (seu crescens cesarie) & os uestе obtectum. Ibidem.

CCXXXVI Leprosus quando mundatus est, adducetur ad sacerdotem, & offerat duos passeres. Leuit.xli.

CCXXXVII Die septima radet capillos capitis, barbācp et supcilia. Ibidem.

CCXXXVIII Vestis quæ lepram habuerit, ostendetur sacerdoti. Leuit.xiij.

CCXXXIX Si fuerit plaga lepræ in ædib.ibit, cuius est domus, nūcians sacerdoti. Leuit.xiiij.

CCXL Virqui patitur fluxum seminis, immundus erit. Leuit.xv.

CCXLI Mulier quæ redeunte mense patitur fluxum sanguinis, septem diebus seperabitur. Ibidem.

(Et ne digito quidem tangat a iunioribus Talmudeis inhibetur).

CCXLII Mulier quæ patitur multis diebus fluxum sanguinis, immunda erit. Ibidem.

CCXLIII Mulier si suscepto semine pepit, si masculū immūda erit, scilicet diebus septem, & bis septem si fœminam. Leuit. xij.

Qui-

Leuit.xj. CCXLIIII Qui tetigerit morticinia eorum, ſcilicet quadrupedum, polluetur uſq; ad ueſperas.

Ibidem. CCXLV Qui tetigerit morticinia, ſcilicet reptilium, quę mouentur in terra, immundus erit.

Ibidem. CCXLVI Omnis cibus & omne liquens quod bibitur (ſcilicet morticinium tangens) immundum erit.

Leuit.xv. CCXLVII Vir de quo egredietur ſemen coitus, lauabit omne corpus ſuum.

Ibidem. CCXLVIII Lauabit corpus ſuum aqua.

Quod & cuiq; polluto mandatum eſt, lauandi conditio eſt totum corpus (antiqui baptiſmatis more) ſcaturientium aut pluuialium aquarum congerie intingere. Hactenus compendij huius negotium, ſuperum auxilio, curſim abſoluimus: latiora poſthac & ſublimiora, iuuante Chriſto, pollicemur.

IN TALMVDICAE AE-
DITIONIS FARRAGINEM, PAV-
li Ricij præfatio.



ONVERAT QVONDAM DI-uus Maximilianus Cæſar, ut uetuſta illa & ob-ſoleta, Moſeorum (quæ Talmud appellari li-buit) uolumina, de Hebraicis latebris in lati-num mutarem eloquium, quo obſcurum & pe-ne inextricabile illorū dogma, a ſacra & proui-da ſua Maieſtate, alijſq; ſynceræ ueritatis inda-gatoribus clarius & minori negotio intelligi & dijudicari poſſit. Honeſta ſane, frugifera, et om-ni obſequio digna, tametſi operoſa, & immenſi (ut ita dixerim) laboris functio, quæ ob numeroſam uoluminum multitudinem, longam contex-tuum ſeriem, denſamq; uerborū ac ſententiarum caliginem, multa quidē annorum luſtra ad operis complementum depoſceret, ueruntamen, cum imperatoriæ Maieſtatis ut unici mihi in terris nominis non licuerit refra-gari ædicto, nec omnino id muneris, quod in orthodoxæ pietatis uſum ro-burue conuertitur, negligere fas fuerit. De Talmudico compendio, dicto Miſcna, circa quod uniuerſa Talmudeorum ſtudia, totaq; eorum machi-na uertitur, aliquid ędere, & latiſſimam uaſtamq; illorum gloſſam quo-quo modo deflorare inſtitui, Nec id quidem uerbum uerbo reddendo, ne in longum nimis, & circa minus præſtabilia tenderet ędit ionis noſtrę ora-tio, ſed iuxta ſuæ Maieſtatis petita, quæ Talmudici dogmatis ſolum argu-menta, eiuſq; penetralia optabat attingere: ſatis fore duxi, ſi clauſularū ſum-mulam, & capita duntaxat rerū deprompſero. Quod hactenus in Aegy-ptij Rabi Moſis exordiū, incp; librum ſenatorum, quibuſdam cum floſcu-lis ex Talmudica gloſſa decerptis, ueluti in quędam prælibamina, præpo-ſtero quodam ordine peregi (poriora deinceps, ſi conſultius uiſum fuerit pollicēdo, dum ſupercœleſtia nomina ſinant) in quibus, quemadmodum & in alijs per me æditis, fido magis interpretationis officio & diligentiæ, q̄ uerborum lenocinio, auriumq; dulcedini conſulendum duxi. In primis igitur ea, quæ in libri Miſnaios proloquium, longo quidem orationis con-textu, Aegyptius Rabi Moſes aperuit, nos hic breui compendio aggredie-mur, quo Talmudici dogmatis intentio, nomē, author, partes, modus do-cendi, & ordo, utilitas deniq; & finis innoteſcat: a modo & ordine, quo le-gis explanationem ipſe omnium Iſraelitarum ſapientumq; magiſter Mo-ſes docuerit, ſumentes exordium.

Aegyptij

AEGYPTII RABI MOSIS, IN LIbrum Miſnaios prohœmium.

Moſis docendi modus & ordo:

PRimo itaq; literariam Moſis cellam intrauit, diſcendi cupidine frater eius Aheron, cui mox aliquam legis ſectiunculam, cum omnibus ad eam ſpectãtibus gloſſulis, Moſes expoſuit, quibus acceptis, ſeſe illico ad dextra Moſis latera recepit, & cõtinuo duo eius acceſſerunt gnati, Eliazar nomine atq; Itamar, quibus omnia ad amuſſim tradidit Moſes, quæ & fratri primo aperuerat. Exinde alter illorum ad ſiniſtram declinabat Moſis, alter ad dextrã parentis ſui Aheron: Quo facto, confeſtim ſeptuaginta intrabãt ſeniores, eadem a Moſe audituri, quæ & Aheron & gemini eius filij didicerant. Vltimo deniq; loco tota docilis & ſtudioſa Iſraelitarum multitudo acceſſit, quibus ſingula, iam ter Moſis ore expoſita, quarto is ipſe recenſuit: Ita q; cuncta documenta, uiua Moſis uoce tradita, quadrifarie audiuerit Aheron, ter eius filij, bis ſeniores, & aliorũ multitudo ſemel. Abeunte igitur inde Moſe, ea, quæ acceperat uniuerſis aſtantibus Aheron ipſe reſumpſit, quo utiq; recedente, eadem ab integro tradiderunt ſenioribus cæteriſq; auditoribus ambo Ahereonis filij Eliazar atq; Itamar: Quibus abeuntibus omnia denuo interpretabuntur auditorum multitudini ſeptuaginta ſeniores. Quo factum eſt, ut ſinguli literarium Moſis tabernaculum ingreſſi, legis explanationem, quater repetita lectione acceperint.

QVAE DOCVERIT MOSES.

DEinceps uero mutuo ſeſe erudiebat auditorũ cõuentus, ſcedulis mãdatorũ radicalia cõmittendo, & eorundẽ ſenſa mente ac ore (iuxta accepta a Moſe dogmata) reuoluendo trutinandoq;. Omnia nãq; (ut ſapientes tradunt) & ſingula & cõmunia legis inſtituta, pariter & cõmentaria, tradita ſunt Moſi in mõte Synai. Scenopegiæ (utpote) mandatũ præcipit in leuiticis Moſes: In umbraculis (ingens) habitabitis diebus ſeptẽ. Quis autẽ huiuſmodi mãdato obſtringitur, & ex quibus, qualiq; forma, quantę amplitudinis, & quo modo fabricari debeant umbracula, literalegis prorſus conticeſcit, ſed ore idipſum Moſes aperuit, docendo eiuſcemodi præceptum, non fœmineum genus, non aduerſa ualetudine laborantes, neq; iter agentes concernere. Sic utiq; non ex lapidibus, non lanificio, aut ſerico, uel alia quauis ſuppellectili, non puluillis, culcitra, & id genus lectiſternijs, ſed ſolum terræ naſcentibus umbraculorum tegmen fabricari licet. Cibum quoq;, potũ, ſomnum, continuis diebus ſeptẽ, nõ niſi in umbraculis ſumere fas eſt. Eorum uero amplitudo nõ minus ſit palmus ſeptẽ in longũ, totidẽ in latum, & in altitudinẽ decẽ. Quemadmodũ itaq; ſcenopegiæ mandatũ, una cũ his ſuis appendicibus, traditũ fuit Moſi in monte Synai, ſic de ſingulo ſexcentorũ & tredecim mandatorũ, cum omnibus acceſſorie ſibi annexis iudicandũ, q; ipſa uidelicet radicalia præcepti, auditores ſcriptis acceperint: annexa uero, ore expoſita, didicerint.

Legem

LEGEM LITERIS DEMONDAT MOSES, ſuumq; fœlicem obit diem.

CVnq; quadrageſimus legislationis uolueretur annus, menſis undecimi Neumenijs, uniuerſum populum conuocabat in unum Moſes, ꝓximumq; obitus ſui diẽ denunciãs admonuit, ut, Si aliq̃d legis documẽtũ memoria alicuius excidiſſet, aut indiſcuſſam extricãdam ue quęſtionẽ aliquã ſecũ uolueret, in medium ꝓferret, Et ꝓmpto atq; beneuolo animo, ſe idipſum eis repetere & dilucidare uelle, q̃d utiq; Moſes ipſe, iuxta pollicita ad uſq; ſeptimũ duodecimi mẽſis diẽ ꝓgit, obliterata quęq; recẽſens, quęſtioneſq; omnes abſoluens. Cunq; iã ꝓpius eius extrema aduolaret dies, legẽ a deo traditã ſcriptis cõmittendã aſſumpſit, mẽbraniſq; tredecies pẽtateuchi uolumina exarauit a primo ad uſq; ultimũ legis elementũ, de q̃bus, unũ cuilibet duodecim tribuũ ſeruandũ, & opere ꝓſequendum tradidit. Decimũ uero tertium leuitarũ tribui cõceſſit. Septima exinde duodecimi menſis die, ad diei meridiem, montẽ Horeb ſcandens, ſeſe ad ſuperos recepit, fœliciſſimumq; cõſumauit diem. Quæ cõſumatio, tametſi nobis mortalibus pręfulgido hoc ipſo orbatis lumine uitę in mortem cõmutatio uiſa fuerit, nulla tamẽ eum re ipſa morbi inuaſerat lues, nec dira tetigit interitus corruptio, ſed in ſublimiorem & perennis gloriæ metam gaudium q; meauit ſempiternum.

QVO PACTO IN POSTEROS MOSIS DOgma ſucceſſerit.

CVm Moſes ultimam clauſiſſet diem, docendi & regnandi ſceptrum tranſtulit in Ioſuam Moſis miniſtrũ, qui omnia uiuo Moſis oraculo audita, tradidit ſenioribus, ſeniores ꝓphetis, ꝓphetæ magnę ſynagogæ uiris, quorũ extitit nouiſſimus Simeon põtifex magnus, qui dicebatur Iuſtus, Is eadẽ Antignadi Sacheo cõmiſit, et hac deniq; docendi ſerie, alter alteri legis expoſuit interpretamenta ad uſq; Rabi Iehuda, qui ob ſingularem doctrinam & uitæ morumq; mundiciem ſanctus omnium ore dicebatur magiſter. Is omnia, Moſis uoce in poſteros transfuſa, & cuncta quæ iuxta temporum, locorum, perſonarumq; exigentiam fuerint adiecta, in unum conflauit codicem, quem miſna (quod iterata ſonat lectio) appellari uoluit.

TACITAM QVAESTIONEM SOLVIT, ET quæ ſint huius libri contenta declarat.

NE autem in ancipiti tua uoluatur cogitatio, & tacite tecum quærites. Si omnia, præſente contenta uolumine tradita ſunt Moſi in monte Synai, unde quęſo tantum inter Talmudeorum ſapientes diſſidij, & tam multiplex uariaq; illorum aſſertio? Tu igitur ſcito, q; quicquid Moſis ore traditum erat, id abſque ullo diſcrimine ſeruatum eſt a poſteris.

Eorum uero quæ non docuerat Moſes,quædam ſunt,in quibus nulla eſt, eratue,neq; futura controuerſia apud Iſraelitarum conuentum. Aliqua uero multis in modis diſſonant,quæſtionumq; uarietatem ſubeunt, in quibus alij alijs innixi rationibus,alia aliaq; decernunt. Omnia deniq;, ut rē paucis complectar,mandata uel conſtituta,quę Moſaica fundantur in lege in quinq;,& ea quidem latiſſima diuiduntur genera. Primū genus,omnia mandata Moſis ore expoſita concernit,quę quoquo modo ex literæ ſerie, aut aliqua argumentandi lege conſtant. Et de tali mandatorū genere,nulla fuit unq; apud Talmudeorum ſynagogam contentio. Secundum genus, ſunt omnia ea mandata,ſeu decreta,quę tradita eſſe dicuntur Moſi in monte Synai. Et hęc ipſa licet nullo legis præcepto,neq; aliq; inde argumēto cōſtent,rata tamē abſq; ulla quęſtione habentur. Tertium genus, eſt eorum quę non Moſis ore tradita,ſed quadam ſyllogiſandi lege expoſita, & propterea tale ſanctionum genus,multimoda opinionum ſortitur diſcrimina, Attamen ea,quę numeroſior pars ſapientū affirmat,poſteri amplectuntur & ſeruant Quartum eſt genus inſtitutionum,quas uarijs temporum curriculis ſanxere prophetæ,& præſtantes ſapientia uiri,non quia ſic dictauerit lex,ſed ut eſſent ueluti ſeptum & propugnaculum legis, ne facili tranſgreſſu,radicalia legis mandata irrita fierent. Quintum eſt genus conſtitutionum & conſuetudinum eorum, quæ ad aliquod legis expreſſum mandatum minus ſpectare uidentur, ſed multorum prophetarum aut ſapientum ſynodo,uel diuturna cōſuetudine probata ſunt pro communi Iſraelitarum ſalute.

PRIMARIAS LIBRI PARTES ENVMERAT.

CVncta igitur his quinq; conſtitutionum et decretorū comprehenſa generibus,prēſens liber Miſna compendio perſtrinxit, quod autor in primarias ſex partes diuidi,eaſq; Sedarim ,id eſt,ordines nūcupari uoluit. Primus eſt Sedor Zeraim,id eſt,ordo ſementum, utpote de terræ naſcentibus,de pmiſcue ſatis,inſitiſq;,de terrę remiſſione & eius prēputio,de primicijs ac decimis,alijſq; diſtribuendis frugibus tractat. Pars ſecunda, dicta Seder Zemanin ,id eſt, ordo temporum,qui de anni temporibus,de feſtis diebus,deq; uaria illorum obſeruantiæ conditione conſyderat. Tertia uocata Seder Naſchim, id eſt,ordo mulierum,qui connubij,libelli repudij,et omnium eorum,quæ inter coniuges uerſantur,iura & ſtatuta examinat. Quarta nuncupata Seder Neſikim,id eſt,ordo damnorum,qui ea omnia quæ lites commutationeſq;, & mutua hominum cōmercia reſpiciunt pertractat. Quinta,dicta Seder Kedoſchim, id eſt,ordo ſacrorum,quę ſacrificiorum & oblationum legem ritumq; exponit. Sexta uocata Seder Teharos,id eſt,ordo expiationum, quæ pollutionum,emundationumq; normam & obſeruantiam declarat. Singulum inſuper horum ordinem in Maſſechtos,id eſt, codices, codices in capita, capita in lectiones partitur, quemadmodum ſuis locis uita comite explicabimus.

Vniuerſi

VNIVERSI TALMVDICI OPERIS PARTES, eiuſq; intenta enunciat.

QVoniam uero præſente comprẽhenſa uolumine, breui admodũ uerborũ cõtextu, & obſcuro nimis tradita ſunt intellectu, ita ut omnium poſteriorũ ſtudioſorũ indago, tantũmodo circa rectã horũ intelligẽtiã uerſetur, unde in uarijs eius ſanctionibus multiplex, et inextricabilis ferme exorta ſit cõtentio: ideo uiſum fuit nouiſſimo Talmudeorũ ſapientum dicto Rau aſchi, nonnulla in compendium Miſna cudere commentaria, quorum ſummam Talmud (quod diſciplinatio ſonat) nuncupare uoluit, cuius tota intentio eſt latẽtem uerborũ Miſnæ aperire ſenſum, et planiorẽ clauſularũ reddere intellectũ, diſſidentes quoq; opiniones, aut omnino cõcilia re, aut unam ex alterutra probare nitit. Quadriformi denicq; uniuerſa Talmudeorũ cõmentaria cõſtant inſtituto. Primũ eſt ſingula explanare, quæ cõpendiũ Miſna cõplectitur, & examinare quicqd ambiguũ & multiplex apud gloſſographos fuerit, ea, quibus quiſq; innititur, cõmemorando argumenta. Secundũ, quoties circa uerborũ ſeriem, aut eorundem gloſſam, uel in aliquo nouo cõſtituto, aut in explanationem ipſius Miſnæ compilato, opinionũ uarietatẽ reperit, firmũ in alterã partium iudicium ratamq; ſententiam profert. Tertium eſt, q̃ enunciant ea, quę poſteriores Talmudei per ſequelam ex preſentis libri didicerunt fundamentis, & eã, quibus utuntur, argumenta aſſignant. Omnia inſuper poſt huius compendij æditionem ſancita adiectaq; exponunt. Quartum, quo colloquia, ſeu homelias oportunis inſerit locis, quæ ſi, ut foris ſonant, & triuiali audiuntur conceptu, ludicra quędam & longe a recto rationis tramite aberrantia uidentur. Si uero ad eum, qui intus & ſub ænigmate, typum latitat, perſpicatius quis mentem adhibeat, ſublimia ſane & recondita ſapientiæ penetrabit oracula, quæ ænigmatis & allegoriæ uelamine circumtecta traduntur, ne hallucinatores, atq; ignobile uulgus ueritatis ſacramenta inquinet, polluatq; immundum munda. Tum etiam ad hoc, ut ſynceræ ueritatis cupidi, & ingenio ualidi enixius ad rerum archanarum contemplationem uires accingãt, & accuratius mentem ad ſuperos atq; æternæ ſapientiæ lumina tollant. Hactenus igitur ea, quę in huius libri præfationem, locupletiori ſermone Aegyptius Rabi Moſes expoſuit, nos paraphraſtice, & conciſo ſermone complexi ſumus. Nunc uero ad prẽcipua, et frugifera quędam ex libri ſenatorum gloſſa decerpta, cœleſtiũ nutu explicanda accedimus.

DE GLOSSA CODICIS SENATORVM, DICTI Sanhedrin, capite Helek, ſcitu digna excerpta.

QVẽritur propter quid, qui futuram mortuorum reſurrectionem negat, partem non habet futuri ſæculi. Reſpondetur, ſententia

Rau Ionathan, ꝙ in omnibus (ut quarto Regum colligitur) deus mensuram mensuræ coęquat.

RICIVS.

IDclara & intemerata Euangelij docet autoritas, inquiens. In qua mensura mensi fueritis, remetietur & uobis. In uniuerso siquidem rerum ordine, hoc plane conspicere licet, ꝙ tantum cuiꝙ elargitur perfectionis & actus, quantum præuiæ dispositionis fuerit in suscipiente. Fides autem resurrectionis disponit, & capacem reddit credentem, Cuius negatio ineptū inhabilemꝙ ipsum resurrectionis incredulum constituit.

TALMVD.

QVi insipienti sacerdoti primicias offert, proinde ac si eas rapaci leoni obtulisset reputabitur. Percontata est Cleopatra Rabi Meir. Resurgentes, nudi an tecti resurgent? Respondit, frumenti granum idipsum declarat, nudum enim hoc humo operitur, & multimode tectum exurgit, qui ergo induti conduntur tumulo, induti haud dubie resurgent.

RICIVS.

HInc adstipulatur primo ad Corinthios Apostolus, ait enim, Dicet aliquis, quomodo resurgent mortui, quali autem corpore uenient? Insipiens tu, quod seminas non uiuificatur, nisi prius moriatur, Et quid semi nas, non corpus quod futurum est seminas, sed nudum granum.

TALMVD.

INterrogante Cæsare Rabi Gamalielem, quonam pacto redacti iam in puluerem defuncti resurgant, mox sese eiusdem Gamalielis filia in medium obtulit, obsecrando parentem, sibi hanc Cæsaris quæstionem soluendam permitteret, quo annuente, si duo (inquit ad Cæsarem filia) dentur figuli, quorum unus de aqua, alter ex luto fabricat, quem nam horum opificum alteri præferendum putas? Cui Cæsar, Eum utiꝙ præstantiorē plasten iudico, qui ex aqua effinxerit. Tū illa: Qui igitur de aqua format, nonne facilius de terræ limo lutoue fabricare poterit?

RICIVS.

PEr aquam prolificum hominis semen designat, ꝙ aqueum liquorem adumbrat, quasi igitur innuerit filia, si ipsa uis naturæ (summo rerum conditore duce) de aquatico semine hominem format, facilius utiꝙ eundem faciet de terræ limo exurgere.

TALMVD.

QVidem hęreticus homo petijt a Rab Ami, possent ne dormientes resurgere. Puluis enim sunt, et pulueri quęnam reuiuiscendi facultas inesse potest? Respondit Rabi Ami, Te muris (si aduertis) exemplū reddet intelligentem, Nunc enim cernis in agro murem, cuius pars una terra, altera caro est, quæ statim crastina luce reptat, uniuersaꝙ eius massa iam caro facta est. Patriarcha Abraam, concubinarum filijs nomina

mina tradidit immunda (id eſt, immundorũ ſpirituũ nomina) quod ſcribitur, Et filijs concubinarum largitus eſt munera.

RICIVS.

SCriptũ enim eſt, Deditq; Abraam cũcta quę poſſederat ipſi Iſaac: per quod ſacra dei nomina modumq; deum colendi, & ſupercœleſtia mundi lumina innuit. Filius aũt concubinarum immundorum ſpirituũ largitus eſt munera, unde idolorũ cultus paſſim inter gentes & per uniuerſum diſſeminatus eſt orbem. Sed diceres tu (nec iniuria) cum nullum delictorum genus ſit adeo lętiferum, ad perennem ducens interitum, ut cultus idolorum, impium uidetur creditu Abraam, ſumma quidem ſapientia & ſanctimonia uirum, qui primus poſt aquarum cladem, unici creatoris cultum inſtituit (iuxta illud Geneſis, Abraam uero plãtabat nemus in Berſabe, & inuocauit ibi nomen dei æterni) ſobolem & poſteros ſuos ad execrandam idolorum & dęmonum adorationem inſtituiſſe. Verum qui ſacri eloquij penetralia attigerit, perfacile intelliget, concubinarum filios, non eſſe attributos ſummo creatori deo, ſed alienis ſubeſſe numinibus: legittimam uero propaginem & ſemen Iſaac, ſoli immortali omnium ſęculorum regi deo attribui, non autem dijs alienis, iuxta illud Deutero. Et ſeruierunt dijs alienis, & adorauerunt eos quos neſciebant, & quibus non fuerant attributi, de quibus alibi latius.

TALMVD.

ANtonius uaria cum Rabi commentando, in medium hanc de iuditio quęſtionem protulit. Videtur, inquiens, quod utra humanæ compaginis pars anima uidelicet & corpus, ſeſe a iudicij rigore poſſet iure abſoluere. Corpus enim in animã omnem culpã reijcit delicti, quod idipſum illico anima abeunte, torpidum iaceat ſenſus & uitæ expers. Anima ex aduerſo corpus ipſum redarguit, omnemq; peccati fomitem ex eo prodire cõtendit, q; anima corporis uinculo ſoluta, mox ſurſum euolat ad æthera & ſuperos pergit, Hęc Antonius. Cui Rabi, Accõmodatã, inquit, tibi dabo ſimilitudinem, qua propoſitę quęſtionis certitudo clarius innoteſcat. Effinge patremfamilias, qui uiridarium duorum cuſtodię cõmiſit, quorum uni deſit gradiendi, alteri uero uidendi facultas, ipſe itaq; loripes qui ſoſpes uiſu, uidens prędioſa quędam pendentia arbore poma, oblectabilicq; illorũ aſpectu & ſuaui redolentia allectus: hei, inquit, mi ſodalis q; pulchra, iocũdaq; pendere uideo hic in arbore poma, quę decerperem, ſi tua eſſet mihi ambulandi poteſtas. Cui cæcus, Et ego pariter, inquit, poma illa carpere minime dubitarem, ſi tua eſſet mihi uidendi facultas. Diu igitur inter utrunq; huc atq; illuc ad explendam uoluptatem agitata ſententia: Nil deniq;, inquit loripes, conſultius uideo, niſi ut ipſe qui ſum uiſu incolumi, tuis qui greſſu et pedibus uales inequitem humeris, & alter alteri opem ferens, utriuſq; noſtri uotum una conſequamur. His igitur conſpirantibus, & opere ipſo ſuam libidinem explentibus, ex abrupto fructibus iam abſumptis, paterfamilias hortum ingreditur, qui præcotia, quæ pende-

bant arbore,decerpta esse animaduertens, a custodibus, quis talia furri puerit indignabundus requirit,quis cum uterq; se inscios facti,insontesq; causantur, loripes quidem,q; ei nulla sit gradiendi potestas.alter uero q; sit orbatus luminibus,Perspicax autem consideratusq; paterfamilias iam conscius facti,utrumq; redarguit,q; tametsi neuter illorum, diuisim actor fuerit delicti,ambo tamen in unum,iunctimq; rei sint criminis.Qua propter alterum alteri scapulis insidere faciens, simul pœnam luere cogit, qui simul perpatrarunt delictum.Sic itaq; ipse mundi opifex,iudex & arbiter æquus,animam corpori adsociabit nouissime, ut quę mutua ope præuaricati sunt,pariter plectantur,suppliciumq; reportent. Percontatus est rursum Antoninus: Propter quid sol oritur in oriente,pergatq; in occasum.Cui Rabi,Eadē utiq; staret quęstio,si per oppositum ab occasu,sol uergeret in ortum. Antoninus uero,Potissima inquit, quęstio mea est,Cur nā descēdat sol in occasū.Respōdet Rabi, ꝓpterea petit occasum ut salutem pacemq; suo dicat creatori,ipsumq; adoret,q; scribitur. Et te cœli militia adorat.Ad quod Antoninus,Cur inquit, quæso,non satis soli medium petere cœli? & mox pace data abeat? Respondet Rabi, hoc ita fieri propter operarios iterq; agentes.

RICIVS.

IN huius dicti intelligentiam, ait Rabi Salomo,Si ex abrupto de medio cœli sol abiret, operarios iterq; agentes subitaneę tenebræ, noctisq; caligines apprehenderent. Rabi Salomo: Hic, ut solet,non spiritum,sed literæ umbrā prosequitur,nemo siquidem tam rudis, tam expers intelligentię qui diceret, Architalmudistam adeo insulsum & ludicrum dedisse responsum Antonino,uiro alioquin sapienti,& solertissimo naturæ, sublimiumq; rerum indagatori,Verum sapiens ille Talmudeus (prophetico & Euangelico more) ipsa ueritatis sacramenta, parabolico uelamine, quo in fronte inanes quidem fabellę,& quasi uetularum deliramenta ostendit.In secessu uero alta & recondita ueritatis pandit oracula,quemadmodum ex præsente ipsius Rabi ad Antoninum typo elicere, & inde ad alia Talmudeorum ænigmata argumentum sumere licet. Est igitur prima Antonini quæstio de cœli motu, cur circularis sit, & non rectus. Vt ignis elementum,quod sursum petens,non se exinde deorsum retorquet. Quod indicat Antoninus, cum ait, Potissima quæstio mihi est,cur nam descendat sol in occasum, supple, & non maneat in medio cœli. Secunda,cur circularis sit & non progressiuus,ut animantium caducorum motus, quod innuit Antoninus dicendo, Cur mox pace data non abeat. Ad hæc igitur interrogata, biformem causam, qua in circulo fertur cœlum, Rabi ipse assi-

assignat, quam etiam unanimis Peripateticorum schola affirmat. Prima causa est, ut cœlum assimiletur creatori, qui immensa sua uirtute simul uniuersa complectitur & ambit, quod & cœlum assidua sua uertigine imitari & peragere nititur. Et hanc quidem imitationem Rabi, pacem dare & adorare appellat, q̄ sola similitudo & imitatio pacem ac unionem, nexumq; rebus ministrat, Alia autem circulationis causa est, ut cuncta huius caduci orbis mobilia (quę ex eo q̄ assidua operatione & motu aguntur, operarios uocat) ut omnia genita & corruptibilia, quæ propterea itinerantes appellat, quod perpetuo tramite, absq; ulla intercapedine a generatione in corruptionem proficiscuntur, hęc inquam corruptibilia per assiduum solis aliorumque syderum motum in deficiente generationis uicissitudine consistunt, Assiduus autem motus nullus, nisi qui circulo fertur, iuxta naturę ordinem dari potuit. Scite igitur respondet Rabi, q̄ dandi pacem, seu adorandi gratia, & propter operarios itinerantesq; sol assiduo gyro circumuoluitur.

TALMVD.

ITerum interrogatur ab Antonino Rabi, An in ipso conceptu, uel plasmatis hora, quę circiter quadraginta dies tardior est hora conceptus, anima infundatur humana? Respondet, Hora plasmationis. Cui Antoninus, Mirabile, inquit, & incredibile dictum, quandoquidem carnes, non sale conspersas, uix triduo absq; putredine seruari cernimus (supple, nedum q̄ ipsa sanguinea & embrionis massa quadraginta dierum spacio absque spiritu & anima, salis uicem gerente, clausis uisceribus seruari possit) Cessit igitur Antonino Rabi, & in ipso conceptus momento animam infundi admisit, & ideo ueram huius quæsiti intelligentiam se ab Antonino didicisse fateri non puduit. Quærit insuper Antoninus, An plasmatis uel potius natiuitatis hora, humanæ concupiscentiæ surrepat fomes? Respondet Rabi, Hanc plasmatis hora surrepere. At ille, Si res se ita haberet, ut tu censes, streperet utique statim fœtus, uimque matris inferret uisceribus, & continuo plasmate peracto uulua erumperet. Cessit iterum, & se huius quoque examinis rectam intelligentiam Antonini dictamine penetrasse asseruit. Resurgentes cum languoribus suis resurgent, sed euestigio curabuntur, & bonam ualetudinem resument. In nihilo, inquit Samuel, differt sæculum Messiæ (quod futurum sęculum uocant) a sęculo præsente, nisi q̄ nulla tunc erit imperatoria potestas. Tradidit Rabi Eliazar, Eum, qui scientia pollet, ęquiparandum esse illi, qui sanctuarij domum constructam & coram uiderit. (Ricius. Ratio est, quia spiritus Dei ueluti sanctuarij domum, sapientem inhabitat) Talmud. Is externis quoque pręstabit opibus, Qui uero scientia caruerit, euagabitur exul per orbem, & nulla in illum pietatis ratio habenda erit. Quique eidem alimentum subministrat, nil reportabit nisi ęrumnas: sapientiæ autem studioso, qui opem non tulerit, successibus perpetuo carebit.

Qui ſumpto cibo nullam in menſa buccellam relinquit, nullum proſperitatis uidebit euentum. Qui fallax eſt ſermone, idolatra reputabitur. Qui pudenda ſua inſpexerit, arcus ſeu nerui eius robur proſternetur. Mitis eſto ſemper, ſemper tutus eris, Hęc Rabi Eliazar. Scribitur, ut ait Rabi Ioſia, Infernus (uel ſepulchrum) & os uuluæ, quia quemadmodum uulua intro ſumit, rurſumque intro ſumptum depromit, ſic & ſepulchrum in ſe mortuos recondit, & eoſdem uitæ reſtituit. Quę quidem uitæ reſtitutio magna fiet tubæ reſonantia, ſicut & uuluæ partus demonſtrat, quod enim hæc clanculum (in ipſo conceptu) introſumpſit, uehementi quidem ſtrepitu parturiendo depromit. Sepulchrum ergo, quos uociferatione & plangorum ſonitu ſuſceperat, quo modo eoſdem clangorum reſonantia non proferet? Tradidit domus Eliæ, Iuſti, qui reſurgent, non redigentur deinceps in puluerem, ꝙ ſi interroges, mille ergo annis, quibus innouabitur mundus, quid nam acturi ſint iuſti, qui reſurgent? Reſpondetur, Sanctus, qui eſt benedictus deus, illo tẽporis interuallo iuſtis adinſtar aquilarum adijciet alas, quibus interea ſuper facie ferentur aquarum.

RICIVS.

HVic, domus Eliæ, ęnigmati alludere uidetur illud Apocalypſis. Et regnauerunt cum Chriſto mille annos: cæteri mortuorum non uixerunt donec conſumentur mille anni. Et paulopoſt. Et uidi, inquit, cœlum nouum, & terram nouam. Diuus uero Aurelius Auguſtinus hoc Apocalypſis dictum ſpiritalem potius q̃ corpoream innuere reſurrectionem cenſuit, quam forte & ipſe Talmudeus inſinuare hic uoluit.

RICIVS.

QVoniam uero iuniorum Iſraelitarum peruicatia, ex falſa & erronea illorum de Meſſia intelligentia trahit originem, cumq; in nullo Talmudici codicis loco tam uarius, locuplex, & orthodoxę ueritati conſentaneus de Meſſia factus eſt ſermo, cũ; preſente capite Helek, Idcirco pauliſper hic immorandum, & nonnulla Talmudica de Meſſia themata explananda cenſui, quibus iuniorum inſipientiam, & affectatam (quæ omnium malorum radix eſt) ignorantiam, plane dijudicare poteris. Plurimi enim (ut alibi differui) priſcorum Talmudeorum tametſi legis æmulatores extiterint, ſedulo tamen orthodoxam (ut Apoſtolorum actibus colligimus) Chriſti fidem amplectuntur, & colunt.

TALMVD.

SCribitur de Meſſia codice ſenatorum, capite Helek. Et requieſcet ſuper ipſum ſpiritus Domini, ſpiritus ſapientiæ, & replebit eum ſpiritu timoris Domini (Hebraicæ legitur uaheriho, quod molare & odora-

& odoramentum ſonat) unde Rabi Alexander audiendum eſſe uoluit, quod mandatorum ſarcina,& ęrumnarum multitudine,quaſi molaris lapidis pondere Deus onerauerit Meſſiam. Raua id ſcriptum eſſe cenſuit,q̃ intelligatur Meſſiam quaſi odoratu quodam certitudinem rerum deprehenſurum:unde ſtatim ſubnectitur, Non ſecundum uiſionem oculorum iudicabit,neq; ſecundum auditum aurium arguet,& ideo dum retroactis temporibus Barchuſiua duobus cum dimidio annis regnum obtinuerit, Meſſiamq; iactauerit,Conuenerunt in unum,et conſilium inierunt ſapientes ſcrutantes,uerus ne ad pſeudo Meſſias eſſet Barchuſiua,cumq; Meſſiã (iuxta Prophetarum oracula) ueritatis agnitionem quaſi odoratu comprehenſurum intellexerint,& idipſum in Barchuſiua minime uerum eſſe cognouerint,pſeudo iudicarunt Meſſiam,& reum morte.

RICIVS.

INfuſam hic ſapientiæ plenitudinem,paſſionemq; Meſſiæ palam Talmudeus enunciat. Infuſam quidem ſapientiam Raua oſtendit aſſerendo,Meſſiam non auditu,nec uiſu,ſed odoratu rerum certitudinem deprę-henſurum. Quia non per humanam doctrinam,quę auditu perdiſcitur, neq; experimento,quod gignitur uiſu,ſed ſolo odoratu,qui tenui & latente quodam ſpiritu peragitur. Paſſionem uero Rabi Alexander explicat, prout palam eius dictum inſpicienti conſtat, Barchuſiua eſt ille Iudæorũ dux,quem Euſebius quarto eccleſiaſticæ hiſtoriæ Barchocabã uocat.

TALMVD.

INterrogat Rau Menahemus ipſum Rabi:nunquid audiſſet, quando uenturus eſſet filius caſus? Cui Rabi,quem nam quęſo filium caſus appellas? Reſpondet,Meſſiam. At ille,pape,inquit,filium caſus Meſſiam uocas? Equidem ait Menahemus uoco,q; ſcribitur. In die illa ſuſcitabo tabernaculum Dauid quod cecidit. Ad interrogata denicq; Rabi reſpondens. Sęculum,inquit,quo uenit filius Dauid,pauci ſunt ſtudioſi ſapientiæ,& gemitu atq; mœrore in tabem,aridumq; rediguntur uires, & ſpecies hominum,multiſq; modis anguſtiæ,& diri contingunt euentus, & nondum uno tranſacto,mox irruit alter.

RICIVS.

IN clariorem prędictorum dicendorumq; intellectum attende. Geminus ſecundum fidem orthodoxam Meſſiæ ſeu Chriſti aduentus creditur. Primus,qui iam præteriit,ad redimendum. Secundus,in fine ſæculi futurus,ad iudicandum. Quo uidelicet ſecundo aduentu,Iudæorũ (ut Apoſtolus docuit) futuram ſalutem admittimus. Si igitur omnia hic interpretanda de Meſſiæ aduentu themata conſyderas,liquido intelliges ea omnia ferme atteſtari,Chriſti aut prętericſſe aduentum, aut futurum ad conſumationem ſęculi. Preſens igitur dictum de quouis horũ aduentu, au dire licet,quod ſapientię defectus,tribulatio,triſteſq; rerum euentus etiam

in primo

in primo fuere aduentu, futuricꝫ ſunt in nouiſſimo, quemadmodum & ſequentia Talmudeorum dicta declarant. Conſentaneum inſuper uidetur, Talmudeum appellare Meſſiam filium caſus, quo Chriſti paſſionem reſurrectionemcꝫ deſignet, quemadmodum & ipſa Chriſti ore ueritas protulit, Soluite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud.

TALMVD.

IN hebdomada (ut tradunt magiſtri) aduentus filij Dauid, primo eius anno adimpletur quod ſcribitur, Pluam ſuper ciuitatem unam, & ſuper aliam non pluam. Secundo, famis prẽmittuntur ſagittę. Tertio, horrenda iam fames impetit, et mors irruit in mares, feminas, paruuloſcꝫ, nec non & in iuſtos prẽclaroſcꝫ facinore uiros, denigratur & obliuioni datur lex. Quartus annus inter ubertatem & penuriam uoluitur. Quinto ubertas ſaturitaſcꝫ opipara, atcꝫ omnigena lẽticia, & ſtudioſis reſtituitur lex. Sexto, uociferationes. Septimo bella, in cuius exitu uenit filius Dauid. Interrogante autem Rabi Ioſepho, cum perplures iſtiuſmodi iã tranſactę ſint ſeptimanę, cur nondum uenit filius Dauid? Ad hoc reſpondet Abaię, inquiens, fuerunt ne uociferationes in ſexto? & ſeptimo bella? fuerat ne talis adamuſſim horum ſucceſſio? Quod exprobrauerunt inimici tui Deus, quod exprobrauerunt ueſtigia Chriſti tui.

RICIVS.

HOc de Meſſia dictum, ſecundo ad finem ſæculi aduentũ futurum uidetur, quod & ipſa euangelica ueritas plane docuit: Audituri, inquiens, æſtis prẽlia & opiniones (id eſt uociferationes præliorum. Vnum inſuper attentione dignum animaduerte ubi in huius dicti extremo additur: quod exprobrauerunt inimici tui Deus, fatetur ueritate coactus Rabi Salomo, in perſpectu ſibi eſſe ad quid adiecta ſit eiuſcemodi pſalmographi clauſula, cum nihil in eius intelligentiam Talmudiſta explanet. Firmiter autem exiſtimandum eſt, aliquos Chriſti fideles, de priſco Talmudeorum conuentu, hanc adieciſſe clauſulam, qua Iudęorum in Chriſtum exprobrationem contemptumcꝫ, & primum prætẽriſſe Meſſiæ deſignarent aduentum.

TALMVD.

CEnſuit conuentus Rabi Iudæ ſęculum quo uenit filius Dauid, domũ concilij conuerti in proſtibulum, deuaſtari Galileam & Gyblin cõfinij incolas profugos fieri a ciuitate in ciuitatem uagantes, nec eſt qui miſereatur illorum, ſcribarum ſapientia habetur contemptui, & uilipendio dantur qui Deum timent, abhorrentcꝫ delicta, uniuerſum genus hominũ impudens fit, impudentia canis, & nulla denicꝫ ore uel opere ueritas colitur, ut ſcribitur, Facta eſt ueritas in obliuione, & recedens a malo patuit prædæ.

RICIVS.

Quia

QVia de concilij domo, Galilea, Gyblin, decp confinij incolis, & Iudeorum ſapientibus, hic facta eſt mentio, Ideo primum Meſſiæ aduentum innuere uidetur, cp conſiliaria domus Galilea, Gyblin, confinij incolæ, tempus quo obtinuerunt regnandi ſceptrum Iudei deſignat. Similiter nec ſapientes, necp ſcribæ ſunt modo Iudeorum, nec futuri ſunt in poſterum, niſi modico forſitan temporis curriculo, ad ultimum Chriſti aduentum, qui ut ſuperius commemorauimus, Iudæis in occaſionem erit ſalutis.

TALMVD.

SAEculum, inquit Rabi Nehorei, quo uenit filius Dauid, iuuenes improperio afficient ſeniores, & maiores natu conſpectum uenerantur iuniorum, inſurgit filia in matrem, nurus in ſocrum, nec pudore cohibetur filius coram parente, & impudens denique fit genus hominum impudentia canis. Sęculum, ait Rabi Nehemias, quo uenit filius Dauid, magna erit procacitas hominum, annonæ caritas, inſidias & dolum pariet, fructum proferent uineta, magni attamen erit precij merum, uniuerſumcp regnum conuertetur in hæreſim, nec maiorum ulla proderit correptio. Tradiderunt magiſtri dicentes, ſcribitur. Videbit, cp infirmata ſit manus, ſcilicet cp manus inualeſcet proditorum, uel alio ſenſu, quod deficient ſtudioſi ſapientiæ, Alio iterum ſenſu, quouſque euanuerit de loculo nummus, Alio ſenſu, quouſque nulla amplius redemptionis ſpes adſit. Quando reperit Rabi Zeĕara magiſtros de aduentu filij Dauid differentes, obſeerauit, ne nimis in longum eius traherent aduentum, cp tria ſunt, quorum repentina ſit apparitio, uidelicet Meſſias, fortuita rei inuentio, uiridiſque lacertus.

RICIVS.

HOc & ueritas orthodoxa affirmat, Veniet, inquit, ſuper uos repentina dies illa. Et alibi, Ne cum uenerit repente inueniat uos dormientes. Si igitur cum euangelica doctrina hęc ipſa contuleris omnia concinna, & ad ſęculi conſumationem, ſecundumque Chriſti aduentum futura perpendes.

TALMVD.

SEx milia annorum, inquit Rau Katina, perdurat mundus, & mille annis erit deſolatio, cp ſcribitur. Et exaltabitur Deus ſolus in die illa (cp die mille audiuntur anni, quorum ſumma unicum conficit diem Domini) Abaie uero annorum bis mille futuram mundi deſolationem credidit, cp ſcribitur. Viuificabit nos poſt duos dies, & in die tertia ſuſcitabit nos, & uiuemus. Adſtipulatur dicto Rau Katinæ traditio ſapientum aſſerentium, ſingula ſeptena (auctore Moſe) unum ſeptimum remittere annum, & ſic ſeptena milia ſeptimum milleſimum remittunt, cp ſcribitur, Et exaltabitur Deus ſolus in die illa, Et ſcribitur, pſalmus cantici diei ſabbati, id eſt diei totus eſt ſabbatū, & ſcribitur, Quoniam mille anni in conſpectu tuo ſicut dies heſterna.

RICIVS

RICIVS.

DE ſabbatiſmo & ſex diebus mundi reuolutionis ſecũdo de ciuitate dei Auguſtinus diſſeruit, nec alienam reiiciendamue hanc ſententiam exiſtimat, ſed prophanam et ludicram iudicat poſitionem illorum, qui in ſeptimo carnis oblectamenta ſenſuumq; pollicentur illecebras. Ait enim prę fato in loco Auguſtinus, Opinio q; ſex milibus annorum (tanq; ſex diebus) impletis, ſequatur uelut ſabbati ſeptimus, in annis mille poſtremis, eſſet utcũq; tolerabilis, ſi aliquę delicię ſpiritales in illo ſabbato affuturę ſanctis per domini pręſentiam crederentur. Nam etiam hoc nos opinati fuimus aliquando, ſed cum eos, qui tunc reſurrexerint dicant: immoderatiſſimis carnalibus epulis uacaturos, in quibus cibus ſit tãtus & põtus, ut non ſolum nullam modeſtiam teneant, ſed modum quoq; ipſius credulitatis excedant, nullo modo iſta poſſunt niſi a carnalibus credi, Hęc Auguſtin. Quibus innuit Talmudicum illud de Leuiatan, & magno ſilueſtriq; boue ænigma, quę paranda ſunt iuſtis ad conuiuendum epulandumq; in nouiſſimis, uerum qui dictorum ſenſa trutinat intelliget, quod Talmudeus in his allegoriam (ut ſupra commemorauimus) non literalem intellectum intendit, quemadmodum & ipſa ueritas ſpiritales delicias per conuiuia, epulas, & nuptias Chriſti ore circumloquitur. Epulemur, inquit Apoſtolus, non in fermento: ſic & in Apocalypſi ſcribitur. Si quis audierit uocem meam, intrabo ad illum, & cœnabo cum illo, & ipſe mecum. Et illud Iohãnis, Ego cibum habeo manducare, quem uos neſcitis. Alienum igitur ne crediderís uetus Talmudeorum dogma ſpiritalia rerum ſacramenta uario allegoriæ & typi uelamine obtecta tradidiſſe.

TALMVD.

SEx milia annorum, inquit, conuentus Eliahu perſiſtet mũdus. quorum duo milia inane, duo milia lex, & duo milia Meſſias, uerum ob delictorum noſtrorum multitudinem, deeſt id quod deeſſe uidemus.

RICIVS.

DVo & ſolida quidem euangelicę ueritatis fundamenta hic Talmudeus inſinuat. Primum, q; legis iam deſierit obſeruantia. Secundum iam Meſſiæ prętertiſſe aduentum. Primum palam explicat, dũ legem duo milia duntaxat annorum ſeruandam enunciat, quorum terminus iam prętertit iuxta Talmudeorum computum ante mille trecentos & triginta circiter annos. Et licet a uerbi incarnatione, ad hunc uſque diem, ſeptem & triginta ultra mille quingentos tranſacti ſint anni, legis tamen obſeruantia nondum omnino exploſa, ſed permiſſa erat in Eccleſiæ primordio, uſq; ad Conſtantini Magni tempora, quod cum Talmudeorum hic computo de legis abrogatione plane conuenire uidetur. Secundum quoq; ueritatis fundamentum, probat Talmudeus aſſerendo: duo annorum milia, tempora fore Meſſiæ, ſumpto exordio, a tempore quo legis deſierit obſeruantia, uidelicet ad finem quarti & initium millenarij quinti, unde eadem erit ſumma annorum Meſſiæ, & abrogationis legis. At quia gentium, & fidei non

fidei non erat plenitudo, nisi cum omnino euacuata fuerit legis obseruantia, idcirco non connumerantur Messiæ temporibus anni, quibus nõdum omnino Mosaica cessauerit lex. Computant igitur uera Messiæ tempora a Constantino ad hunc usq; diem, uidelicet annos circiter mille trecentos & triginta. Cui consonat illud Apocalypsis, quod deus pascit mulierem (id est, ecclesiam sanctorum) diebus mille ducentis & sexaginta. Quod autem in litera subnectitur: Et ob delictorum nostrorum multitudinem, deest id, quod deesse uidemus, non fuit eiusdem conuentus Eliahu dictum, sed id aut compilator, aut quiuis ex iunioribus Talmudistis ne Messię aduentum præterijsse cogeretur admittere, perperam hanc ꝓculdubio clausulam adiecit. Vbi autem duo milia enunciat inane, non est sensus, ꝙ duo milia annorum sit omnimoda creaturarum carentia & uastitas, alioquin euidenti contradictione sese refelleret Talmudeus, ꝙ mũdum dicere sex milia perduraturum, & de eisdem sex milibus duo milia uastitatem asserere, idem est ac si dixisset, mundum sex milibus annorum, & mundum quattuor tantum milibus annorum duraturum. Sed ideo mundum duobus milibus annorum dicit inane, ꝙ indocile & incompositum erat circa mundi primordia genus hominum, absq; lege, morum cultu, & quocunq; politico regimine. Proinde ac si frustra atq; inane fuisset uniuersum mortalium genus, iuxta illud Mosaicum, Pœnituit deum ꝙ hominem fecisset in terra, Illud enim inane dicimus, quod proprium finem & præfixam sibi perfectionis metam non assequitur.

TALMVD.

MVndus, prout ab Eliahu didicit pius Rau Iehuda, permansurus est non minus iubileis octuagintaquinq;, & postremo iubileo uenturus est filius Dauid. Rau Iosepho recensuit Rau Hanan, se hominem inuenisse, uolumen Assyrio caractere & lingua sancta conscriptũ manu gerentem, qui interrogatus, unde uolumen istud ad ipsum peruenisset. Respondit, dum stipendiarium militem ageret Romanæ cohortis, id in Romanorum gazophilacijs inuenisse, quo quidem uolumine scriptum erat a mũdi creatione anno ducentesimo nonagesimo primo ultra millenariũ quartum deficiet mundus, eruntq; partim draconum prelia, partim bella Gog. Magog, residuum uero dies erunt Messiæ. Nec ipse conditor mundi innouabit sæculum, nisi septem milibus annorum transactis. Verum Rau Aha, quinq; annorum milibus transactis, dictum esse contendit.

RICIVS.

IVbileus quinquaginta continet annorum spacium draconum prælia & bella Gog & Magog pluribus in locis commemorat in Apocalypsi Ioannes: dum autem Eliahu affirmat, octuagintaquinq; iubileis permansurum mundum, non cõnumerat annos primordij, quibus quasi frustra atq; inanem (ut pauloante) ob tanta mortalium scelera mundum appellant, sicq; parum dissentire uidetur a dicto priori: Pari lege quando hic

dicit Talmudiſta,deficiet mundus,ſenſus eſt,declinabit hominum genus in malum. Sic & ipſe Rau Aha,poſt quinq; annorum milia mundum innouandum præſumit,non computando duo milia priora. Mundi enim innouatio,ſecundum Rau Katina,fit poſt ſeptem annorum milia,E quibus ſi duo milia q̄bus durabat inane,dempſeris,millia remanebūt quinq;.

TALMVD.

CLauſula iſta,inquit Rabi Ionatan,penetrat,& ad abyſſum uſq; deſcēdit, adhuc uiſio ad tempus certum,proferetq; ad finem & non mentietur,ſi moram fecerit,expecta illum quia ueniens ueniet,& non retardabit. Hęc enim dicta,non eo modo intelligenda ſunt,quo interpretantur Magiſtri illud Danielis uſq; ad tempus, & tempora,& dimidium tēporis. Tempus,inquit Rabi Salomo, quadringētos Aegyptiacæ captiuitatis annos deſignat,tempora uero geminatū Aegyptiacæ captiuitatis,ſ. octingentorū annorū tēpus oſtēdit. Dimidiū autē temporis annos indicat ducētos,q̄ ſimul mille quadringentorū annorum ſummā conſtituūt,Hęc ille. Nec eo modo intelligenda eſt clauſula,quo Rabi Samlai illud Pſalmorum expoſuit,Cibaſti eos pane lachrymarum, & potum dediſti eis in lachrymis tertio: ſeu mēſura (ſenſus eſt,inquit Rabi Salomo)captiuitatis tertiæ duratio,in triplo eſt temporis duarum captiuitatum præcedentiū, Aegyptiaca enim captiuitas erat annis quadringentis, Babylonica ſeptuaginta,quibus in unum redactis,terq; repetitis,mille quadringentorum & decem annorum ſumma reſultat,Hęc Rabi Salomo. Neq; eo modo intelligdēa ſunt clauſulæ uerba,quo Rabi EKiua accepit illud Haggei,Adhuc unum modicum eſt,& ego commouebo cœlum & terram.

RICIVS.

RAbi EKiua Archipharisęus, magni teſtimonij & ſapientiæ uir, quendam prę̄nominatum Barchuſiuam (qui parum poſt Chriſti ſaluatoris tempora,Hadriano imperante regale ſibi ſceptrum adſumpſit) arbitrabatur eſſe Meſſiam,hoc Haggei oraculum de eodem Barchuſiua uaticinium eſſe exiſtimans, qui tamen tertio regni ſui anno truculenta & miſerabili clade profligatus eſt. Et ſic ipſe Rabi EKiua quantumcunq; ſapientia & uitæ mundicia pollens,eodem erroris ſpiritu, pſeudo Meſſiam Barkuſiuam tanq; uerum ſaluatorem coluit, quo & uerum Meſſiam Ieſum Nazarenum pſeudopropheram iudicauerat..

TALMVD.

OMnia,inquit Rau,limitata aduentus Meſſiæ tempora tranſacta ſunt, nec aliunde res ipſa dependet,niſi pœnitentia & operibus bonis,Adſtipulatur aſſertioni Rau Rabi Eliaſaris ſententia,dicentis, Si pœnitentiam egerit Iſrael,futura erit illius redemptio, Si non egerint, nulla erit ſpes ſalutis. Ad quod reſpondit Rabi Ioſua, Si pœnitentiam non egerit Iſrael,nulla quidem erit illis redemptio,ueruntamen ſanctiſſimus,qui eſt benedictus deus, atrocem ſęuientemq; in illos impijſſimi Hamon inſtar

ſtar regem conſtituet, cuius immanitate & pœnarum formidine denicꝫ conuertentur ad bene piecꝫ agendum.

RICIVS.

PAlam hic docuit Talmudiſta, omnia limitata tempora & ex conſequẽte primum Meſſiæ præterijſſe aduentum, quodcꝫ Iſraelitarum redemptio ſola pœnitentia & conuerſione futura ſit, & magis impulſu ac metu, cꝫ ueritatis amore, quod & noſtra hac tempeſtate pluribus Iſraelitarum contingere uidemus, idcꝫ crebrius futurum eſt in poſterum, nec ab re. Nam quemadmodum ad literarum ſtudia, non quidem uirtutis amore, ſed xeniolis & crepundiorum blandimentis allectus, aut ferulæ minis territus impellitur adoleſcens, ſic & paruulos cæcutienteſcꝫ in Chriſto Ieſu altero horum modorum erudire, & ad ueræ pietatis cultum inſtituere oportet. Sicut & Moſes uaſtum rudemcꝫ Iſraelitarum populum ſenſibilibus & corporeis potius cꝫ æterni ſæculi delicijs allexit, & ad uerũ dei cultum transformauit, mellis lactiſcꝫ fluenta magis, cꝫ cœlorum regna pollicitus. Sic denicꝫ illorum (ſecundum Talmudicam traditionem) ſperãda eſt reſtauratio, non quidem orthodoxæ pietatis deſiderio ex peruicatia, & denſa illorum mentis caligine, ſed metu & formidine pœnę, qui tametſi mundanus & ſeruilis circa primordia fuerit timor, fiet tamen exinde cęleſti ſpiritu patrocinante filialis, ſeduluſcꝫ æternæ ueritatis amor.

TALMVD.

STatuit Rau Aba, nullum de redemptione clarius eſſe uaticinium, cꝫ illud Ezechielis. Vos autem montes Iſrael ramos ueſtros germinetis, & fructum ueſtrum efferatis populo meo Iſrael. Eadem Iſraelis redemptio euidenter ſecundum Rabi Eliazarem colligitur ex illo Zachariæ. Ante dies illos merces hominum non erit, nec merces iumentorum, nec introeunti, necꝫ exeunti erit pax præ tribulatione. Samuel tradidit, non uenturum eſſe filium Dauid, quouſcꝫ magna & intolerabilis annonę fuerit caritas. Non uenturus eſt, ſecundum Rabi Henina, filius Dauid, quouſcꝫ nec piſciculus quidem inueniri poſſit, qui opem ferat ægrotanti.

RICIVS.

HAec omnia ſiue ad literam ſiue ſecundum allegoriam intelligas, expectanda ſunt ad conſummationem ſæculi.

TALMVD.

STatuit Rabi Hama, non uenturum filium Dauid, quouſcꝫ deſinat regni ramuſculus de Iſrael. Zeri ex ſententia Rabi Henina, recenſuit non futurum filium Dauid, quouſcꝫ deſinant elati ſpiritu ex Iſrael. Et ſecundũ Rabi Samlai, autore Rabi Eliazaro, non uenturus eſt filius Dauid, quouſcꝫ deſinant & iudices & apparitores omnes de Iſrael. Non redimetur inquit Vla, Iſrael niſi per iuſtitiam. Si generationem, inquit Rabi Ioſ

hanan,aut ſæculum uideris quod grauibus perpetuiſq; ęrumnis affligi-tur. Si uides generationem,in quam præcipiti euentu & quaſi torrentis impetu irruunt anguſtiæ, expecta illum. Idem ait.Non uenit filius Da uid,niſi in generatione uel omnimode iuſta, uel paſſim reproba. Rabi Alexander autore Rabi Ioſue interrogante, Quanam recta intelligentia, illud Danielis.Ecce cum nubibus cœli quaſi filius hominis ueniebat,con-ciliari poſſit cum illo Zachariæ,Pauper & equitans ſuper aſinum.Ad hoc ipſe reſpondit,Prædictarum clauſularum ſenſum eſſe, ſi mundi & bene-merentes fuerint,ueniet cum nubibus cœli, ſin minus, equitans erit ſuper aſinum.

RICIVS.

CVm regnandi ſceptrum,iamdiu antea,uidelicet paulopoſt dominicæ paſſionis tempora,funditus ablatum ſit,primum Meſſiæ prætersſſe aduentum fateri oportet.Duo namq; hic Meſſiæ oſtenduntur aduentus, Primus,ob culpam delicti,ſit in habitu pauperis & ſerui ad redimendum. Secundus,deleta iam culpa originis, erit cum nubibus cœli & imperioſa maieſtate, ad iudicandum. Concomitanter uero ſecundus ille aduentus Iudęis erit in redemptionem.

TALMVD.

IRridebat Samuelem Rex Sabar,dicendo, Meſſiam uos uenturum aſ-ſeritis ſuper aſinum: Ego autem celerem ſi libuerit phaleriſq; inſignem polliceor illi equum.Cui Samuel,Aſinus ne,inquit,tibi eſt centicolor,qua lis erit aſinus Meſſiæ? Rabi Ioſue,Eliam ad hoſtium ſtantem paradiſi,in-terrogat.Quando uenturus eſſet Meſſias? Reſpondet Elias,quando pla-citum huic domino noſtro fuerit,aſſeruitq; ipſe Rabi Ioſue duos ſe tunc ui diſſe,& trium audſſe eloquium.

RICIVS.

TRinitatis in unitate myſterium aperte hic Talmudiſta enunciat,quã-doquidem unum tantum dominum noſtrum Elias indicat. Ipſe uero Rabi duos ſe uidiſſe,& trium audſſe eloquia affirmat. Viſu autem duos, tres uero auditu nouiſſe dixit,ex eo forſitan,q; tertia & ſancti ſpiritus per-ſona ſola fide,quæ ex auditu eſt,deprehenditur. Aliæ uero duæ quoquo modo (ut theologi tractant) ratione inueſtigari poſſunt, Vel q; duabus duntaxat perſonis miſſio adſcribenda eſt,Patris autem perſonæ minime. Sed altioris hęc ſunt indaginis,& extra propoſiti noſtri limites. Satis tibi ſit accepiſſe, quomodo Meſſiam ,quem dominum noſtrum appellat, tri-num & unum Talmudeorum ſententia affirmat. Per aſinum , typice audiendum rerum omnium mobilium Chaos, Materia & hylen ,quam unus equitat,eiq; dominatur,in quo nullus peccati eſt fomes, Meſſias. Et illa eſt centicolor,terminatum certumq; pro incerto accipiendo,q; omniũ colorum,id eſt, formarum ſenſibilium uarietatem uiciſſitudine quadam adſumit Hyle.

TAL-

TALMVD.

IDem Rabi Ioſue, iterum inueniendo Eliam ſtantem ad oſtium ſpecus. Rabi Simonis Ben Iohai, interrogauit quando uenturus eſſet Meſſias? Cui Elias, Vade, inquit, & ipſummet interroga. Sciſcitanti autem Rabi, quo nam in loco eum inueniam? Reſpondet, ad oſtium Romæ. Cui Rabi, & quonam ſignaculo hunc ipſum ab alijs diſcernam? Reſpondet, In medio conſidet pauperum elanguentium, quorum ſinguli omnes ſibi plagas eodem tempore ſoluunt, omneſq; iterum una reuinciunt. Solus uero Meſſias ſigillatim unam ſoluit, & eandem mox medicamine appoſito circumligat, ne ſi extemplo accerſitus fuerit, ſcilicet ad redimendum, plurium plagarum ligamine occupatus, moram facere cogeretur. Rabi igitur Meſſiam adeundo ſalutandoq;, pax, inquit, tibi Magiſter eruditorq; meus. Cui reſpondit Meſſias, Pax ſuper te fili Leui. At ille, Quando, inquit, uenturus es domine? Reſpondit, hodie. Rabi itaq; reſpõſo habito, ad Eliam reuertitur, quem cum interrogaret Elias, quid nam ſibi retuliſſet Meſſias? Reſpondit, dicens, Pax tibi fili Leui: his, inquit Elias, uerbis tibi una cum parente ſpem firmam dedit futuri ſæculi. Tunc mentitus, inquit Rabi Ioſue, eſt Meſſias, q; hodierna die ſe uenturum promittens non uenit. Cui Elias, ſic eius audiendus eſt ſermo, hodie uenturus, ſi uocem eius audieritis.

RICIVS.

PRoximum ante hoc Rabi Ioſue ęnigma diuinitatis, iſtud uero humanitatis potius myſterium declarat. Tu autem attende, cum ſæpius Talmudiſtæ ſe Eliam uidiſſe, & cum eo habuiſſe colloquia proferunt, nõ eſt illorum ſenſus de ipſa perſonali præſentia Eliæ, ſed de ſpiritu, & genio (ut uocant) quo ueluti pædagogo in ſingulis admirandis ſuis operibus ducebatur Elias, Spiritum inquam, de quo quarto Regum legitur. Requieuit ſpiritus Eliæ ſuper Eliſeum. Et deſcribit Euangeliſta Ioannem Baptiſtã præceſſiſſe in ſpiritu & uirtute Eliæ. Erat inſuper apud Talmudeorũ & priſcos Cabaleorum ſapientes facultas, ſeſe quaſi in extaſim mentiſq; prouocandi exceſſum, quo multiformes offerebantur imagines, interdum Eliæ, nonnunq; angelos, aliorumq; rationalium pariter & irrationalium formæ, quibus abſcondita ſapientiæ nonnunq; futurorum præſagia, & id genus archana aut aperte, aut ſub quodam ęgnimatis uelamine tradebuntur. Vtrum uero corporeis externiſq; ſenſibus Eliam, aut quemuis angelorum priſci ſanctorum uiderint, de hoc nil certi in præſentiarum enunciandum cognoui. Ad ipſius igitur Rabi Ioſue reuertendo ęnigma, dicendum, Quod palam ex eo colligimus, genitum iam eſſe Meſſiam, eiuſq; ſedem locatam Romæ, Et nondum ueniſſe cum nubibus cœli, ſed inter pauperes elanguentes, Quodq; redimit quottidie omnem, qui eius uocem audierit. Quid autem per plagarum circumligamina deſignet, quæ alij elanguentium omnia in unum ſoluunt, & iterum ſimul reuinciunt, Meſſias uero pedetentim unã, & deinde abſtergit & circumligat. Quid

inſuper typi latitat, ubi refert ſe inueniſſe Eliam ad oſtium ſpecus Rabi Simonis. Quid & in ſingulis ferme huius enarrationis clauſulis deſignetur archam, id alijs ſtudioſorum, ut ingenij perſpicatiam exerceant, penſitandum relinquo,

TALMVD.

INterrogantibus diſcipulis ipſum Rabi Ioſi, quando uenturus eſſet filius Dauid? Reſpondit. Suſpicor, ſi id uobis aperuero, q̃ ad rei certitudinem petituri eſtis a me ſignum. At illi. Nullum inquiunt, abs te ſignum petemus: tunc Rabi, Veniet, inquit, filius Dauid, quãdo hęc porta (ſcilicet Romnæ) corruet, & reſtaurabitur, iterumq̃ corruet, & reſtaurabitur, & ab integro corruet, nec eius tunc complebitur reſtauratio quin ueniat Meſſia. Tũc diſcipuli, Signum, inquiunt, da nobis, quo ita ut narras futurum iudicemus. Reſpondet, nonne iam primum nullum ſignũ petituros dixiſtis? Tũc illi, Dare tamẽ rogamus libeat. Dedit igitur præſagij ſignũ, quod in ſanguinem conuertentur aquæ ſcaturientes de ſpecu pamies (ſcilicet quo flumen erumpit Iordanis) idq̃ factum eſt, & eueſtigio conuerſæ ſunt aquæ in ſanguinem. Non uenit, inquit Rau, filius Dauid, quouſq̃ iniquitatis regnum ſæuiat in Iſrael menſibus nouem, quod ſcriptum eſt, Propter hoc dabit eos uſq̃ ad tempus, in quo parturiens pariet.

RICIVS.

INiquitatis regnum, eſt regnum Gog Magog. Iſrael uero dicitur omnis ſyncerus orthodoxæ pietatis cultor, ut illud Apoſtoli, Non omnes qui ex circumciſione ſunt Iſrael, hij ſunt Iſraelitæ. Et q̃ modicum duratura ſit regni iniqui poteſtas, ipſa Euangelica teſtatur ueritas inquiens, Niſi breuiati fuiſſent dies illi, non fieret ſalua omnis caro. Solida inſuper hic Talmudica de diuinitate iuncta humanitati Meſſiæ habetur autoritas: clauſula enim, quam Talmudiſta in medium profert, eſt Micheæ præſagium, Et tu inquiens Bethleem effrata paruulus es in milibus Iuda, ex te mihi egredietur qui ſit dominator in Iſrael, & egreſſus eius ab initio a diebus eternitatis, Non niſi æterna filij generatio intelligi potuit. Egreſſus uero ex te, ſcilicet Bethleem, humanam generationem deſignat. Quæ autem Rabi Ioſi, de porta Romæ, q̃ terruet, terq̃ ante Meſſiæ aduentum reſtauranda ſit, ipſa Romanorum geſta, & rerum doceat euentus. Per portam uniuerſam urbem uaſtandam intellexit, licet & hoc ænigmate potius q̃ literali intellectu audiendum uidetur.

TALMVD.

OPto, inquit Vla, ut ueniat Meſſias, ſed eundem uidere non cupio. Sic & Raua, Veniat, inquit, Meſſia, quem tamen minime uidere deſidero. At Rau Ioſephus, Veniat, inquit, Meſſias, & utinam ad aſini eius ſterquilinia degendi mihi daretur facultas.

Non

RICIVS.

NOn optãt Vla & Raua uidere Meſſiã, iuxta illud prophetæ, Væ deſyderantibus diem domini, Ad quid ea uobis, dies enim iſta tenebræ & non lux, ut illud Euangelij, Erit enim tunc tribulatio magna. Ioſephus uero carnali minime perculſus formidine, ſpiritalem mundi uidere optat ſalutem.

TALMVD.

QVeritur quod nomen ſit Meſſiæ, conuentus Rabi Sila, reſpondet. Sila nomen eius, quod ſcribitur, Quouſq; ueniet Sila: latine, quouſq; ueniet qui mittendus eſt. Conuentus Rabi Ianai dixerunt, Ienun eſt nomen eius, quod ſcribitur, Sit nomen eius in ſęculum ante ſolem Ienun (id eſt filiacio) nomen eius. Conuentus Rabi Henina ſtatuerunt, Henina eſſe nomen eius, quod ſcribitur, Non dabo uobis Henina, latine, miſericordiam. Alij aſſerunt, Menahen filius Ezechiæ nomen eius, quod ſcribitur, Quoniam longe factus eſt a me Menahem (latine conſolator) conuertens animam meam. Rabanan, plagę de domo Rabi nomen eius affirmant, quod ſcribitur, Nos autem reputauimus ipſum plagatum, percuſſum a deo & afflictum.

RICIVS.

MEſſiæ quinq; ſunt adſcripta hic nomina, qui mittendus eſt, qui filiatur, Miſericordiæ, Conſolator, Plagatus: Quæ omnia ſi aduertis, Chriſti Ieſu ſaluatoris myſteria inſinuant, Etenim ex eo, q; illud Eſaiæ oraculum (Vere inquiens, languores noſtros ipſe tulit & reliqua) de Meſſia audiendum eſſe, Talmudeus affirmet, facile iudicare licet, quanta ſit iuniorum Iudæorum inſania, quod hunc Lucæ clariorem uerborũ contextũ ad alienum, & literę & Talmudeorum traditioni diſſonum, intellectum retorquent, quemadmodum locupletius id alibi expoſui.

TALMVD.

IN poſterũ (ut cenſuit Rau Iehuda) Exurgere faciet Deus benedictus alium Dauid, quod ſcribitur, Seruient Domino ſuo, et Dauid regi ſuo quem ſuſcitabo eis. De hoc autem dubitando Rau popa interrogabat Abaie, Qui nam fieri poſſet, futurũ eſſe regem Dauid? cum ſcriptum ſit, Et Dauid ſeruus meus, princeps eorum in perpetuum. Si princeps, ergo non Rex. Reſpondet Abaie, Rex erit ſecundus, ut ſolet apud Cæſarem princeps, Cęſar appellari ſecundus, Protulit in concione Rabi Samlai, ſcriptum eſt, Vę deſiderantibus diem Dei, ad quid nam uobis eſt dies Dei? tenebrę. n. iſte & non lux. Id autem (inquit ille Rabi) ueſpertilionis & galli, qui ambo lucem pręſtolantur, diei exemplũ refert. Redarguit enim ueſpertilionem gallus, quod iã orbata luminibus incaſſum expectet lucem, quemadmodum heretico de Meſſiæ aduentu quęrenti, reſpondit Rabi Auhu, uenturum eſſe Meſſiam, quando operient tenebræ impios, ut legitur, Ecce tenebræ operient terram & caligo populos. Meſſiæ anni, Rabi Eliazaris ſententia, futuri ſunt quadraginta, quod ſcribitur, Quadraginta annis

aſſumam generationem ipſam. Statuit autem Rabi Eliazar Azariæ filius, annos Meſſiæ futuros ſeptuaginta. Quod ſcribitur, Et die illa in obliuione erit Tyrus inter ciuitates ſeptuaginta annis ſicut dies regis unus, principui ſcilicet regis, qui rex eſt Meſſia. Rabi uero annos Meſſię, ſęculis ſeu generationibus tribus duraturos aſſeruit, quod ſcribitur, Timebunt te cum ſole & ante lunam in generationem & generationes. Rabi Hillel nullum futurum Meſſiam Iſraeli aſſeruit, eo q̃ eius iam tranſactum ſit imperium tempore Ezechiæ. Hunc autem coarguit Rabi Ioſephus. Ignoſcat, inquiens, dominus Rabi Hillelli, Regnauit namq̃ Ezechias ſtante prima ſanctuarij domo, de Meſſia autem uaticinatus eſt Zacharias tempore ſacratę domus ſecundę, dicendo, Exulta ſatis filia Syon, Iubila filia Hieruſalem, Ecce rex tuus ueniet iuſtus & ſaluator. Alius, ex Rabi Eliazaris ſententia tradidit, quadringẽtos fore Meſſiæ annos, quod ſcribitur, Lætifica nos ſicut dies quibus afflixiſti nos, & annis quibus uidimus mala (uidelicet in Aegyptiaca captiuitate, cuius anni erant quadringenti) Scriptum eſt enim, Et ſubijcient eos ſeruituti, & affligent eos annis quadringentis. At ſecundum Rabi, dies Meſſiæ trecenti & ſexagintaquinq̃ ſunt anni, iuxta numerum dierum ſolis. Quod ſcribitur, Quia dies ultionis in corde meo, & annus redemptionum mearum uenit. Hic autem (ut ait Rabi Iohanan) ſcribitur in corde meo, quaſi dixerit, cordi meo hoc reuelaui archanum, membris autem meis minime. Et ſecundum Rau Lachis, ſenſus eſt, Cordi meo reuelaui, angelis autem miniſtrantibus minime. Abime, dies Meſſiæ ſeptem milia annorum cenſuit, quod ſcribitur, Et gaudio ſponſi ſuper ſponſam gaudebit ſuper te Deus tuus. Tale uero gaudium fieri conſueuit diebus conuiuij ſeptem. Retulit Rau Iehuda, ex Samuelis ſententia, tot futuros dies Meſſiæ, quot dies præterierunt a mundi primordio, ad illum uſq̃ diem. Quod ſcribitur, Vt multiplicentur dies ueſtri, & dies filiorum ueſtrorum ſuper terram, quam iurauit Dominus patribus tuis dare eis ſicut dies cœli ſuper terram. Statuit Rau Neheman, tot eſſe dies Meſſiæ quot a diebus Noë ad diem illum. Quod dictum eſt, Eſaiæ ore, Sicut dies Noe iſtud mihi ſic iuraui, ut non iraſcar tibi, & non increpem te.

RICIVS.

QVadrat Rabi Iohannãms aſſertioni illud Euangelij. De die autem illa & hora, nemo ſcit, neque angeli cœlorum, niſi ſolus pater. De diebus autem, anniſque Meſſiæ uaga & multiformis, ut audiuiſti, eſt Talmudeorum traditio, eidem tamen omnes innituntur fundamento, q̃ ante conſummationem ſæculi reſtaurandũ, & aliquot temporis curſu ſub Meſſiæ imperio duraturum ſit regnum Iſrael. Quod utiq̃ & fides orthodoxa minime reſpuit, ſalua tamen reuerentia ſecretorum, Nam ex Apoſtoli ad Romanos ſententia compertum habemus, Iudęorum ad ſecundũ Chriſti aduentũ futurã ſalutem, qua autem lege, & quanto temporis ſpacio, ante ſęculi cõſummationem futurũ id ſit, nulli ſapientũ (teſte uigeſimo de ciui-

tate Dei

tate Dei Auguſtino)perſpectum fuiſſe agnouimus,nec ſatis exquiſitum eſt,quamdiu duraturum ſit iuditium diſcuſſionis,Quapropter nihil prohibet,quum Iſraelitæ,quos naturales Apoſtolus ramos uocat, cum naturali fuerint inſerti pinguedini,potiorem gradum attingant ſalutis,q̄ hīj qui ex gentibus oleaſtri,diuina miſeratione ſocij facti ſunt naturalis oliuæ,Et ex membris meretricis facta ſunt membra Chriſti,in quorum pleniorem intelligentiam Apoſtoli ad Romanos undecimo dicta attende,& ſedulo tecum reuolue. Licet igitur eidem inſiſtant fundamento,qui conſummationis ſęculi tempora calculant,uario tamen medio, & coniecturis potius q̄ ſolida ueritate hæc ipſa recenſent. Vnde & Auguſtinus uiceſimo de Ciuitate libro,ſcribit,Hic,inquiens,quęri ſolet,quando iſtud (id eſt nouiſſima Antichriſti perſecutio,& eiuſdem per Chriſti præſentiam extinctio)erit,importune omnino,quos tamen,ſcilicet annos,alīj quadringentos, alīj quingentos, alīj etiam mille ab aſcenſione Domini,uſq̄ ad eius ultimū aduentum compleri poſſe dixerunt,coniecturis quippe utūtur humanis,non ab eis certum aliquid de ſcripturæ canonicæ autoritate profertur,omniū uero de hac re calculantiū digitos reſoluit ille qui dicit, Non eſt ueſtrum ſcire tempora & momenta,quę pater in ſua poſuit poteſtate. Hęc Auguſtinus. Nulla tamen magis concinit & rerū ordini & Moſaico ęnigmati,necnon & ſyderum curſui,q̄ ſabbatizantium aſſertio,ſed de his alibi lacius, Hactenus de Meſſia.

SEQVVNTVR NONNVLLA RELIQVA huius capitis,memoratu digna.

TALMVD.

AIt Rabi Hiabar Aba,Omnes ꝓphetæ de ſolo Meſſiæ uaticinati ſunt tempore. Idem Rabi, Vniuerſa,inquit,prophetarum uaticinia ſolū de pœnitentibus dicta ſunt. Iuſtorū aūt ſanctorumq̄ uirorū prędia oculus non uidit Deus pręter te. Rabi Ahu uero cenſuit gradum ſeu locū pœnitentis,non poſſe attingere etiam ſumma iuſtitia & ꝓbitate uiros. Quęritur quid nam ſit id quod oculus non uidit,Reſpondet Rabi Ioſue,hoc eſſe uinum ſuis ſeruatum racemis, a ſex diebus primordīj:aſſerit uero Reſlakis, quod oculus non uidit eſſe Eden (id eſt uoluptatē) ſi autē quęris ubi nam poſitus fuerit Adam? Reſpondet:non in Eden,ſed in ipſo horto. Diceres, Eden & hortus nonne idem deſignant? negatur. Quia ſcribitur, Et fluuius egrediebat de Eden ad irrigandum hortum.

RICIVS.

RAbi Ioſue(qui pauloante de Meſſia cōmentatus eſt cum Elia) Nūc quoq̄ ſpiritales futuri ſæculi delicias,ſub typo uinum ſuis a ſęculi primordījs ſeruatum racemis appellat. Per uinum ſupernam,qua fruemur in poſterum,Dei ſapientiam deſignans,quam oculus non uidit Deus pręter te. Iuxta illud Apoſtoli,Loquimur dei ſapientiā in myſterio,quę abſcōdita eſt:ſicut ſcriptū eſt,Quod oculus nō uidit,nec auris audiuit. Hanc autem de eiuſcemodi uino a creationis principio ſeruatam eſſe in ſuis racemis enunciat,

enunciat,ad differentiam humanę ſapientiæ,quę iam expreſſa eſt,& multiformi fantaſmatum inquinamento corrupta, Vnde peccatum Euæ, nil aliud fuiſſe aſſerunt Cabalei,niſi quod uuas expreſſerit marito, ſex enim dies primordij,ſex gradus rerum corruptioni & motui ſubiacentium oſtendit. Septima autem dies eſt ſabbati,& quies,nulli corruptioni,nec alteritati obnoxia. Hæc igitur ſecundum allegoriam Cabaleorum more accepta,ſublimia quidem,& recondita ueritatis inſinuant ſacramenta,q̃d pari lege & forma de pluribus,quę ſequuntur,illorũ dictis iudicandum.

TALMVD.

QVi legem,inquit Rabi Ioſue,didicit,& eam non repetit, ſimilitudinẽ refert ſeminantis qui non metit. Rurſus qui legem didicit, eamq; obliuione aboleri ſinit,ſimilis eſt mulieri quę cũ peperit ſobolem, mox reponit ad tumulum. Singulis hominum,inquit Raua,ſollicitudo laborq; incumbit,fœlix autem ille qui in lege laborem ſuum ſortitur. Qui negotiatur,ait Rabi Alexander,in lege,legis amore, is pace ſuperna & ima conciliat. Et reputabitur (inquit Raua) ac ſi habitaculum ſibi ſtruxiſſet inter caduca ſimulatque in ſuperis,Is etiam, inquit Reslakis uniuerſi quaſi orbis propugnator erit. Atque is ipſe (inquit Leui) redemptionis tempus accelerat. Qui proximi ſui filium ad legem inſtituit,is,inquit Reslakis,eiuſdem propagator reputandus erit. Quinimmo tanq; legis lator, ut ait Rabi Eliazar,iudicabitur.

RICIVS.

PEr legem hic non literam,ſed qui intus latitat ſpiritum Talmudeus intelligit: iuxta illud pſalmographi,Reuela oculos meos,& conſyderabo mirabilia ex lege tua.

TALMVD.

SCribitur libro ben Sira,tenuis barba ſagacem oſtendit, ſtolidum uero denſior. Qui in calicem ſufflat (uidelicet ut ſpumam depellat) non ſitit. Qui obſonium cum pane ueſcẽdum petit,amoue illi & panem (quia non eſurit) Bifurca barba uirum, quo nemo aſtutior, demonſtrat. Mulier iniqua,lepra eſt marito,quam domo eliminet,& de lepra ſanabitur. Mulier decora ſalus eſt uiro,numeruſque dierum ſibi in duplo reputabitur. A ſpecioſa fœmina ne irretiaris auerte lumina, nec cum eius marito epula,potumque frequenta,multi enim ſpecioſa mulieris facie pereũt.

Multorum ingreſſum in domum tuam ne permiſeris. Sint tibi amicorum plures. Archanum uero tuum uix e milibus uni reuela. Etiam a recumbente in ſinu tuo,oſtia cuſtodi oris tui. Ne contriſteris in craſtinum,q; neſcis quid uchat dies. Triſtes ſunt dies nocteſq; pauperi, humile enim eſt tectum eius (quum deſit ei in altum ſtruendi poteſtas) et aliorũ oĩm uinetis celſior uinea eius (q; prę inopia mõtis cacumina colit) unde aliorũ tectorũ pluuię in eius tecta ſtillãt: eius ꝟo uineti cultura,& ſata iã terra,uento-

uentorum impulsu in aliorum uineas irruit (Hęc omnia ex libro ben Sira, quem inter apocripha Talmudei numerant) Qui pro sanando uulnere exorcismum cum sputo murmurat, partem non habet futuri sæculi, ꝙ sacra inquinat Dei nomina sputi excrementũ. Sabbati die, ut tradunt magistri, serpentum scorpionumq; exorcismos proferre licet, Dęmones autem sciscitari nephas. At secundum Rabi Iosi, alijs quoq; pręter diem sabbati dęmonum sciscitatio euitanda. Rabi uero Huna, hanc Rabi Iosi sententiã minime probat, Nec ipse Rabi Iosi dęmonũ ministerium alia de causa euitandum censuit, nisi propter imminens periculum. Quemadmodum Rabi Isaac contigisse dicunt, Is enim, ut dęmonis in ipsum irruentis noxam euaderet, cedri arbore absorptus est, quę patente exinde hiatu eundem euomuit. Statuerunt magistri, inter dęmonũ genera, olei & oui, principes sciscitari fas esse, uerũ mendatio sæpenumero id genus fallit sciscitantem. Exorcistę murmur ipsum proferre solẽt, in oleũ uasis, nõ aũt in oleũ quo illinita est manus, unde permissum est uti ad inunctionem oleo manus, nõ autem oleo uasis, Rabi namq; Isaac Samuelis filius, cum ad hospicium diuertens, hospes oleum attulisset in uase, & cum eo faciem linijsset, illico pituitę bilisq; carbũculis scatebat uultus. Cui ad forum exeunti, obuia mulier, Te spiritus, inquit, afflauit Hamas, eundemq; mulier ipsa nõnihil actitando mox sanitati restituit. Qui aliquid creatorum ad proprium cõmodum neglectum benedictione utitur, is (ut docuit Rau Henina) a Deo & ab Ecclesia Israel extorsisse reputabitur, ꝙ scribitur, Qui rapit aliquid a patre & matre particeps uiri subuersoris est, pater enim sanctissimũ significat, ut scribitur, Nunquid non ipse est pater tuus? qui possedit te. Sic et mater ecclesiam designat Israel, iuxta illud Salomonis, Audi fili disciplinã patris, & ne dimittas legem matris tuæ. Quęritur, qualis nam fuerit spiritus ille, de quo scribitur, Egredior & ero spiritus mendax in ore omniũ prophetarum eius, Respondit Rabi Iohanan, spiritus erat Naboth Israelis tui (ut ait Rauina) Dominus edixit egredere de pariete meo, quod scribitur, Qui loquitur mendatia nõ reparabitur in conspectu oculorum meorum. Ad hoc conuertitur illud Rau popa, ut in adagio est, qui nimia ultionis cupidine uincitur, propriam domum subuertit.

RICIVS.

MAgnum & cœlesti de anima corporis uinculo soluta archanum hic tangitur. Naboth enim Israelita, ꝙ uineam dare renuerit Regi Achab, lapidibus per Reginam Gezebel (ut iij. Regum legitur) interemptus est, & quia in ipso uitę extremo anima eius cum ardente ultionis desyderio, emigrauerit, factus fuit ad explendam uindictæ libidinem spiritus mendax in ore prophetarum. Qua autem ratione, & quo ueritatis testimonio id credere fas sit, mysteriũ ostendit Phitonissæ sciscitantis Samuelem, qui spiritus uerax erat ad Saul, quemadmodum Naboth spiritus erat mendax ad Achab, sed Samuel, ut primo Regum exprimitur, quadam cũ inquietu-

inquietudine, Naboth uero ſumma cupidine idipſum peregit.

TALMVD.

QVatuor, inquit Rau Hiſta, hominũ ſpecies excludũtur a facie glorię, irriſorum, loquentium mendatia, adulatorũ, & ſuſurronum. Scribitur, Nõ eueniet tibi malum, id eſt te non perterrebunt inſomnia, & praueę cogitatiões nocturnæ, plaga non appropinquabit tabernaculo tuo, q̃ nullus tibi erit gnatus, uel diſcipulus, in publicum præuaricator, qualis Nazareus erat Ieſus.

RICIVS.

QVoniam de Ieſu Nazareo hic, quemadmodum uarijs in Talmud locis, mentio facta eſt, qui ex nominis ſymbolo Ieſum ſaluatorem noſtrum uidetur innuere, & hęc ſtulta & lętifera præſumptio Iudaicæ inſanię anſam prębuit obtrectandi & blaſphemandi ſuper cœleſtia orthodoxæ pietatis ſacramẽta. Idcirco de eiuſcemodi Nazareo Ieſu hiſtoriam, quã paulo inferius in hoc ipſo capite Helek, Talmudiſta commemorat, hic ſtatim ſubijciendam duxi, quo plane intelliges, q̃ euidenti ęquiuocationis fallatia, & inemendabili decipiantur errore, legitur enim paulopoſt.

TALMVD.

DEcet (ut tradunt magiſtri) ſiniſtra manu repellere, dextra uero alli cere delinquentem, non ut Heliſeus qui utriſq̃ manibus pepulit miniſtrum ſuum Geheſi: Neq̃ ut Rabi Ioſue Ben Praheia, qui ſimul una & altera manu Nazareum repulit Ieſum. Cum enim Iannai Rex in furorem adactus, trucidari iuſſerit magiſtros, abijt Rabi Ioſue, fugam arripiens in Alexandriam Aegypti. At paulopoſt deferueſcente iam Regis furore, ad eundem Rabi Ioſuam reſcripſit Simon Ben Sota denunciando, q̃ tempus expoſtularet, ut ſanctam repeteret Hieruſalem, Cuius monitis parens mox iter Hieruſalem uerſus arripuit, Cunq̃ in ipſo itinere ſplendido quodam receptus fuerit hoſpicio, dicebat: O quam decorum & q̃ oblectabile hoſpicium iſtud. Tunc Ieſus de hoſpicij matrona magiſtrũ loquentem exiſtimãs: Oculos, inquit, habet ſqualidos, ſeu rotũdos. Cui Rabi: Vir ſceleſte inquit, de tali ne turpidine cogitas? Ac eueſtigio, quadringentarũ tubarum concrepitu eum anathema proclamari iuſſit qui, et ſi ſæpenumero ab eo ueniam, inq̃ priſtinũ diſcipulorũ numerũ reſumi popoſcerit, minime tamen ad indulgendum inclinari potuit magiſter. Paulo denicq̃ poſt (dum Rabi ipſe orationi uacaret & lectioni, audi Iſrael?) magiſtrũ Ieſus ex integro acceſſit, qui uidelicet magiſter cum placato iam animo, petentis uoto condeſcendere inſtituiſſet, eicq̃ manibus nutaret, ut uſq̃ ad finem lectionis moram traheret, Ieſus autem manuum geſticulationem, quaſi repulſæ & indignationis nutum exiſtimans, protinus indignabundus dans terga abijt. Et continuo latericium erexit lapidem, eumq̃ idolatriæ cultu adorauit. Quem cum Rabi inſtanter ad pœnitentiam, & ad uerę pietatis cultum hortaretur, pertinaci fronte renuit, Aſſerendo ſe didiciſſe a magiſtro, q̃ qui populi multitudinem ad pręuaricandum inducit, nulla illi pœnitendi

nitendi relinquatur facultas. Mar autem recenſuit Ieſum Nazarenum magica exercuiſſe,facinora inſtigaſſe,& a uero creatoris cultu auertiſſe multitudinem Iſrael.

RICIVS.

QVod autem de Ieſu Nazareo paſſo ſub Pontio Pilato, Saluatore noſtro hic minime ſermo ſit,facile erit cognoſcere,quando Pontij Pilati tempora a Ianai Regis temporibus longe,& ultra centum annos diſtare monſtrauerimus.Iannai enim(ut codice berachos, capite matutinæ orationis traditur) erat Ionathan Simonis Machabei filius,qui & Hyrcanus (ut decimo tertio antiquitatum Ioſephi legitur) nūcupatus eſt,Si igitur ab Hyrcano,ſeu Ionathan Machabeo,ſeu Iannai ad Herodē Pontiūq; Pilatum tempora colligis,circiter decem et centum annorum interſtitium reperies,unde facile reuinces,non eundem eſſe Ieſum Nazareum auditorē Rabi Ioſue,& Ieſum Nazareum paſſum ſub Pontio Pilato Chriſtum & dominum noſtrum. Eſto,ut cæca iuniorum Iſraelitarum peruicacitas contendit, q̄ Ieſum ſaluatorem Talmudiſta hic innuat, conſentaneum tamen eſt,ipſum Talmudiſtam errore deceptum fuiſſe.Quemadmodum & ille Architalmudeus Rabi Ekiua,inſignis ſapientia & uitæ celebritate omnium teſtimonio uir,qui pſeudomeſſiam,ut pauloante commemoraſſe uimus, tanq̄ uerum humani generis reſtauratorem coluit,& eadem fallatia & ignorantiæ caligine Chriſtum Nazarenum uerum mundi redemptorem,pſeudo Meſſiam iudicauit.Nil igitur mirum cum cæcus cæco ducatum prę̄ſtat,ſi ambo in foueam cadant.

TALMVD.

QVæritur a Rabi Simone,quando ſcribitur,Aufertur ab impijs lux, & brachium excelſum cōfringetur,Quid eſt quod litera ain ע dictionis מרשעים (id eſt, ab impijs) extra aliarum literarū pendeat ſeriem.Reſpondetur,q̄ qui in hoc infimo & caduco orbe, inops fuerit, inops quoq; reddetur in ſuperis.

RICIVS.

QVando Ain ע litera per ſyncopam tollitur e medio dictionis Merſaim (ut in prædicta clauſula Hebraico exemplari legitur) remanet Mereſim,& tunc dictio,non impios,ſed inopes ſonat, inopia uidelicet mentis.Quando enim mens ipſa humana torpeſcit, & caducæ machinæ pulchritudinem minime contemplatur,nec conſyderat,inops efficitur, & ignarus rerum archanarum inſuperis, Vnde in impietatem, & huius & futuri ſæculi miſeriā labitur:inuiſibilia enim dei,inquit Apoſtolus,a creatura mundi,per ea quæ facta ſunt,manifeſta conſpiciuntur,Qui igitur manifeſta,quę ſenſui in hac caducorum machina ſubiacent, non aduertit, is utiq;,nec inuiſibilia inſuperis penetrare meruit. Tu autem attende,quot in ipſo ſcribendi modo, & Hebraicarum literarum contextu latitent chariſmata,quæ ex ſolo Hebraico exemplari doceri & intelligi poſſunt.

TALMVD.

DVo Iſraelitarum (ut recenſuere Magiſtri de ſolertia & perſpicatia filiorum Iſrael commentantes) capti erant in monte Carmel, quorum inter reliqua itineraria colloquia dicebat unus alteri, Cõiecto qui nos præiuit camelus, in altero oculorum careat lumine, & in una, quibus onuſtus eſt, lagenarum deferat uinum, in altera oleum: duorum inſuper qui ductãt camelum, unus Iſraelita, gentilis eſt alter, Tunc captor illorum ſequẽs ueſtigia, & auſcultando colloquia: Hem, inqt, durę ceruicis populę unde nãſ? & qua temeraria coniectura hęc per uos narrata præſumitis? Reſpondet, qꝺ in uno oculorum camelus careat lumine, ex hoc perpendimus, qꝺ is in uno duntaxat uiæ & tramitis latere herba depaſcitur, alio uero latere minime. Rurſus, cum guttularum de lagenis ſtillantium, has quidem ad profundum uſqꝫ demergi, illas uero ſuperferri cernimus, unam ideo olei, alteram uini eſſe lagenam comprehendimus, Horum uero qui ductant camelum, quoniam unum impudenter in ipſo tramite, alterum uero extra ſemitam, & latibulo uentrem leuare conſpeximus, unum gentilem, alterum Iſraelitam cognouimus. Captor autem de hac re certior fieri cupiens, dat ſe in pedes, & camelum, eiuſqꝫ comites celeri paſſu ſequitur, qui ut iuxta captiuorum dicta rem ipſam ad amuſſim ſic eſſe, tantamqꝫ eorum perſpicatiam ſumma cum admiratione cognouiſſet, ambos oſculo pacis ſalutat, muneribuſqꝫ & libertate condonat, atqꝫ cum gloria, & honore patrio ſolo reſtituit.

DE ALIIS QVIBVSDAM CAPITVLIS lectu digna excerpta.

QVi illata ſibi improperia ſilentio pertranſit, mille, quę ei imminẽt, mala tranſibunt. Septem lubrica non præcipitant innocentem, At uno obruitur impius. Dum coniugum feruet amor, ſuper gladijſa mina accubant, quo tepente, eos ſexaginta cubitorum cubile nõ patitur. Scribitur, Rex in iudicio erigit terram, & uir primitiarum diſſipat eam: quaſi dicere uelit, Iudex, qui opibus ut rex abundat, erigit & roborat terram: ſi autem inops (ut ſacerdos qui primitiarum mendicitate uictitat) fuerit, diſſipabit eam. Qui improbum in urbe iudicem conſtituit, perinde ac ſi idolum colendum plantaſſet in Iſrael, reputabitur. Vrbem, cui unum ex his decem defuerit, nullus ſapiens inhabitet, uidelicet iudicũ collegium, eleemoſynarum promptarium, Eccleſiaſticæ ędes, balneum, locus ad requiſita naturę, medicus, flebotomator, ſcriba, macellarius, eruditor infantium. Eo tempore quo duxerat Pharaonis filiam Salomo, deſcendit Gabriel, & harundinem mari infixit, unde exortus eſt ſcopulus, ſuper quo ſtructa eſt magna urbs Roma. Primo ait Marſutra, Tradita eſt lex Iſraeli, charactere hebræo, idiomate uero ſancto, quę Eſdræ temporibus in Arameum idioma, & Aſſyrios mutata eſt characteres. Paulo uero poſt, characteres Aſſyrios retinentes, ſanctũ elegerũt ſibi idioma, hebręũ characterẽ, Arameũqꝫ idioma relinquẽtes idiotis. Per idiotas audiũtur, ſecundũ Rau Hiſta, Chuſini populi, qui ſimul creatorẽ timent & idola co-

la colunt. Rabi uero affirmat,a primordio eiſdē,quibus & nunc ſcribi/
tur characteribus,datam & conſcriptam fuiſſe legem.Ex Iſraelitarꝝ uero
præuaricatione in aliud mutatam eſſe ſcripturæ genus,quibus iterum pę/
nitentia ductis priſtinum reſtitutum eſſe characterem . Rabi uero Simon
Eliazaris filius,nullo unq̄ tempore nec loquendi neq̄ ſcribendi modū mu
tatū fuiſſe aſſeruit.Mulier,inqt RabiSamuel, informe quiddā eſt,& pro/
pterea nulli mortalium adeo ſtabili adhęret fœdere,ſicut illi , qui eam for/
matum organumue fecerit,q̄d per primū uirꝝ,maritumq̄ perficitur,Nec
uir moritur niſi uxori,neq̄ uxor niſi marito. In adagio eſt,tametſi ſeptē
nio ſęuiat paſſim per orbem fames,minime tamen oſtiū tangit uiri quauis
arte periti . Quicunq̄ addit minuit . Diues qui diuicꝰ non fruitur,
mus eſt ſuper aurū accubans. Quod in literaria ſchola tractant ſapientes,
prodere nefas. Vnde quendam diſcipulorum,qui nonnihil archani , ante
duos cum uiginti annos,in literario cœnobio traditi prodiderat,protinus
expulit & eliminauit Rau Ami. Medicus Tyris nomine.Nullā inqt uac/
cā,neq̄ porcam Alexandria abduci paciunt Aegyptij ,quin primo ei uul/
uam,ne cōcipiat,eruncēt.Scribit, Vnū loquutus eſt deus,duo uero audiui
mus,quia ex una eadēq̄ ſacri eloquij clauſula uaria documentū accipimus
ex pluribus uero clauſulis,nunq̄ unū idemq̄ intelligimus. Mulier ere/
ctis ſtans pedibus inhabilis eſt ad conceptū ? Saltiliellem nihilominus Se/
rubabellis parentem Babylonię carcere hac lege conceptum affirmant,Et
propterea,Serubabel nuncupatur,quod ſeminatum,genitumue fuerit Ba
bylonię ? Cui proprium erat nomen Nehemias Hachaliæ filius. Vinū et
ſecretum , cum unū intrat, alterum egreditur. Mortalium facies (ut tra
dunt Magiſtri) non eandem adamuſſim ſorciuntur imaginem,nedum u/
nus alterius uxorem uel domicilium uidet ſplendidum , ſibi uendicet , &
ſuum eſſe contendat.Quibus uero potiſſimum (iuxta ſententiam Rabi
Meir) ſinguli hominū,unus ab alio differūt,ſunt tria,uox,effigies,et cogi/
tatio. Mundi conditor deus,ſexta die ultimam creaturam fabricauit ho/
minem,Architriclini inſtar,qui prius cœnaculo ſtrato,aptata menſa,et o/
pipare iam cunctis paratis ,conuiuas ultimo loco introducere ſolet , Cui
alludit illud Salomonis dicens,Sapientia mulierum ædificauit ſibi domū,
excidit columnas ſeptem,immolauit uictimas ſuas,miſcuit uinū & propo
ſuit menſam ſuam,miſit ancillas ſuas,Hęc ibi .Mulierum namq̄ ſapientia
ędificans domum,menſuram ſeu metrum oſtendit conditoris,quo condi/
dit uniuerſa.Columnas quas excidit ſeptem , ſeptem ſunt dies primordij,
uictimę,limphatum uinum,& menſa,ſunt maria, flumina,& quicquid in
huius ſęculi uſum uenit : Ancillæ,quas miſit, ſunt Adam & Eua . Ter/
ra qua fabricatus eſt prothoplaſtus Adam ex uniuerſa terreſtri machina
(ut placuit Rabi Meir) coaceruata eſt , teſte illo Pſalmorum . Informe
meum uiderunt oculi tui. Oculi autem domini,ut alibi ſcribitur , in uni/
uerſum terrarum orbem feruntur. Rau Oſia primi Adæ corporis trū/
cum,de terra Babyloniæ , et eius caput , de terra Iſrael , reliqua corporis

membra,de alijs mundi regionibus cõpacta censui. Duodecim, inquit Rau Aha,horę sunt diei,quarum prima coaggerata fuit terra Adæ,secunda factum est informe,tertia protensa sunt membra, quarta iniecta est ei anima,qnta assurrexit in pedes,sexta nomina rebus impositi,septima data est sibi cõnubio Eua,octaua thorꝝ ascẽderũt duo,descẽderũt uero q̃ttuor, nona traditũ est sibi præceptum, cuius præuaricator decima hora factus est,undecima iudicabatur,duodecima denicꝫ paradiso detrudebatur, & abijt,ut scribitur,Homo in honore non pernoctauit.Nullam in hominem uim habet bestiæ,nisi homo appareat ueluti iumentum,cꝫ scribitur,Similis factus iumento desolatus.Prothoplasti Adæ ab uno ad alterum mundi extremum,staturę magnitudo erat,cum autem præuaricator factus fuerit,eum creator per manum suprapositionem in minus redegit. At secundum Rabi Eliazar,prothoplastus sua proceritate pulsabat firmamentum. Primi Adę,Arameo idiomate (ut placuit Rabi Iehuda) sermo erat. Cui, ut tradit Reschlakis, glorioſus mundi conditor omnium sæculorꝝ generationes, & quoscꝫ ueritatis & sapientię uiros ostendit. In hęresim (iuxta sententiã Rabi Iehuda) lapsus est primus Adam. At,secundũ Rabi Isaac,in hoc deliquit,cꝫ enutriuerit præputium. Rau Neheman hunc deliquisse affirmat,cꝫ primam omniũ rerꝝ respuerit originẽ. Eisdem sacrarꝝ literarꝝ locis,quibus hęreticorꝝ prauitas proteruire,& ad alienũ sensum literæ sonum retorquere nititur,statim responsio subnectitur,qua illorum peruicatia retunditur.Scribitur (ut pote) faciamus hominem ad imaginem nostrã.Quo deorꝝ pluralitatẽ hęresis contendit, id autẽ falsum conuincitur ex eo,quod mox litera subnectit.Et creauit deus hominẽ ad imaginẽ suam,quod expressam dei unitatẽ insinuat.De his hactenus,sequitur cõpendiolum Mischnę in codicem senatorum,dictum sanhedrim.

COMPENDIVM MISCHNAE IN CODICEM senatorum,dictum sanhedrim,quę a quibus senatorꝝ ordinibus sint iudicanda. Caput primum.

EOrum quę in iudicium ueniunt,quędam a tribus diffiniuntur iudicibus,ut ea quę bona cõcernunt Mãmonis.Alia iudicantur per senatum unius & uiginti cõsulum,ut sunt ea,quę personam criminaliacꝫ iudicia respiciunt.Alia iudicantur per magnum Hierosolymę unius & septuaginta senatorum consilium,ut ea quæ ad unius tribus multitudinem, pseudoprophetam,uel ad magnum pontificem spectant. Alia primo trium tractãtur consilio,euentilanturcꝫ exinde per quincꝫ,absoluuntur denicꝫ per septem,ut mensis emboliſmi & annorum computus. Alia,ut pote manuũ impositio,ad iudiciaria senatoriaue insignia conferenda, aguntur per quincꝫ. Alia iudicantur a decem,in quorum numero unus computatur sacerdos,ut uenalium seu redimendorum agrorum precia,& cætera id genus.

QVIBVS OBSTRINGITVR, ET A QVIBVS immunis sit Pontifex magnus,& Rex.Caput.ij.

Pontifex

POntifex magnus iudicat & iudicatur. Teſtimonium dicit, & de eo dicitur. Diſcalciationis legi cum defuncti fratris ſui uxore, obnoxius eſt quemadmodum & frater defuncti, eandem legẽ cum pontificis uxore adimplet. Defuncti pontificis uxor ſociatur connubio pontificis fratri, fratris uero defuncti uxor non iungitur connubio pontifici. Pontifex nõ comitatur funus, nec ad ſilicernium ſeu funebre epulum, humi ut cęteri lugentium, recumbit, ſed paruæ inſidet ſediculæ, cuncta multitudine humi conſidente. Rex uero non iudicat, & minime iudicatur. Nullum dicit teſtimonium, neq; de eo dicitur. Diſcalciationis legem non ſubit, quam etiam cum eiuſdem defuncti regis uxore frater minime obſeruat. Non iungitur matrimonio defuncti fratris, nec frater defuncti regis uxori, alterius tamen regis derelictæ uiduæ regem ſociari licet. Funus pro arbitrio comitatur, adq; funebre epulum in ſubſellio (quod cubile fortunæ nonnulli uocant) recumbet, & uniuerſa multitudo reſidet humi. Bella gerit arbitraria, magni ſenatus conſenſu. Macerias (ut patens ſibi fiat iter) & quaſcũq; ſtructuras diruit pro nutu. De militũ præda, ipſe in primis ſibi partem reſeruat. Plures q̃ decem & octo uxores non ducat. Equorum copia non maior ſit, q̃ equeſtris eius ordo requirat. Argenti quoq; & auri cumulũ aggregare non ſit ſollicitus, niſi prout militiæ, & reipublicæ uſus depoſcit. Legis pentateuchum ſibi conſcribat, quem ſe cum foris retineat, & in caſtris, ac domi collo appenſum reſeruet. Regis in equitare equo, eiuſq; inſidere ſolio non licet, regali quoq; uti ſceptro nefas. Regem capitis abradentem capillos, & in balneo nudum neq; adire, neq; intueri licet.

QVALI PACTO ELIGENDI SVNT IVDIces. Et quibus modis fieri poſſint reprobi teſtes, & iudices, Et qua lege examinandi ſint teſtes. Caput tertium.

IN iudicijs mammonis, quæ definiuntur a tribus, uteruis litigantium, unum eligit iudicem, & ambo iudices eligunt tertium. Quod ſi litigantes proprium, aut alter alterius parentem, imo & inertes rudeſq; bubulcos in iudices admiſerint, non datur illis poſt latam ſentẽtiã recuſandi iudices, aut reꝓbandi facultas. Reprobi autem fiunt, quicunq; impietatis, aut turpis, ſeu iniuſti lucri nota tanguntur, uidelicet qui talorꝝ ludum, qui fœnus, aut uenatorium columbarum uolatum, quiq; remiſſionis anno mercatur fruges, & ſimilia exercet, horum enim nullus (ſi nullo alio magiſterio uel arti ſtuduerit) ad iudicandum, & teſtimonium perhibendum admittitur. Conſanguineis quoq; & affinibus, nec iudicare neq; teſtimonium dicere fas eſt. Sodales & hoſtes teſtimoniũ quidem dicunt, iudicant uero minime. In teſtium uero examine, primo in ſeceſſum uocatur grandeuior, ſeu dignitate præſtantior, qui niſi ex uiſu, uel debitoris ore mutui certitudinẽ affirmet, irritum eius habetur teſtimonium: Primi autem teſtis peracto examine, ſuccedit alter, cuius dicta ſi dictis concinant prioris, mox rem ipſam

pſam diſcutiunt iudices,& iuxta plurium ſententiam iudicium abſoluũt. Lata uero ſententia debitori,triginta dierum ad opponendum ſpacium relinquitur: quibus tranſactis,nihil deinceps in oppoſitum ſententiæ admittitur.Pari lege quum debitor,abſoluta iam ſententia interrogatus, An aliquid ad contradicendum habeat? ſe nihil quod opponat habere reſponderit: ſi exinde quomodolibet aliquid in aduerſum ſententiæ is conſtare fecerit,nullatenus latæ iam ſententiæ uigorem reſcindere poterit.

QVAE INTER MAMMONIS, ET PERSONArum iudicium diſcrimina. Quis ſenatorum modus, & ordo. Cap.iiij.

MAmmonis cauſæ iudicantur a tribus, perſonarum uero ſeu animarum actiones per trium & uiginti ſenatum dijudicantur. Et in cauſis mammonis nihil intereſt prius ſententiæ proferantur eorum qui condemnant,uel eorum qui iuſtificant. In his autem quę perſonam (ſeu criminale iudicium) concernunt,prius ſententiæ pronũciantur iuſtificantiũ, exinde eorum qui condemnant. Illic ſiue ad iuſtificandum, ſiue ad condemmandum ſatis eſt unius ſuperantia,Hic uero unius ſuperantia iuſtificat, duorum uero condemnat. Illic lata iam ſententia haud ſecus ad condemnandum q̃ iuſtificandum opponere licet: hic uero abſoluta ſententia ſolum ad iuſtificandum,non autem ad condemnandum obiicere admittitur. Ibi data eſt omnibus quantulumcumq; iuriſperitis argumentandi docendiue, æque ad condemnandum ſicut ad iuſtificandum,facultas. Hic uero,id ſolum ad iuſtificandum permittit. Ibi eidem qui ſuaſit ad cõdemnãdum,fas eſt,ut exinde ſuadeat iuſtificandum. Sic ediuerſo,qui primo ſuaſerat iuſtificandum,poterit deinceps docere ad condemnandum. Hic uero ei qui ſemel docuit iuſtificandum,minime licet ſuadere exinde ad condemnandum. Ibi examen peragitur luce diurna, proferturq; ſentẽtia tempore nocturno,Hic uero ſolum diurna luce & examina & ſententias abſoluere fas eſt. Ibi eadem die cauſas diſcutiunt, & in quoduis oppoſitorum ſententiam ferunt.Hic uero eodem die examen peragitur,& iuſtificatrix ſententia pronunciatur,condemnatricem uero ſententiam poſtera,& non examinis die abſoluunt.Quo factum eſt,ut ſabbati,& cuiuscunq; ſolennis diei profeſto cauſarum inhibeantur examina. In expiationum pollutionũq; ritibus definiendis,primo propriam ſententiam explicat potiori nomine iudex,In iudicijs uero perſonam animamq; reſpicientibus,primo pronunciat ſententiam,dignitate & ſapientia poſterior. Omnes proſeliti,etiam & ſpurij idonei ſunt cauſas determinare mãmonis, animarũ uero iudicia abſoluunt duntaxat ſacerdotes & leuitæ, necnon & ſacerdotum affines Iſraelitæ. Senatoribus cõſedendi mos erat ſemicirculi inſtar,ut ſeſe mutuo intuerentur proſpectu,duobus(uno .ſ.a dextris ſenatorq;,altero a ſiniſtris) aſſiſtẽtibus ſcribis,condemnãtiũ et iuſtificantium

ſcripti-

ſcriptitantibus dicta. In ſenatorum baſilica tres alij aderant ſtudioſorũ ſapientiæ ordines, qui omnes iuxta cuiuſq; præcellentiam gradatim conſidebant humi, ex quibus nonnulli ad ſenatorium (dum res expoſtularet) ordinem promouebantur, ita q; uno de primo trium ordinum in ſenatorium ordinem ſuffecto, alius ex ſecundo ordine locum ſubibat: cooptati in collegium ſenatorum, mox et alter ex tertio ordine locum ſupplebat in ſecundo, & alius demum de populari aſſumebatur conuentu, qui uices ageret in ordine tertio. Quo factum erat, ut uno de ſenatorio ordine amoto, ſinguli aliorum triũ ordinum, uno gradu altius conſcenderent. Terror incutiendus eſt teſtimonium dicentibus in cauſis perſonalibus, ne ſola æſtimatione (quantumcunq; pateant inditia) nec alterius teſtimonij ore, uel ueridici hominis relatu, ſed ſola uiſus certitudine atteſtari præſumant, de rigoroſoq; examine, quo illorum diſcutienda, euentilandaq; ſunt dicta, prẽmoniti ſint oportet: q; q; longo nimirum interuallo diſtant iudicia perſonalia, a iudicijs mãmonis. Qui enim falſo teſtimonio quempiã condemnat mãmonæ, purgabitur quidem a culpa, ſi mãmonis ſummam reſtituerit innocenti, Inſontis uero ſanguinis effuſi crimine, non liberabitur pſeudoteſtis in æternum. Qui enim unicam Iſraelitę perdit, aut unicam ſeruat animam, perinde ac ſi mundi machinam perdidiſſet, ſeruaſſetue iudicabitur. Maxima ineffabiliq; laude digna eſt diuina ſolertia, homo namq; ſi uno modulo innumera depromat nummiſmata, eandem adamuſſim ſingula effigiem referunt. Ipſe uero omnium ſæculorum cõditor, uaſtum & immenſum mortalium genus unico prothoplaſti Adæ modulo effinxit, quorum nec unus quidem alterius præciſe adumbrat imaginem.

QVA LEGE EXAMINANDI SVNT TEſtes, proferendaq; ſit in iudicio ſententia. Cap. v.

SEptem inquiſitionibus examinantur teſtimonium dicentes, uidelicet, Quo iubilei ſeptenario, quo anno, quo menſe, qua menſis & qua hebdomadę die, qua hora diei, & quo in loco factum uiderint. Interrogantur inſuper, an ſceleris reum cuias eſſet cognouerint, eumq; ut abſtineret a crimine prẽmonuerint, Et de idolatria interrogãtur, quod idolorum, & quo cultu adorauerit. Inquiſitionum & interrogationum non eadem lex eſt. Si enim inquiſitionem aliquam ſe unus teſtium neſcire reſponderit, irritũ erit teſtimonium. Interrogationem uero, ſi unus, imo & duo teſtiũ ſe ignorare aſſeruerit, ualidum nihilominus acceptabileq; erit teſtimoniũ. Apud interrogationes tamẽ, pariter & inquiſitiones, ſi alter alteri contradixerit, uanum erit teſtimoniũ. Si unus teſtium aliquid ad iuſtificãdũ, uel quiſpiã de ordine ſtudioſorum ſapientiæ nonnihil ad condemnandũ in mediũ, proferre uelit, non datur illis dicendi facultas. Si uero unus de illorum ordine, ſe aliquid, quod iuſtificet, dicturum ſpoponderit, datur illi aditus, eiq; mox inter ſenatorum conſeſſum ſedem collocant, nec uſque ad conſumatio-

nem illius diei, ullum de senatorum collegio abire sinunt, qui si auditu digna protulerit, auscultabitur illi, quemadmodum & ipsimet qui iudicio exponitur adhibendæ sunt aures, si ad sui iustificationem auditu digna cõmemoret. Si igitur ea, quę satis sunt ad iustificandum attulerint, statim immunis relinquitur. Sin uero minus sufficienter ad iustificandũ declarauerint, in posteram diem sententiæ pronuntiatio suspenditur, & interea seorsum bini, triniq; senatorum rem ipsam integra illa nocte reuoluunt, uino abstinentes tota die illa, noctuq;, et tenui uictitantes alimento, Matutino tempore prętorium rursus ingressi, pferunt sententiã, & primo qui iustificant, exinde qui condemnant. Nec illi, qui prius iustificauerit, fas est ut deinceps cõdemnet, licet tamen illi, qui pridie condemnauerit, ut postera die iustificet. Si igitur ex uiginti trium senatorum conuentu duodecim fuerint iustificantes, & undecim qui cõdemnant, statim impune absoluitur. Si autem e diuerso duodecim sunt qui cõdemnant, & undecim qui iustificent, aut undecim iustificantes, undecim pariter qui condemnant, & unus sese ancipitem, ignarumq; ferendæ sententiæ affirmat, tunc geminatim aduscq; septuaginta & unum superadduntur priori numero senatores, quorum si triginta sex fuerint iustificantes, & triginta quinq; qui cõdemnant, iustificãtem sententiã, pnunciant. Si aũt triginta sex fuerint qui cõdemnant, triginta & quinq; qui iustificãt, tũc inter se rem ipsam pensitãt, atq; reuoluũt, q̃uscq; unus deniq; condemnantium sententiæ adhęreat iustificantium.

QVA LEGE POST LATAM SENTENtiam iudicium exequuntur, Cap. vi.

ABsoluta in cõdemnationem sententia, mox a prętorio ad supplicij & carnificinę locũ moriturus ducitur. Atq; interea prętorij ianitor linteа, quę (pre) leuarentur, in signum manu gerit. Alius uero procul a prætorio insidit equo, eo eamen interuallo, q̃ uidere possit ianitorem, qui cũ linteis ad prętorij ianuã, pspectat, ut si eo tẽporis spacio, quo ad supplicium reus ducitur, quis ad condemnati iustificatiõem, nõnulla iuris monita in mediũ, pducere pręsumeret, illico tolleret in signũ lintea, quibus, qui insidet equo prospectis, confestim iudices lictoresq; communefaceret, ut paulisper gradũ sisterent, condemnatiq; supplicium suspenderent. Sic uticq; & ipse mortis subiturus supplitiũ, si quicq; ad sui iustificationẽ se dicturũ, pmittat, etiã iteratis quatuor & quinq; uicibus reducitur ad prętoriũ, dũmodo auditu dignũ, pnunciet. Si igitur quid sufficiens ad iustificandũ ab eo acceperint, in cõtrarium uertunt sententiã, & quem pauloante dignum morte iudicauerant, nunc impune absoluunt. Si uero nil iuridicũ ad iustificandũ deprehenderint, iterũ ad supplitiũ reũ educunt, pręeunte pręcone, qui promulgat clamitãdo, hunc reum duci ad lapidandũ ob tale cõmissum ab eo crimen taliũ taliumue testimonio. Si quis nonnihil ad eius iustificationẽ se habere pręsumat, accedat, & in mediũ, pferat. Cũq; ad carnificinę locũ decem fere cubitorũ interuallo perueniat, cõmonetur ut confessionem (pro ut solent iudicio morituri) peragat. Omnes enim qui confitentur partem

habent

habent futuri ſæculi, qui ſi confitendi ritum ignorat, ſatis erit dicere, ſit mihi mors omniū peccatorum remiſſio. Quumq; ꝓpius quatuor .ſ. cubitorum ſpacio ad carnificinę locum uenerit, tunc ſi maſculus eſt, nudus, & femore tantū tectus, ſi fœmina, ueſte induta ꝓducitur. Lapidationis uero locus, fructus erat geminata hominis ſtatura ędicior ſolo, quo unius teſtiū impulſu prȩcipitabatur reus, ad ſubſtratam humi ſilicem, quo prȩcipitio ſi nondum expirauerit, continuo alter teſtiū irruebat in eius prȩcordia cū ſilice, quo ictu ſi necdum morti ceſſerit, uniuerſa tunc aſtantium multitudo lapidū iactu mortis intulit cōplementum. Senatorum collegio minime licebat eadem in die ad mortem cōdemnare plus uno. Lapidibus iam obrutus cōfeſtim appendebatur patibulo mas .ſ. non fœmina. Suſpendiꝭ uero modus erat ut tignus infigeretur humo, cuius ſummitati ſemifurcatū inſertum ligneolū erat, quo cōplicatis manibus ipſe ſuſpendebatur reus, At Rabi loſi tigno (macellatorum more) innixo parieti ſuſpendiū fieri uoluit. Suſpendio peracto patibulo cadauer deponitur, & ſeorſum cum reliquis iudiciali ſupplicio interemptis, tumulo conditur, quouſque abſumptę ſint carnes, tunc nuda collecta oſſa ꝓprio patrioue ſepulchro reponuntur. Exinde demortui cōſanguinei affineſq; iudices & teſtes adeunt, eiſq; dāt uerba ſalutis, declarātq; ſe nullum ꝓ illata morte odium aduerſus eos gerere, ꝙa recto iudicio & ueridico teſtimonio cūcta pacta eſſe plane cognoſcant.

DE QVATVOR IVDICIARIAE MORTIS GENERIBVS, & qui delinquentium lapidibus interimuntur. Cap. vij.

QVadruplici genere ſupplicij iudicat Senatus, lapidibus, incēdio, gladio, & laquei ſuffocatu, Lapidandi autem ritum, iā pauloāte dicta oſtendunt. Incendij uero lex eſt, ut fimo aduſq; aſcellas intrudatur reus, cuiuscollo durū iniiciunt linteum, leniori linteo circumuolutum, exinde duo, unus .ſ. hinc, alter iſtinc lintei ſtringunt circumflexum, quouſq; ſpirādi neceſſitate coactus os ſuum hiatu aperiat, cui mox candens metalli ſtilus immittitur, qui prȩcordia & uiſcera penetrās, illico ſpiritum uitæ exurit & ardore cōſumit. Gladij autē mors capitis amputatu infligitur. Laquei ſuffocatus, duro quoq; linteo circumuoluto leniori peragitur, non ſolum aduſq; oris hiatum, ſed quoad extinguatur (ueluti concluſa flāma) uitæ ſpiritus. Alij uero alio & alio mortis cōdemnantur ſupplicio. Nā lapidibus obruitur, qui cum matre, cum nouerca, nuru, atq; iumento inceſtum flagitiumq; perpetrauit. Sic & blaſphemus, et qui de ſemine ſuo offert idolo Molech, qui ſciſcitatur ſpiritum Ou, & Iedani, ſabbati prophanator, qui parentibus maledixit, deſpōſatę puellę corruptor, inſtigator ad idolorum cultum, ciuitatis auerſor, maleficus, & filius prȩuaricator, Maleficum uocant non præſtigiatorem, qui ſenſus illudit, ſed qui mala facinora reipſa exercet.

DE IMPIORVM, ET IVSTORVM MORTE, de ſomno, uino, & quiete, qui, & quomodo protegendi ſunt inſontes ab impietate perſequentis. Cap. viij.

FILIVS

FIlius prꝫuaricator non omnino ex ipſa inſtãti culpa traditur morti, ſed ad flagicioſiora prꝫcauenda in poſterũ. Mors .n. impiorũ & ſibi prꝫ ſtabilis eſt, & mundo. Ediuerſo iuſtorũ mors & ſibi & mundo damnũ parit. Somnus uinumꝙ impiorũ ſibi prodeſt & mundo, Iuſtorũ uero ecõtrario. Trãquillitas impiorũ ſibi & mundo nocet, iuſtorum uero quies iuuat utrumꝙ. Tutãdi ſunt, quos aliquis aut interficiendi, aut in naturalis turpitudinis libidine, ſeu deſponſatam, ſtuprandi animo perſequitur, etiã (ſi ſecus fieri non poſſet) cum interitu & nece perſequentis.

QVI INCENDIO, QVI GLADIO CONDEMnãdi, qui abſꝙ iudiciaria ſententia interimendi, Cap. nonum.

IVdicantur incendio, qui matrẽ cum filia, qui ſacerdotis filiã, qui ꝓpriã, uel uxoris filiã, qui ſuã, uel uxoris neptem, qui ſocrum, uel ꝓſocrum cognouerit. Gladio interimuntur, homicida, uiri auerſores, qui ad idola colenda urbem coinquinãt. Homicida uero minime plectitur gladio, niſi is, quem iugulauit, fuerit Iſraelita, tametſi uno tm̃ menſe natus, quẽ tñ nõ ex euentu, ſed ſtudio, & his telis uel iaculis quꝫ apta ſunt ꝓ morte inferenda. Qui duorũ generum mortis reus eſt, altero grauiori. ſ. tãtũ afficitur. Qui ꝓ mortifero. ſ. crimine, ſemel quadragenis uno minus uerberibus pœnam luit, & in idẽ ex integro crimen ꝓlabitur, etiã homicida, cuius facinus non omnimodis teſtimonij cõditionibus cõſtare poteſt, tales ad anguſtum, & uix homunculi ſtaturꝫ, intruduntur ergaſtulum, q̃ nec accubare, neqꝫ ſedere, ſed pedibus tm̃ ſtare poſſit, eiſqꝫ nil, prꝫter ordeum alimẽti permittitur, quouſqꝫ uenter intumeſcat, & uiſcera erũpant, ac miſera denicꝫ morte intereat. Hominẽ qui turribulum, aut id denicꝫ ſacrorũ uaſorum genus furto ſurripuerit, uel Tetragrãmaton nomẽ blaſphemauerit, eueſtigio interimere licet cuicꝫ pietatis ꝫmulo. Flamẽ qui pollutus ſacramẽta tractat, nõ adducitur ad iudicium, ſed eum electi ſacerdotum foris extra atria templi excerebrant. Alienigena, qui in ſanctuario ſacra miniſtrat, non humani, ſed diuini iudicij morte condemnabitur.

QVI LAQVEO SVFFOCANTVR, ET DE triplici Hieroſolymitano ſenatu. Cap. x.

LAqueo ſuffocatur, qui uerberat parentẽ, qui hominem Iſraelitã furto abduxit, ſenatui rebellis ſenex, pſeudopropheta, idolorum uates, adulter, & teſtes qui aduerſus ſacerdotis filiã falſum de fornicatione perhibẽt teſtimoniũ, & qui ipſam ſacerdotis filiã coinqnat. Tres Hieroſolymꝫ erãt ſenatorum ordines, unus ad oſtium monticuli domus ſanctuarij, alius ad oſtiũ atrij, tertius in ipſo atrij penetrali quadratis ſtructo lapidibus. Et qꝫquid ambiguũ, extricandũqꝫ erat ꝓ uniuerſum cõuentum Iſrael, primo referabatur ad Senatũ, in oſtio mõticuli agentẽ: q̃ ſi minus id enodare nouerit, ad ſecundum in oſtio atrij ꝓceſſerunt ordinẽ: qui ſi nec ipſe cauſam definire poterit, tunc omnes pariter adibant tertiũ, qui in atrij penetralibus, quẽ magnum ſenatorum ordinem uocãt, cuius traditionibus & decretis, abſqꝫ ulla cõtranitentia, prꝫſtabãt obſequium tota multitudo et ſynagoga Iſrael.

Caput

CAPVT VNDECIMVM DICTVM HELEK.

Qui ſint partem non habentes futuri ſæculi, Et de pœna urbis auerſæ.

OMnis Iſrael partem habet futuri ſæculi. Scribitur enim, Et populus tuus omnes iuſti in perpetuum hæreditabunt terram. Sunt autem futuri ſęculi expertes hĳ, qui mortuorum reſurrectionẽ, ex lege conſtare negant. Inſuper & hi, qui legem de cœlo traditam eſſe renuunt, quicꝫ Epicureorum ſententĳs adhærent. Rabi Ekiua quoꝫ dixit, eum partem non habere futuri ſæculi, qui ſanandi uulnera exorciſmum, ſacrumꝫ Dei nomen cum ſputo murmurat, puta dicendo: Omnem languorem, quem poſui in Aegypto non ponam ſuper te, quoniam ego Deus Tetragrammaton ſanator tuus. Rabi Saul excluſit etiam eum, qui nomen Tetragrãmaton ſuis, quibus ſcribitur, characteribus protulerit. Tres reges & quatuor ſunt idiotę, qui nõ ſunt participes futuri ſęculi, Reges uidelicet Ierabã Ahab, & Menaſſe. Rabi uero Iehuda regem Menaſſe partem habere futuri ſæculi aſſeruit, ꝙ ſcribitur: Deprecatuſꝫ eſt eũ, & exaudiuit orationem eius, reduxitꝫ ipſum Hieroſolymã in regnũ ſuũ. Ad hoc aduerſarĳ reſpõdent, hunc in regnũ quidem ſuũ reduxiſſe, in futuri uero ſæculi uitã minime. Quatuor uero idiotæ ſunt, Palaan, Doeg, Echitophel, Geheſi. Generatio, quę aquarũ clade interĳt, partem non habet futuri ſæculi, ꝙ ſcribitur: Nõ permanebit ſpiritus meus in homine in ęternũ, Quaſi dixerit, eius nec iudicium erit, nec ſpiritus. Generatio, cuius confuſæ & diſpartitę erãt linguę, partem non habet futuri ſæculi, ꝙ ſcribitur: Diſpergebat eos ex illo loco ſuper faciẽ uniuerſę terrę. Paulopoſt ſubdit inde, Diſperſit inquiens, eos Deus ſuper faciem uniuerſæ terræ, Eos enim præſenti diſperſit ſęculo, & exinde in ſęculo futuro. Viri Sodomitę partem nõ habẽt futuri ſęculi, ꝙ ſcribitur, Viri autem Sodomitę peſſimi erant, & peccatores corã deo nimis. Peſſimi quidem erant in hoc ſæculo, & peccatores nimis in ſęculũ futurũ, in iudicio attamen reſurgent. Rabi Nehemia uero neutrũ harũ generationũ in iudicio reſurrecturã contendit, ꝙ ſcribitur. Ideo non reſurgẽt impĳ in iudicio, & peccatores in cœtu iuſtorũ. Non reſurgent impĳ .i. generatio diluuĳ, in iudicio, Et peccatores in cœtu iuſtorũ .i. uiri Sodomitę. Ad hoc illi reſpondent, nõ uticꝫ reſurgent in cœtu iuſtorum, uerũ in cœtu reſurgent impiorum. Exploratores terræ Chanaan, partem non habẽt futuri ſæculi, ꝙ ſcribitur. Detrahentes terræ, ꝙ eſſet mala mortui ſunt, atꝫ percuſſi in conſpectu dei, mortui quidem ſunt in hoc ſæculo, & percuſſi in futuro. Generatio proſtrata in deſerto, non habet partem futuri ſæculi, neꝫ reſurgent (iuxta documenta Rabi Ekiua) in iudicio, ꝙ ſcribitur, In ſolitudine hac deficient, & ibi morientur. Rabi uero Eliazar, de hac ipſa generatione dictũ eſſe cenſuit illud pſalmorũ, Congregate mihi ſanctos meos, qui decidunt fœdus meum ſuper ſacrificium. Conuenticulum Kore (ſcilicet ſeditionem excitantis aduerſum Moſen) non reſurget, nec aſcendet nouiſſime, quod ſcribitur. Et operit eos, perieruntꝫ

perieruntq; de medio multitudinis,operti enim ſunt humo pręſenti ſęculo, perieruntque de medio multitudinis ſæculo futuro. Rabi uero Eliazar de his enunciatum exiſtimat illud Regum,Deus mortificat & uiuificat,deducit an inferos,& reducit. Decem tribus (quos in tranſmigratione miſerit Aſſyriorum Rex Sanherio) non reuertentur in poſterum,prout tradidit Rabi Ekiua,q; ſcribitur,Et proiecit eos in terram alienam, ſicut dies hodierna,quę enim pręterijt dies amplius non reuertitur. Senſit autem Rabi Eliazar,quemadmodū dies conuertitur in tenebras, tranſitq; rurſus in lucem,ſic & decē tribus quę nunc degent in tenebris nouiſſime reſurgent in lucem. Viri urbis ad ſimulachrorum cultū auerſæ,partem nō habent futuri ſæculi,q; ſcribitur,Egreſſi ſunt filij Belial de medio tui,& auerterūt habitatores urbis ſuæ:minime aūt adiudicandi ſunt morti,niſi illius urbis auerſæ incolæ,& qui eiuſdem tribus,plurimaq; pars urbis fuerint, ſintq; auerſores uiri nō fœminæ,q; ſi fœminę,aut pueri,uel non urbis incolę,aut minor urbis auerſę pars fuerint,tūc auerſi nō ea iudicātur lege,qua iudicari ſolet multitudo auerſa,ſed tanq; priuatim delinquentes, cōdemnantur, q̄rū ſinguli teſtimoniū admonitionemq; duorū expoſtulant,Et in hoc grauior erat priuatorū q; multitudinis pœna,q; priuatorū punitio ſola lapidatione agebatur abſq; pecuniaria mulcta:Multitudo uero gladio iudicatur,cū amiſſione opū. Aſinarij & uectores,qui a loco in locū uagantur, tuendi ſunt ab inflictu urbis auerſę,q; ſcribitur,Delebis eā & omnia quæ in illa ſunt,eiuſq; pecora in ore gladij,unde colligitur,q; iuſtorū res,quę pertę ſunt in urbe pereunt,quę aūt foris fuerint ſeruantur incolumes, Impiorū uero & quę foris,& quę intus ſunt diſperduntur opes, q; ſcribitur, Et uniuerſa illorū ſpolia cōgregabis in medio platearum eius,Si aūt platcis urbs ipſa caruerit,ſtruenda eſt,q; ſi extra urbē platea fuerit,ſpolia illuc omnia ſunt afferenda,q; ſcribitur,Igne cremabis urbem,& uniuerſa eius ſpolia,uti holocauſtum cōſumas domino Deo tuo. Ex eo uero,q; litera exprimitur,ſpolia eius,ſpoliū ſacris dedicatū,excluſum ſaluūq; eſſe uoluit. Sanxerūt idcirco,cōſecrata in urbe reperta,eſſe redimenda,Et q; primitię (.ſ. nondū ſacerdoti oblatę) ſpōtaneę putredini ſint relinquendę. Decimę ſecūdæ,& Agiographica uolumina abſcōdenda,ne ueniant in uſum. Docuit Rabi Simon dictū eſſe,Cōſumas uti holocauſtū dño Deo tuo. Quo oſtendat q; ille,qui urbem auerſam recto iudicat iudicio,,pinde ac ſi conſumatū & placabile obtuliſſet holocauſtū reputabitur. Scribitur exinde,ſitq; tumulus ſempiternus nō ædificabitur amplius,q; nefas ſit in eo loco hortos, aut pomaria colere,prout ſenſit Galileus Raui Ioſi. Rabi uero Ekiua affirmat,ex eo quod legitur,Nō ædificabitur amplius,nō cuiuſq; ſtructurę inhibitio audienda ſit,ſed ea duntaxat, quę ſimilis ſit fabricę priori, hortos aūt uel pomaria illic colere nihil phibet. Subiungitur clauſula,Non adhęrebit de illo Anathemate quicq; in manu tua,q̄d quādiu mūdū inhabitāt impij,ira furorq; uerſatur in ſæculo,quibus pulſis eliminatiſq; mox tollūtur anguſtię,furores,& irę,ac tranquilla pace degitur paſſim per orbem.

Senatorum compendij finis.

PAVLI RICII DE TERTRINO DOCTRINARVM ORDINE, DEq; uniuersi Peripatetici dogmatis cohærētia & nexu, ad synceræ ueritatis studiosos, compendium.

DE NOVENARIO ORDINE DOctrinæ, Præfatio.



VERITATIS CONTEMPLATIO non est uerborum accumulatio, nec pro rationum multitudine suscipit incrementum, unius siquidem rei contemplandæ, una duntaxat uno genere causa est, & unus per se primo effectus: quamobrem de ordine doctrinę, in cuius intelligentia perplures Neoterici misere quidē cęcutiunt & circumpalpitant, Clariorē orationem sumere uolens, id breui compendio peragere, superum nutu, conabor. Nec usq; mea quidem nouit intentio codicū dilatare philateria, in aliorum dogmatum historiam recensendo, uel in ea ipsa palestram intentis uiribus instruendo, sed obscuram, latentemq; ueritatem explanare proponimus. Quippe ut rectum suijpsius, & obliqui iudex, sic & ipsa exposita ueritas, sese sui & falsitatis censorem præstat. Quoniam uero huius examinis negotium tangit Galenus in Microtechnos exordio, Ideo idipsum iuxta uerborum contextum explanabo, prius tamē quid sit doctrina, quid ordo, quę eius necessitas, atq; præstātia, quottuplex deniq; in doctrina datur ordo, paucis ostendam.

QVID DOCTRINA.

DOctrina quantum ad nos, & rei naturam spectat, est habitus intellectiuus, ex pluribus scibilibus aggregatus, quem uoce & scriptis, ueluti signaculis quibusdam explicamus. Dico ex pluribus scibilibus, quia sicut ex una tantum geometriæ conclusione habita non simpliciter nuncupamus geometriam, quemadmodum nec ipsam conclusionem geometriam, sed geometricam pronunciamus, sic utiq; ex actu docendi unam numero conclusionem, non dicimus absoluta appellatione Doctorem. Sic utiq; nec unicam demonstratam conclusionem doctrinā uocitamus. Ratio est, Quod appellationem sumit habitus ex actu, actus ex obiecto, Et quemadmodum obiectum non dicitur, nec est simpliciter tale, ex eo ꝙ secundum minimam sui partem tale existat, sed ꝙ secundum omnes, aut plures eius partes sit tale, Vt pote, nō dicitur febricitans curatus, eo ꝙ nausea, passio, & rigoris impetus ablatus sit, sic quidem nec is, qui hęc abstulit, aut auferendi legem nouit, curator & medicus. Sed curatus dicetur, quia & sitis & capitis dolor, appetitus, aliarumq; uirtutum lęsio, demum & extraneus qui intus pręcordia & uiscera occupat, ardor euanuit. Et qui eiuscemodi

ſynthomata,& languorem pepulit,aut pellere nouit,uere curator et medi
cus uocari meruit. Si igitur nominibus utendum eſt, ut plures ſapiẽteſue
utuntur,conſequens erit, quotiens doctrinæ nomen ſimplici prolatione le
gimus,non unius,ſed plurium cõcluſionũ habitum referamus, qualẽ (ut
ipſa uerborũ ſeries oſtendit) Galeni hic ſermo probat, preſertim ibi,Faci
le enim memorabilia ſunt ſatis extermini diſſolutione omnia,Si enim et u
nicæ cõcluſionis cõceptum doctrinam appellaſſet,abſonum eſſet tantũ di
cere,facile ſunt memorabilia omnia.Quippe ſyncategorema omnia,nõ ſo
lũ unũ,ſed plura ſcibilia oſtendit. Rurſus quũ unius,in quantũ unius,e
qualis ſit memorię tenacitas,non maior eſſet memorandi facilitas ex diffi
nitiuo,q̃ ex reſolutiuo,& compoſitiuo doctrinæ ordine,cuius oppoſitum
ibidem Galenus docuit. Hinc primũ detegitur manifeſtus illorum er
ror, qui per ordinem doctrinæ ſolum demonſtrandi, diffiniendiq̃ ui
am audiendam exiſtimant, Cum enim modus demonſtrandi,ac diffini
endi circa unã numero cõcluſionẽ exerceri poſſit,nil ꝓrſus obſtabit, quin
æqualis ſit memorię facilitas in ordine cõpoſitiuo,reſolutiuoq̃ ſicut in diſ
finitiuo, eo q̃ unius concluſionis ſiue demõſtrata, ſiue diffinita ſit, firmũ
ſtabilẽq̃ cõceptũ parit.Galenus aũt memoriæ facilitatẽ ſolũ diffinitiuę do
ctrinæ tribuit. Inſup ex hoc q̃ doctrina pluriũ ſcibiliũ habitũ monſtrat,
non erit prẽcipuus ordo doctrinæ modus demonſtrandi,talis ſiquidem or
do ſolũ quęſitum refert ad medium,non aũt plurium ſcibilium uel quęſito
rum ad inuicẽ habitudinẽ conſyderat,q̃bus ſimpliciter doctrinę nomẽ ac
cõmodari oſtẽdimus, quẽadmodũ paulo poſt clarius intelligere poteris.

QVID ORDO ET VNDE EIVS NECESSI
tas atq̃ prẽſtantia.

ORdo eſt congrua aliquorũ ꝓportio ſecundũ prius & poſterius. Om
nis enim ordinatio,ut octauo phyſicorum xiiij. Ariſtoteles docuit,ꝓ
portio quędam eſt.Et inde partibus animalium primo ſcribitur. Omnia
quę natura conſiſtunt,quodam ordine diſponuntur,ut primum hoc,dein
de illud ſit.Congruam autem dico ꝓportionẽ, quia & inordinatio quoq̃
aliquorum proportio eſt,congrua uero minime. Ordinis aũt neceſſita
tem cognoſcibilium rerum multitudo parit. Nam quemadmodum eadẽ
materia,pluribus actu ſenſibilium formis ſubſiſtere nequit, ſic nec ſenſus
pluribus ſenſibilibus, Nec ratio intelligibilibus ſpeciebus ſimul informa
ri poteſt,ſed una prius,altera poſterius, Vbi autem prius & poſterius, ibi
& ordo.Quum itaq̃ omnis doctrina,plura ſcibilia requirit,ideo ordinem
quoq̃ reſpiciat,neceſſe eſt. Ordinis uero prẽſtantia tanta eſt,ut eum,A
riſtotel.iij.xxiiij.cœli,ſenſibilium naturam enunciat, non quia rei eſſentia
uel ſubſtantia ordo ſit,ſed rerum diſpoſitio eſt,quam continuo rei forma
ſequitur,unde Plato inordinatũ ens,non ens eſſe dixit. Et in Timęo mũ
dũ, quũ ex nõ ordine in ordinẽ redactus ſit,creatũ appellari uoluit, cuius
exẽplũ & ſimilitudinẽ literaꝝ diſpoſitio demõſtrat. Ceu literę m. l.a.a. ſic
poſitæ,nullum latino eloquio diffinitum conceptum offerunt: ſi uero eaſ

dem

dem congrua ſerie aptaueris,ueluti a.l.m.a.ſanctam oſtendent, quas ſi in alium ordinem tranſtuleris uti m.a.l.a.tunc malam deſignant. Eadem igitur elementa abſq; ordinis congruentia nullum prorſus indicant conceptibile, alio uero & alio conueniente ordine poſita contraria.ſ. nunc ſanctum,nunc malum denunciãt. Quum denicq; nihil inordinatum natura conſtituat,imitatrix autem rei naturæ doctrina eſt,reuincitur doctrinã quoq; certo quodam ordine conſiſtere.Accedit ad hoc,cp ordo , ut in de memoria & reminiſcentia libro legimus,ipſam doctrinam faciliorem intellectu & memoria conſtituit.Ratio eſt, Quod ea quę ordine ſe habent, innato quodã ſymbolo ſeſe reſpiciunt,quum uero inter ſymbolũ habẽtia facilior ſit tranſitus,concludendum eſt,longe eſſe faciliorem memorię trãſitum ab uno in alterum ſe ordine habens,q̃ in aliud ordine carens. Hactenus de doctrina & ordine.Quottuplex autem ſit in doctrina ordo , mox explanare conabimur.

QVOTTVPLEX IN DOCTRINA ORDO.

TRia dantur in doctrina ordinum genera. Primum,ordo quæſitorũ, quem præcipua ratione ordinem doctrinæ nuncupamus. Secundũ, ordo mediorum , quẽ demonſtrationum ordinem dicimus. Tertiũ, ordo medij ad quęſitum,quem demonſtrandi ordinem uocari libuit. Rurſus horum quodlibet in trinum ordinem,ueluti genus in ſpecies,partiri nouimus,ſcilicet in reſolutiuum,qui origine,certitudine & nobilitate alios antecellit , In cõpoſitiuum,q certitudine & origine eſt poſterior,Et diffinitiuũ, origine & certitudine poſtremum.His tribus ordinum generibus,quamlibet perfectam doctrinam exercere oportet,omnibus autem cuiuſq; horum generum ſpeciebus,eadem doctrina uti non poteſt,Et ſtat quidem,ut demonſtrationum ordo ſit reſolutiuus,ordo doctrinæ diffinitiuus , demõſtrandi ordo compoſitiuus,ſic econuerſo ,permutatimq; prout diuiſionis natura patitur.

HAEC PRAEFIGVRATIM SIC POSITA, MOX rationibus reuincere,exempliſq; fulcire tentabimus, TRIA DARI IN DOCTRINA ORDINVM genera ,& qualis cuiuſq; nominis ratio.

TRes igitur genere dari in doctrina ordines,ex his,quibus doctrina cõſiſtit,uidere licet.Quęq; enim doctrina ex quęſitis et medijs cõſtat,ubi ſunt quęſita & media,trina neceſſario habitudo attenditur,uidelicet ,quęſitorũ ad quęſita,mediorꝫ ad media,& medij ad quęſitũ: Quũ itaq; nil aliud ſit ordo,q̃ cõgrua aliq̊rꝫ habitudo ſecũdũ prius & poſterius,cõſequẽs erit,ſi cõmones hę habitudines congruæ (id eſt, imitatrices naturæ) fuerint,tot eſſe genera ordinũ, quot eiuſcemodi communes habitudines fuerunt,quę cũ inuentę ſint tres, Tria utiq; in doctrina ordinũ genera ꝓdeãt oportet,Quorꝫ primũ (uidelicet quęſitorꝫ) ordinẽ uocamus doctrinę,eo cp potius meruit nominari doctrina,id q̊d docemur,q̃ q̊ docemur.Ab intrinſeco ſiquidem,& non a rei aduentitio denominari unumquodq; iſtũ

h ij eſt.

est. Docemur autem quęsita, Et quo docemur sunt media. Magis ideo quadrat doctrinæ appellatio mutua habitudine inspecta quæsitorum, q̃ mediorum, Secundo. s. mediorꝝ ordini adscripsimus ordinem demonstrationum, ꝙ totã demonstrationis uim obtinet medium, qui quidem ordo inter plura media, pluresue demonstrationes uersatur. Ordo aũt demonstrandi, quem statim subnectimus, unius duntaxat esse potest demonstrationis ad quæsitum. Demonstrationem hic appello, quicquid in alterius quæsitorꝝ quattuor noticiam perducit. Et sic extenso uocabulo, diffinitionem (quia ostendit quod quid est) demonstrationẽ uocari libuit. Tertiũ (qui inter quęsita & medium uoluitur) ordinẽ nũcupamus demõstrãdi. Quod demonstrandi uigor, nõ in alio cõsistit, nisi in habitudine medij ad quęsitũ. Si. n. habitudo defuerit, nullus oĩno illinc demõstrãdi daret actus. Ideo q̊t hęc ipsa habitudo subit discrimina, totidẽ subibit demonstratio.

QVODLIBET TRIVM GENERVM IN TRInum specie ordinem absoluitur.

QVod uero unumq̊dq̃ horꝝ generũ rursus in triformem ordinẽ parciatur, constat ex hoc. Quod in omni re totum inuenitur, & partes, aut qd' uicẽ gerit totius et partis, ut simplices substãtiæ, quę tametsi nõ realẽ, formalẽ tamẽ, ut uocãt, partiũ distinctionem sorciuntur. Vbi autẽ totũ & partes, ibi omnino trina habitudo trinusq̃ ordo cõspicitur, aut enim exordiris a toto eundo in partes, aut a parte in partẽ, & hoc bipartite, a parte. s. natura priori in partẽ natura posteriorẽ, uel uerso tramite, a parte posteriori in partem natura priorem. Quartus autẽ. s. a partibus in totũ ordo non datur, Nam ꝓcedere a partibus in totũ biformẽ sonat intellectũ. Aut enim ꝓgreditur in ipsum totũ a partibus simul sumptis, aut ab una post aliam. Si a partibus simul sumptis illud idem erit cum priori, eo ꝙ partes simul sumptę, nil aliud sunt q̃ totũ. Quod si totũ (ut q̊rũdã sentẽtia ꝓbat) distinctũ a partibus dixeris, nihilominus eiuscemodi ꝓcessus minime iuuabit ordinem doctrinę. Processus. n. doctrinę a notioribus nobis est, ad innotiora. Quũ igitur semper notius sit totũ partibus, esset utiq̃ inutilis a partibus in totũ ꝓgressus, q̃a ab innotiori ad notius. Hoc aũt memento q̊tiens totũ notius dico partibus, semꝑ formali ratione intellige, uidelicet totũ sumẽdo ut totũ, partes ut partes, nã partes diffinitionis, notiores sunt diffinito, sed nõ ꝓut subeũt rationẽ partis, nulla. n. pars ꝑ se dici potest de toto. Quęlibet aũt diffinitionis pars se habet ut totũ, q̊d ipsũ diffinitũ distinctiori cõceptu designat, q̃ id q̊ cõcipi potuit, nõdũ diffinitione exacta, sic itaq̃ ꝓcessus a partibus simul sumptis in totũ, nullũ doctrinę ordinẽ prę stare potest. Si uero a partibus non simul sumptis, sed singulatim, pedetentimq̃ in totum eundem esse dixeris, idem cum secundo aut tertio progressus emerget. Sed hoc unum minime prætereundum est. Duplicem dari prioritatem natura. Vnam, excogitando, seu intentione, aut ratione, quam Metaphysic. primo Aristoteles innuit.

Quod,

Quod,inquiens,generatione posterius est,natura est prius. Et de partibus animaliū,forma natura prior est,materia posterior. Alia dat̄ prioritas natura in opando,de qua primo posteriorꝝ analeticorꝝ enunciat. Simpliciter, inquiens,prioria sunt,quę remotiora sunt a sensu. De qua etiā illud in physicorꝝ exordio legitur. Procedere oportet a certioribus nobis scilicet magis confusis & uniuersalioribus,in certiora scilicet & priora natura. Ad quoꝝ intellectum ait de auditu ij. Auerrois,Primū incogitatione,est ultimū in opatione,Et primū in opatione,est ultimum in cogitatione,Natura.n.operādo ex causis cōgerit effectū,et ex partibus totū,& ꝓpterea natura in operando prius occurrit causis,ꝙ effectui,Et partibus,ꝙ toti,Nobis autē ediuerso,prius innotescit totum ꝙ partes,& effectus ꝙ causę,Quia totū,effectusq; nobis prius apparet actu,partes uero posterius.

DIGRESSIO DE PRIMO COGNITO.

NEc te perturbent nonnulla,quę in Aristot.lectionibus minus cohęre re uidentur,qui in physicorꝝ libri prefatione,notiora dicit esse nobis uniuersaliora,In posterioribus uero Analeticis minus uniuersalia notiora esse nobis affirmat,Innotiora uero et posteriora naturæ,quū tñ (iuxta prefatā nostrā sentētiam) utrobiq; de prioritate in opando fermo sit. Et in eodem physicorꝝ exordio,Nunc cōposita,quę particularia sunt,nunc uniuersalia notiora esse docet. Rursus & in posterioribus et in physico exordio. Nō idē nobis & naturę notius esse legimus. Cuius iamiā cōtrarium statuisse uidetur,determinādo totum particulare notius esse nobis partibus,q̄d itidē notius est natura, eo ꝙ totum particulare posterius est generatione partibus,q̄d aūt posterius est generatione,prius (inqt Aristo.) est natura ergo idē totum,& nobis,& natura notius. Si.n.prefatā,de biformi naturę prioritate,& hāc quā mox subnectimus,distinctiunculā teneas, opus tibi nō erit per tot quorundā diuerticula,& ꝑ abrupta deuiū euagari. Et licet eiuscemodi,de primo cognito sermo,nostri negotij limites excedere uideat̄,ne tamē ambiguus & titubās lectoris hic animus relinquatur, hunc scrupulū e medio tollēdū duxi. Premonitus itaq; esto,aliud esse q̄d,aliud q̄ intelligimus. Tritū siq̄dē est (& Metaphysi.ij.colligitur) eadē lege se habere res in sua cognoscibili ueritate,q̄ & in entitate, sed inipsa rerꝝ sensibiliū entitate,aliud est qđ existit, aliud quo idipsum existit,Nam q̄d existit (ut Aristot.vij. methaphysi.viij. docuit) est ipsum cōpositum, & quicquid integraliū partiū ei ineſt. Quo uero existit,est ratio & forma,et q̄q̄d formaliū partiū,rationumue ineſt. Quibus ꝑspectis,dicimus & asserimus tria,Primū,qđ prius nobis innotescit,minus uniuersale est, quo autē idipsum prius innotescit,magis uniuersale. Secundū,cōferendo totū quod, & totum quo,adinuicem, Totum quod,scilicet compositū,posterius erit, & minus notum naturę in excogitatione,ꝙ totum quo.ſ. forma specifica, In operatione uero cōuerso, Tertio dicimus totum quod, & totum quo, singulum ad suas partes relatum,scilicet totum quod ad partes componētes,totum quo ad partes formales,semper magis uniuersale, remotiusq; a

toto,notius eſt naturæ in operando & producendo,In cogitatione autem ignotius atq; poſterius. Minus uero uniuerſale .ſ. ipſū totū, & qđ ꝓpius eſt toti,eſt naturę in cogitatione,& in operatione poſterius. In horꝝ autē clariorē intelligentiam dicendū.Quoniā nihil (ſecundum naturę curſū) cōcipit intellectus,niſi qđ ei cōmunis ſenſus porrigit.Ideo qđ prius ſentitur,prius intelligit̄,Prius ſentitur totum cōpoſitū ſingulare,q̄ eius partes, Totum.n.ait Ariſtot.ſecundum ſenſum notius eſt,ergo & totum ,ſiue uniuerſum ſingulare prius intelligitur q̄ partes.Et hoc docuit Auerrois in phyſico exordio ca.v.dicendo.Ex hoc qđ iſtud uniuerſum (.i.totum) eſt notius apud ſenſum cauſis,eſt cauſa in hoc,q̄ uniuerſa intellecta, ſunt notiora apud intellectum,q̄ ſunt partes intellectę,hęc ille.Cauſa aūt qua totum prius ſe offert ſenſui & intellectui,q̄ partes eſt:Quia tā ſenſitiua q̄ intellectiua cognitio eſt alicuius entis diſtincti,quatenus diſtincti. Vnde materia quia indiſtincta,ideo incognoſcibilis eſt,niſi ꝑ Analogiā, Nil aūt, ut xij.Methaphyſ.legit̄ diſtinguit niſi actus,Ergo q̄d prius offertur nobis ut actu,illud ipſum prius cognoſcit̄,prius offertur totum.Nā (ut primo cęli ſcribitur) totum & perfectum idē,perfectum autē idem eſt q̄ actu ens, q̄duis igitur totum quatenus totum actu eſt.ſ.cōpleto.Partes uero potētia ſeu actu diminuto.At qm̄ plures ſunt partes,q̄bus totum cōficit̄, quas nec ſenſus nec ratio ſimul cōcipere poteſt,has ideo deinceps,unā.ſ. prius aliam poſterius cōcipiat oportet.Prius aūt concipit̄ id qđ propius eſt cōceptibili primo.Conceptibile primum eſt totum compoſitum ,prius itaq; concipitur pars,quę propior immediatiorq̄ eſt toto. Talis autem eſt quę magis ſingularis.Poſterius uero concipitur pars remotior a toto , quale magis uniuerſale eſt. Vniuerſale appello,non quidem cōceptum,quē effingit in ſe ratio,ſed fundamentum,& obiectam naturā,quę uniuerſalē nobis imprimit cōceptum. Vtpote dū uideo Socratem,prius formatur , in me totius ſimulachrūq; uultus,brachiorꝝ,manuumq; imago,exinde (nō ꝓhibente loci,alteriuſq; rei interſtitio) prius concipit̄ totum faciei,brachiorꝝ,manuumq;,q̄ homogeneas horꝝ partes,uidelicet cutem,carnes,neruos,& oſſa. Rurſum prius innoteſcunt eiuſcemodi homogenea q̄ illorꝝ complexio,& hęc prius,q̄ elementa.Elementa prius,q̄ materia & forma.Hoc igitur ꝓgreſſu ſemper a minus uniuerſali,ad magis uniuerſale proficiſcimur,Nam Socrates, q primum ſe totum offert,nulli ꝓrſus cōmunicabile eſt,neq; poteſt,ſecundum quod Socrates , conceptum in nobis gignere , qui alicui alteri competere ualeat.At uultus,brachia,manus, cōmunicabilia q̄dē ſunt, non q̄ hęc ipſa cōmunicari apta ſint,Indiuidua .n. ſunt & ſingularia , ſed talem conceptum ingerunt,cui non repugnat,cuiq; hominum accommodari, Cuius enim hominum conuenit uultus , brachia, manus, nulli autē cōmunicat perſona Socratis.Rurſus cōmunicabilior eſt cōceptus,quē imprimit cutis,caro,neruus,os,quia hunc non modo homini , ſed cuilibet ꝑfecto animantiū generi conuenire ꝓpēdimus.Sic & uniuerſalior cōplexio quę nō ſolū animātibus,ſed ſingulis etiā mixtorꝝ ineſt,uniuerſalior denicq; eſt ma-

est materia & forma, quę unumquodq; naturalium corporum constituunt. Sic igitur conclude, quod prius intelligitur minus cõmune esse, & sensui propinquius existere. Quod autem id, quo prius intelligimus, magis uniuersale sit, ratio & cognoscendi experientia demonstrat. Ratio sumitur ex modo cognoscendi sensus, et ex modo agentis a natura. Primo arguitur sic. Sub ea intelligibili ratione prius intelligit intellectus, sub qua sensibili ratione prius concipit sensus. Nã quemadmodum id intelligit prius intellectus, quod primum offertur sensui, sic & sub tali ratione intelligibili, id cõcipit intellectus, sub quali sensibili, id percipit sensus. At primũ offertur sensui sensibile, sub ratione sensibili cõmuniori, Ergo & intellectui intelligibile, sub intelligibili ratione cõmuniori, obiectum uerbi causa, formale, sub cuius ratione uisus sentit uisibilia, est color, qui quũ plures differentias contineat, datur necessario aliqua ratio minus cõmunis, q̃ sit ratio coloris (utpote albedo, nigredo, & huiusmodi) quã pariter iudicat sensus. Iudicat .n. (ut scribit Auerrois de anima ij. cxliiij.) sensus suũ sensibile, & sui sensibilis differentias. Prius tñ iudicat, sensus uniuersaliter sub cõmuni sui sensibilis ratione, q̃ sub ꝓpria. Sic itaq; & prius sub cõmuniori intelligibili ratione iudicat intellectus. Ex modo aũt agentis a natura, ratio huiusmodi sumitur, quę.n. agunt natura, primum ꝓducunt magis potentiale & imperfectũ, q̃ actu distinctum, & perfectum, obiectum aũt tã sensibile, q̃ intelligibile, agit in uirtutẽ cõprẹhensiuam pura ui naturæ. Eius enim actio antecedit omnem actum uoluntatis, ergo prius imprimit speciẽ sensibilem, intelligibilemue magis potentialẽ & indistinctam. Talis autẽ species cũ sit magis cõmunis, sequitur ut prius sub cõmuniori specie uel ratione tam intellectus q̃ sensus suum cõcipiat obiectum, & sub minus cõmuni posterius. Quibus demum reuincitur, ꝙ id quo prius intelligimus, magis uniuersale sit, Idem ostendit experimentum, quod in nobis cognoscentibus quottidie percipimus. Quotiẽs enim Socratẽ uideo, hunc primum cõcipio sensu cõmuni, sub ratione primi sensibilis cõmunis, scilicet ut habens dimẽsionem, seu magnitudinem, seu ut quantum sine cuius ratione nullum sensibile est sensibile. Mox idem cõcipit intellectus sub ratione primi intelligibilis, scilicet ut ens, sine cuius ratione nullũ intelligibile est intelligibile, sed quia iudicat ens illud esse extensum, ideo cõcipit ipsum ut corpus, Deinde sensus iudicat Socratẽ moueri, q̊d est secundũ cõmune sensibile, & mox ratio autumat, hũc esse animatũ. Rursus sensus iudicat hoc ipsum q̊d mouetur, esse erectę figurę, q̊d tertiũ cõmune sensibile est, alia autẽ duo sensibilia cõmunia, uidelicet numerus & quies, priuatione (ut docuit Aristot.) cõsistunt, & tunc ratio idipsum hominem esse iudicat. Exinde cum sensus peculiarẽ horum sensibilium modum percipiat, utpote talis magnitudinis, talis operationis, uel motus, talis figuræ, & hęc ipsa cum alijs cõmunibus, proprijsq; sensibilibus iungit, statim hunc Socratem esse ratio perpendit, Et sic deniq;, si perspicatius hunc cognoscendi modum intuearis, plane cognosces, ꝙ pari incessu uadit natura in operando, quo mens humana & sensus

in modo cognoſcendi. Quum igitur (ut rem paucis reſumem) quis a te percunctatus fuerit, quod nam primum, quodue poſterius cognoſcatur in Socrate? dicito, totum indiuiduum Socratis prius, poſterius facies, brachia, manus. Exinde caro, neruus, os. Adhuc poſterius complexio, deinde elementa, poſtremo materia, & forma. Et ſic ſemper minus uniuerſale prius innoteſcit. Si uero rurſum quęſiuerit, ſub quo conceptu, quaue ratione & Socrates, & ſingula quę commemorauimus, prius & poſterius offerantur? Reſponde, cp ſemper prius offerantur ſub conceptu & ratione uniuerſaliori, uniuerſalius, n. eſt ens in quātū ens cp ens corporeum, Corporeum cp ens motum & animatum, Et hęc uniuerſaliora, cp erectum ſtatura, Et homo. Et hęc cōmuniora ſunt cp tricubitum, uelox, macilētū, & Socrates. Simul, modo facies, brachia, manus, caro, os & id genus, quum ſe ſub uarijs cōceptibus rationibuſue offerunt, ſub uniuerſaliori ſemper prius innoteſcunt. Et ſic primum de tribus, quę ꝓpoſuimus, dictum iam ſatis cōſtat. Secundum uero. ſ, cp totum quo, notius ſit in cogitatione, cp totum qđ, et in operatione uiceuerſa, apparet ex hoc, cp totum quo, dicitur totū formale, ſe habens ueluti finis. Totum uero qđ, eſt ipſum cōpoſitum, ſe habens uti materiale, & quod ordinatur ad finē. Quum igitur (ut prehabita, & clarius ſequentia enunciant) finis in cogitatione & ratione ſit primū, in operere uero ultimum. Ea autē quę ordinātur ad finē, ſint in operatione primum, & in intentione, ratioueue ultimum. Conſequens eſt, Totum quo, eſſe cogitatione primum, operatione ultimum. Totum quod, uiceuerſo. Tertium dictum eodem quoq; concluditur argumento. Totum. n. quatenus totum, gradum obtinet finis. Partes uero tenent gradum eorum quæ ſunt ad finē, & pars quę fuerit ꝓpinquior toto, ꝓpinquior erit fini, remotior a toto, remotior erit a fine. Quum igitur finis primum ſit in cogitatione, in operatione ultimum, & q̄d ꝓpius eſt fini, in cogitatione ſit prius, in operatione poſterius, remotius autem ipſi ſcilicet fini econuerſo. Conſequens eſt totum eſſe primum in cogitatione, & quod propius eſt ipſi toto, prius eſſe in cogitatione, in opere, e contrario. Et q̄d remotius eſt a toto, id prius erit operatione, & cognitione poſterius. Quum itaq; remotius a toto ſit magis uniuerſale, propinquius uero minus uniuerſale, Concluditur, in quocunq; toto magis uniuerſale, eſſe poſterius in cogitatione, & in opere prius. Minus uniuerſale, cogitatione, eſſe prius, opere poſterius, Quibus ſic habitis facile omnem huius ambiguitatis nodum ſoluere poteris, In poſterioribus enim Analeticis (ubi tractatur de intentionibus, ſeu de re prout ſubeſt intentioni) ſermo eſt de eo quod intelligitur, prout intelligi, Et de prioritate noticiæ apud naturam in operando, qua prioritate (ut in tertio dicto oſtendimus) ſemper uniuerſalius eſt notius naturæ, Et minus uniuerſale (ut primū dictum cōmemorat) notius eſt nobis. Quemadmodum planius ibi teſtatur Auerrois. Ait enim, Nō eſt prius apud nos in ſcientia id, q̄d eſt prius apud naturā in omnibus rebus, quia res ſenſatæ compoſitæ ſunt priores in ſcientia apud nos, et notius apud naturā ſunt res ſimplices, ex

plices,ex qbus cõponuntur cõpoſitę. Et ipſę ſunt lõginquę a ſenſu ,ſ. quas apprehendit poſterius;ſi ſunt ex his,de q̃rum ,pprietate eſt,ut apprehẽdat eas ſenſus. Et in ſumma,res lõginquę a ſenſu,ſunt res uniuerſales. Et ,ppinquę ei,& notiores apud ipſum,ſunt res particulares. i. inuenta exiſtẽtia cõpoſita,hęc Auerrois. Quę ſi recte et ſedulo examinaueris,in eis oĩm ferę cõmemoratorũ ſententiã cõtineri facile intelligere poteris. In eundẽ ſenſum uergit illud phyſicorũ exordij. Nõ eadem,inquiens,ſunt nobis nota,et ſimpliciter,ſed nobis ſunt nota cõpoſita magis,Eſt. n. & hic q̃q; ſermo de eo quod cognoſcitur,& de prioritate apud naturam in operando. Quando uero ſtatim ibi ſubiungitur. Vnde ex uniuerſalibus in particularia oportet procedere,tunc de eo quo cognoſcimus ſermo eſt. Ratio autem qua Ariſtot. primum de eo q̃d,nunc uero de eo quo intelligimus ſermonem fecerit, eſt,q; cum doctrinæ (ut in ſequentibus audies) primarij magiſq; notandi proceſſus & ordines ſint duo. Proceſſus demonſtrãdi,qui inter quędam ſitum & medium uertitur,Et ordo uel proceſſus,cui prędicipue aptiuſq; ordo doctrinæ adſcribitur,quo ſe inuicẽ quęſita reſpiciunt. De ambobus his proceſſibus Ariſtot. innuere uoluit,quemadmodum ibidem cõmentator Auerrois plane declarat, inquiens. Et cauſa propter quã fuit neceſſe,ut demonſtrationes huius ſcientiæ fuerint ſigna. Et eſt ire de notiori apud nos ad latentius. Oportet nos etiã ,pcedere in doctrina de rebus uniuerſalibus ad particulares,Hęc Auerrois. Primus ergo ,pceſſus ,ppric in naturalibus reſpicit ipſum q̃d cognoſcitur. Naturalis .n. opifex nil ſpeculatur niſi ,put eſt cum materia ſenſibili & motu,tale eſt ipſum cõpoſitum. Secundus uero proceſſus,quia tãtummodo ordinẽ & diſtinctionẽ doctrinæ reſpectat, ideo nõ concernit ipſum q̃d,ſed quo intelligimus,diſtinctionẽ enim & ordinẽ nõ facit ipſum quod,ſeu materiale ſuppoſitum & fundamentum,ſed formalitas,uel ratio,& quo. Eadem uerbi cauſa,prędicamenta tractat dialecticus & Philoſophus , qui non diſcrepant ex uarietate fundamenti,& ipſius quod,ſed eos ſolum alia & alia conſyderandi ratio diſtinguit. Dialecticus quidem hęc conſyderat,prout ſubſunt conceptui,Methaphyſicus uero,prout ſimplices quidditates inſinuant. Rurſus de humano corpore naturalis philoſophus,& medicinę cultor conſyderant,ſed ille prout pars ſit entis mobilis,hic uero prout arte ſanabile. Sic utiq; eundem motum,candẽq; figuram rimatur & phyſicus,& aſtrorum cõtemplator , ſed ille hæc ipſa ut naturalis corporis affectus,hic uero,ut tantę quantitatis, et talis proportionis,aſpectuſue contemplatur,Eademq; lege de alijs iudicãdum. Tu itaq; ſi ſedulo tecum hæc uoluas,omne quod dubium uel repugnans in his Ariſtotel. lectionibus uidetur,per facile ſoluere & explanare poteris. Secundum (uidelicet quo idem nobis & natura notius uidetur) ex præfata diſtinctione quoque,ſcilicet quo & quod , palam conſtare. Totum enim (ut ſecundum dictum commemorat) eſt duplex, ipſum quod,id eſt totum compoſitum,Et ipſum quo,id eſt totum formale ſeu forma ſpecifica. Quando igitur ſcribit Ariſtoteles ,q; generatione

poſterius

posterius est,natura est prius,Non est intentio de posteritate totius quod, sed ut quo,& ratione formali.Est enim prius natura (ut antea explanauimus)totum quo,cp totum quod.Et propterea prioritas rei, quã Aristot. posteriorem esse dicit in generatione,refertur ad totum quo, Id siquidem posterius,& minus (ut diximus) notum est nobis,cp totum quod , quia est minus uniuersale cp partes.Loquendo aũt de toto q̃d,tunc nil ꝓhibet, quin idem sit nobis notius & naturę in cogitatiõe,semper.n.ut secundo dicto cõcluditur,totũ relatũ ad proprias partes,natura notius est partibus. Sed differt noticia nostra habita de ipso toto quod,a noticia quam de eodem habet natura,in hoc,cp nos concipimus prius quidem ipsum qđ est totum,non sub conceptu suæ totalitatis,sed sub conceptu cõmuni, quem alij appellant noticiam confusam,puta Socratem, uel hominem concipiendo,quod concipio est totum,scilicet homo,sed non concipio ipsum ut hominem,sed prius ut corpus,natura uero hominem concipit primo sub totalitatis conceptu,s.ut hominem,quam alij noticiam distinctam uocãt, quę tu,si tecum reuoluas,facile de trino cuiuscp generis ordine iudicare,& tot quæstionũ inuolucra,negotioscp examina cuitare & tollere poteris.

Redeundo igitur,unde nos deduxit oratio,dicendum.Quum iam ostẽsum sit bipartitam dari prioritatem naturæ.s.cogitatione, & operatione, quando asserimus aliũ esse ordinem a parte,quę prior est natura,in partẽ natura posteriorẽ.De prioritate in cogitatione sermo est,Hanc.n. & Aristot.crebro prioritatem natura , plerumcp prioritatem ratione appellasse legimus,ut illud de anima ij.Priores potentijs sunt actus secundũ rationẽ.Et illud Methaphy.ix.cõ.xxxij.Actus prior est potentia,ratione.Alibi uero con.xxxij.candẽ uocat prioritatem natura,ut illud.Quod generatione posterius est,natura est prius.Constat autem(& Methaphysi.ix.legitur)q̃d posterius generatiõe sit actus.Idem ergo actus natura erit prior, quem statim ante priorem ratione statuit. Et illud perihermenias ij.quæ sunt actu cum possibilitate,priora sunt natura tempore posteriora.Ex omnibus denicp hic cõmemoratis resume.Quum in omni re appareat totũ et partes,in re omni trina habitudo,trinuscp cognoscendi ordo discernitur. Primus,pergit secundũ esse,quod res habet in efficiente.Secundus, secundũ esse quod in fieri.Tertius,secundũ qđ in facto.Primũ esse est tantũ in cognoscendo.Secundũ in operando.Tertiũ in cõseruando. Rursus primus ꝓcedendi modus est a parte ratione,seu natura priori.s.a fine,qui omniũ aliarum partium principium est in cogitatione.Secundus a parte natura,rationecp posteriori (.s. materia quę principium est in operãdo)in partem ratione priorem,scilicet finem.Tertius,a toto in partes,quia formatotius adunit,actuat,& conseruat partes.Primũ uocamus resolutiuũ.Secundum compositiuum.Tertium diffinitiuum seu termini dissolutiuum.

QVA NAM RATIONE ORDO DOCTRInæ,alius resolutiuus,alius compositiuus,alius termini dissolutiuus nuncupetur.

Resoluti

RESolutiuum ordinem dicimus, qui a parte ratione, uel natura priori ꝓficiſcitur in partē ratione uel natura poſteriorem. ſ. a fine in ea quę ſunt gratia finis: quem ideo reſolutiuum dicimus, quia ſoluere nil aliud ſonat, cꝫ rei colligatę uinculum enodare, quū partes coadunatę & uinctę ſint in toto, Ille qui partes ſegregat, totum ipſum diſſoluere dicitur. Eſt aūt reſolutio, quaſi iterum ſolutio, quia partes, quę priuſcꝫ in compoſitionem uenerint, in propria regione ſolutæ & liberæ extiterant, in compoſitionem redactæ, factæ ſunt exules, & compoſitionis uinculo detentæ, Ideo nodo ſoluto, mox libertate denuo fretæ, priſtinam ſuam repetunt originem, Ideo non ab re harum ſegregationem, reſolutionem uocitari placuit. Quū igitur finis uirtute, & longe quidem eminentius contineat omnia quę deſtinantur ad finem, Idcirco qui a fine ſenſim graditur, ad ea quę exigit finis, is totum quodammodo ſoluit in partes. Quare hunc ipſum progreſſum, apte quidem diſſolutiuum reſolutiuumcꝫ nuncupandū duxit priſcorum autoritas. Diſſolutiuum quidem, dum primo (ut in Analyticis & cuiuslibet artis inuentione) a finis notione ſumit exordium. Reſolutiuū uero ordinem dici, quādo prius (ut in tota fere naturali doctrina fęcerimus) cōpoſitiuū, q̄ peracto regredimur a fine ad ea quę ordinantur ad finem (ut in eo de partibus animaliū Ariſtotel. peragit) q̄ uocabitur ordo reſolutiuus, q̄ ea, quę per cōpoſitiuū redacta ſunt in unū, rurſus ꝑ reſolutiuū in ſingula parciūtur, quo ſtante facile de cōpoſitiuo ratio aſſignari poteſt, ea enim quę diſſolutiuus ſeiunctim excogitat, compoſitiuus conflat in unū, Sic & fidus Ariſtotel. interpres Auerrois Metaph. ij. uiā quę a priori uadit ad poſterius uocat diſſolutiuā, quę a poſteriori ad prius compoſitiuā. Tertij etiam ordinis. ſ. termini diſſolutiui appellationis ratio conſtat: quū enim compoſitione iam partes in unum congeſſerimus, tunc ſtatim ipſum totū, qđ iam actu exiſtens conſpicimus, idcꝫ exacte cōprehendere uolentes, partes intueri cogimur, quas ſola diffinitio complectitur, quę nō aliunde cꝫ per diuiſionem. i. per termini diſſolutionem indagari & ſtrui potuit. Singula autem, quæ hic de ordinū appellatione recenſuimus, clarius intelliges, ſi hæc quę mox ſequuntur exempla attenta meditatione inſpicias. Et primo de ordine q̄ ſeſe reſpiciūt queſita, quē prędipua ratiōe doctrine ordinē dicimus.

DE TRIPLICI DOCTRINAE (ID EST QVAEſitorum) ordine exempla.

SIt exempli cauſa, nobis intentio medicam doctrinam tradere, hęc quoniam queſitorum multitudinem poſtulat, ideo conuenit (ſi perfectam doctrinā expectes) ut congrua quadā ſerie queſita diſponas, qđ (ut prędicta docent) altero trium modorum fieri contingit, uidelicet ſectando ueſtigia naturę in excogitando, uel in operando aut in conſeruando. In excogitando, quando exordiris a finis notione, qui, ut diximus, tam naturæ, cꝫ principium eſt ſecundum rationem. Totius autem medicę artis finis, q̄ nos ad artis ſcrutiniū mouet, eſt ipſa ſanitas, diſpoſitio. ſ. qua humani corporis operationes exeunt incolumes, q̄d & ipſa natura tancꝫ ꝓximū finem hoīs intēdit. Vnūqđcꝫ. n. (inquit ij. cęli Ariſtot.) ſui opis gratia eſt. Ideo

quot & quales ſint humani corporis operationes tractare oportet. Quoniam uero operationes prodeunt a uirtutibus, uirtutes uehuntur per membra, membra conficiuntur ex humoribus, ex elementorum complexione gignuntur humores, Ideo hæc ſingula quot qualeſue ſint, conſyderare neceſſe eſt: quę ſi eodem ordine tractes, q̃ ea quæ hic commemorata, & a finis notione adinuenta ſunt, erit eiuſcemodi ordo diſſolutiuus, & imitaberis naturam nõ in operando, ſed in excogitando. Hic autem aduerte, q̃ in rebus, quarum inuentio non dependet ab arte, ſiue ab opere noſtro, ſed ab opere naturę, fieri non poteſt primus ordo reſolutiuus, qui ex finis notione oritur, eo q̃ primo ignoramus naturæ finem ut finis, & propterea nos latitat, quid exigat finis. Tandem uero, poſtq̃ ſingulas rei partes nouerimus, & inuicem contulerimus, tum primum finis naturæ nobis innoteſcit. Eſt enim noſter cognoſcendi ordo circa entia naturæ, contrarius ordini cognoſcendi naturæ, quæ ſuum opus primum cognoſcit reſolutiue, Secundo compoſitiue, Tertio diffinitiue, Nos autem ediuerſo. Primo diffinitiuo, ſecundo compoſitiuo, tertio reſolutiuo ordine, opus naturæ contemplamur. Se habet enim primũ noſtra ratio, perinde ac ſi quis temperatiſſimę regionis incola (ubi ob ſummam aëris temperiem ſemper ſub diuo degitur) in noſtram perueniens plagam, tot domorũ ædiumq; ſtructuras admirabundus conſpiciat: Is primo totam haud dubio fabricam, una cum partibus contemplabitur. Exinde quonam pacto iunctæ, & in unum congeſtæ ſint partes conſyderabit. Tertio, ad quem finem tanta ſit partium uarietas, & totius conſtructio, quæ utiq; conceptio inſpectori eſt ultima. Opifici uero prima, eodem utiq; pacto ſe habet, & peregrina noſtra ratio in contemplando fabricam opificis naturæ: unde in tertio de cõſtitutione artis medicatiuæ dicebat Galenus. Nos uero ſumus qui domũ iam factam contemplamur, ſcilicet ipſum humanum corpus, quod primũ per Anathomiam, quę eſt totius diſſolutio in partes modo diffinitiuo per cauſas (ſcilicet materiales) cognoſcimus. In his autem quorum eſſe a uoluntario noſtro dependet opere, eodem proceſſu imus, quo & in ſuo opere natura, Et quia Analytica ratio quędam eſt, & ars non omnino adiueniens (ut qui habitacula ſtruit domumq; ædificat) ſed corrigens & ſupplens defectum operis naturæ, ideo reſolutiue adinuenta & ordinata eſt. Et ſic quelibet doctrina in quantum pendet a uoluntate, & arte, reſolutiuo ordine adinuenitur, ut in Phyſicorum exordio. Eius tamen executio aut compoſitiua eſt, ut in naturalibus: aut diffinitiua, ut in diuinis: uerum ubi iam ultimum opus & finis naturæ nobis innotuit, ibi reſolutiuæ (ut ipſa natura) incedimus, quod tu conſydera. Redeundo denicq; unde digreſſi ſumus concludendum, q̃ progreſſus a fine in ea quę ad finem, eſt reſolutiuus, & primus apud naturam & artem, Si autem retrogrado ambulaueris, & ubi nos terminum ſtatuimus, exordium ſumpſeris, uidelicet primum de elementis, ex quibus complexionem fabricat natura: inde de cõplexionibus, quibus conficiuntur humores, et deinceps membra, uirtutes.

Et ultimo

Et ultimo de operationibus,qua lege primum canonis ędidit princeps Abuali,erit ordo compoſitiuus. Si uero Microtechnes tramite pergas,diffinitiuum,aut termini diſſolutiuum ordinem efficies,& eris ſectator naturæ,non quidem in excogitando,nec in operando,ſed in conſeruando.

DE TRIPLICI ORDINE DEMONSTRAtionum a priori,exempla.

PRimum autem ordinem,quo ſe mutuo reſpiciũt media,quem ampliori uocabulo demonſtrationum ordinem diximus, quę hic ſequuntur exempla declarant. Sic quęſitũ,an febris adſit,id quum plura demõſtratiua (ſiue cauſæ,ſiue effectus ſint) media depoſcat,triformẽ ordinis diſpoſitionẽ ſorciantur oportet. Et primo exempla tibi dabo mediorum, quę cauſæ fuerint quæſiti, utpote oſtendo adeſſe febrem,quia adeſt putridi humoris circa prędcordia calor,& talem adeſſe probo calorem, quia euentationis inuenitur prohibitio,quia opilatio,quia groſſi humoris multitudo,quia nimia cõmeſtio, quia immoderatus appetitus, quia complexionis malitia,hęc omnia ſimul iuncta ſunt, ſufficiens medium demonſtratiuum quæſiti per cauſam,Si igitur eadem ſerie, qua hęc ipſa hic poſita ſunt,tu quoq; ad ſtatuendam quęſiti certitudinem iueris, erit ipſe ordo reſolutiuus,incipiens a fine,& procedens ad ea quæ diriguntur ad finem. Eſt enim harum quę nunc protulimus cauſarum (iuxta communis, uel lapſæ naturæ intentionem) finis ipſa febris,ad quam ordinatur putridus humor,ad quem exigitur euentationis prohibitio,ad hanc opilatio, & ſic regrediendo aduſq; complexionis maliciam,quam etiam,aut cœleſtis radius,aut circumambiens aẽr, aut quæuis praua diſpoſitio produxit. Si autem præpoſtero mediorum ordine (quo calle & natura pergit operando) ambulaueris, tunc compoſitiuus ordo emergit,uidelicet adeſt febris,quia mala complexio, quia immoderata commeſtio, & ſic deinceps aduſq;,quia putridi humoris circa præcordia calor. Si uero quæſitum fuerit quid febris. Prima manifeſtatio erit propria febris diffinitio ſeu deſcriptio,exinde ſingularẽ partiũ eiuſdẽ diffinitionis diffinitio, ſic pedetentim quouſq; ad indiffinibiles partes perueneris. Et tali lege diffinitiuus ſeu termini diſſolutiuus ordo prodibit, ſcilicet a toto in partes, quia non fit proceſſus a diffinitione in diffinitum, niſi præhabita diuiſione generis in differentias,quod nil aliud eſt,q; a toto in partes procedere, & ſic conſpicue iudicabis,quo pacto trino ordine media demonſtrent quæſitum a priori.

DE ORDINE DEMONSTRATIONVM, quia,exemplum.

SI autem media quęſiti fuerint effectus,pari lege trinus prodibit demonſtrationum ordo,argumentando uerbi cauſa febrem adeſſe,quia adeſt omnium operationum leſio: & hoc,quia adeſt uirium omnium laſſitudo ſeu defectio;& hoc, qa enutrientis humidi abſumptio;et hoc, quia immo-

deratus ſeu extraneus circa pręcordia calor, hęc.n. media p cõiecturã, & ab effectu febrẽ adeſſe demõſtrãt. Quę ſi tu eodẽ ordine q̃ nos ea recẽſuimus, diſpoſueris, pceſſus erit reſolutiuus, uidelicet a fine ad ea quę deſtinãtur ad finem. Nã quemadmodũ moderatę naturæ bonitas, rerũ eſſe & operari finali intentione ꝓcurat, ſic ediuerſo lapſæ naturæ malicia, rerũ intendit corruptionem, quę ex leſione & defectu operationũ reſultat. Si aũt ꝓficiſceris uerſo tramite ratiocinando febrem adeſſe, quia adeſt immoderatus circa pręcordia calor, adeſt nutrientis abſumptio, uirium defectio, omniũ deniq; operationũ leſio, tũc ordo erit cõpoſitiuus. Sic.n. natura incedit operãdo, leſionẽ corruptionem q; intendens ægroti. Quando autem febrẽ adeſſe per deſcriptionem febris demonſtras, erit ꝓceſſus diffinitiuus ſeu termini diſſolutiuus, quia a toto in partes ſcilicet ab aliquo ſe habente uti genus, ad ea quę ſe habent uti differentiæ. Nam quẽadmodũ uera diffinitio conſtat ex genere & differentia, quę intrinſece & eſſenciales cauſæ ſunt exiſtentiæ rei diffinitæ: ſic quando latent cauſę, opus eſt quibuſdam concomitantibus, quę ſe admodũ generis & differentiæ habent, rem ipſam oſtendere.

DE TRINO ORDINE DEMONSTRANDI, exempla.

ORdinis demonſtrandi, qui inter medium & quęſitum uertitur, exẽpla ſunt, demonſtratio propter quid, demonſtratio quia, atq; diffinitio: Quẽ quidẽ ordinẽ cõmunis iuniorum ſchola hic in mediũ ꝓfert, quamuis nonnunq; demonſtrationũ & aliquando demonſtrandi ordinis exempla enuncient, qui quantum a recto tramite exorbitent, tu qui ſapis dijudica. Demonſtratio igitur ꝓpter quid ordinem facit reſolutiuũ. Demõſtratio quia compoſitiuum. Diffinitio termini diſſolutiuum. Congruit autẽ demonſtrationi propter quid reſolutiui ordinis appellatio, eo q; proceſſus ibi fit a parte, natura ſeu cogitatione priore, ſcilicet a fine, ad ea quę ordinantur ad finem, prout ex prouidę naturæ exemplo cognoſcere licet, Intendit enim ſapientiæ ordo ad unitatem & complementum uniuerſi aliquid ꝓducere, quo nectantur cũ caducis ſupera, & ultima primis, Hoc autem cũ iuxta rerũ ordinẽ fieri non poſſit, niſi mediãte aliqua forma, quæ particeps ſit utrorumq;, qualis anima eſt rationalis, Nec anima, quũ ſit æthereo corpore ſublimior, opaca & mortalia hęc corpora abſq; conuenienti medio inhabitare queat, Ideo medium ſtellarũ elemẽto (ut Ariſtot. ij. de generatione ca. iij. animalium) loquitur ſimile intercedat oportet. Quod ſiue ſit corpuſculum, atq; æthereum indumentum, ut Academicis placuit, ſiue proportione tantum cœleſti elemento reſpondeat, ut Stagirita docuit, perpetuo idipſum gyrat, promitq; calorem. Caloris pabulum cum ſit radicalis humor, humor uero niſi reſtauretur calore abſumitur, reſtauratio fit humore ſibi conueniente ſcilicet ſanguine, ſanguis ex cibo & potu gignitur, qui ut conueniens eligatur, & in reſtaurandum humorem tranſeat, animales, uitales, naturaleſque uirtutes requirit. Virtutes or-

tes organica erigunt corpora,quæ ex humoribus,elementisq; trahunt originem. Quibus omnibus perſpectis,mox natura in hominis, & quattuor eius cauſarum noticiam peruenit,quæ ſcilicet cauſæ ſic ſeſe ordine reſpiciunt. Primo ſiquidem in excogitando occurrit finis,ipſe uidelicet caducorum nexus cum ſuperis,unde ſecundo loco natura formam excogitat, huic nexui conuenientem. Tertio materiam molitur,huic formæ ſuſcipiendæ aptam,uidelicet organicum corpus ſecundum præmemoratam ſeriem. Quarto ſociandam et agglomerandam rationalem formam,ſuo organico corpori excogitat, ad quod ultimo loco humana compago & ille uniuerſorum nexus ſequitur,qui cum in cogitatione primum fuerit, factus eſt in opere ultimum. Quod autem in prehabitis cenſuimus cauſas,ſcilicet materiam & formam,in operando priores eſſe natura compoſito, ſenſum habet (ut iamiam admonui) de materia & forma, & horum partibus ut quod,non autem ut quo,ſeu materali (ut uocant) conditione, non formali. Nam materia non ſubit rationem materiæ niſi dum ſubeſt formæ, nec forma rationem formæ, niſi dum actuat materiam, quæ ſolum poſtq̃ peracta ſit compoſitio,fieri poſſunt. Prius igitur (formali conditione) apud naturam in operando,eſt compoſitum q̃ materia & forma,licet in cogitatione ultimum. Tu igitur ad exactam naturæ & doctrinæ ordinis intelligentiam,hęc trutina,& iterata tecum indagine uolue. Conclude deniq;,quotiens effectum per cauſam oſtendimus,tunc ſemper a fine,ſeu ab eo quod propius eſt fini,ad ea quę ordinantur ad finem progredimur. Et proceſſus erit reſolutiuus,unde demonſtrandi hunc iure quidem ordinem nũcupamus. Quando uero per cauſatum cauſam demonſtras,erit ordo cõpoſitiuus,quia pergis a parte poſteriori natura in partem priorẽ. Et quẽadmodum tam reſolutiuus, quam compoſitiuus proceſſus attenditur in ordine effectus ad quatuor cauſarum genera,& in ordine quatuor generum cauſarum adinuicem,ſic & inter cuiuſq; generis cauſas, eoſdem proceſſus experiri licet,puta in genere cauſæ materialis eſt æthereum (aut ei proportionatum) animæ corpus,ergo naturalis calor, ergo & radicalis humor,ergo & ſanguis reſtaurans diſſolutum,quæ omnes demonſtrationem conſtituunt propter quid,q; ſemper materia quę proximior eſt formę,ſe habet uti finis ad materiam remotiorem,ſic & in hoc ipſo materialis cauſæ genere retrograde incedendo ordo fit cõpoſitiuus, qd' utiq; & in aliįs tribus cauſarum generibus facile iudicari poteſt. Si autem quid eſt, quęſtio fuerit,ubi per diffinitionem reſpondendo fit ordo diffinitiuus, ſeu termini diſſolutiuus,a toto in partes. Diffinitio enim conſtat ex genere,q̃d per diuiſionem ad differentiam contrahitur, Diuiſio autem eſt totius in partes. Ex his igitur per habitudinem medij ad quęſitum,trinum demõſtrandi ordinem collige,qui cum præfatis quæſitorum & mediorum ordinibus,ter trinum ordinem conſtituunt,unde id quod ab initio propoſui ſatis,quantum ad hoc compendium ſpectat,explanatum exiſtimo.

QVOLIBET GENERE ORDINVM, SED non qualibet cuiuſcꝫ generis ſpecie quamcumcꝫ doctrinam uti oportet.

EIuſcemodi igitur tria ordinū genera,quæuis doctrina ad ſui perfectionem depoſcit.Si enim cōgrua quęſitorum habitudo (quam pręcipue ordinē doctrinę appellamus) defuerit,qualis eſt quodlibetica (ut uocāt) doctrina,quę nullo ordine ab uno quęſitorꝫ genere in alterꝫ tranſilit,nihilominus omnium ibi quęſitorꝫ aggregatio doctrina quidem erit,ordinata uero minime, Simili modo ſi non adeſſet congrua habitudo mediorum ad inuicem, nulla perfecta notitia de quęſito haberi,necꝫ doctrina nuncupari poſſet. Pari lege,ſi conueniens quæſiti ad medium habitudo defuerit,iudicandum,Aliquam igitur & quæſitorum,& mediorum,ac utrorūqꝫ in alterutrum habitudinem ,trinumcꝫ genere dari ordinē doctrinæ fateri oportet. Attamē nō omnes trinæ horꝫ ordinū ſpecies,ſcilicet reſolutiuus,cōpoſitiuus,diffinitiuus in aliq̄ doctrina expectādę ſunt.Eſt.n.quādocꝫ (ut in microtechnes Galeni libro)ordo doctrinæ diffinitiuus,Demōſtrationū uero reſolutiuus, Demōſtrādi cōpoſitiuus,Plerūcꝫ (ut in analyticis) doctrinę ordo fit reſolutiuus.Demōſtrationū cōpoſitiuus,demōſtrādi diffinitiuus.Sic & permutatim ,put diuiſionis natura patitur,quod cuicꝫ prehabita inſpicienti,palam conſtare poteſt. Hactenus itacꝫ expoſitū eſt,quid doctrina,quid ordo,& eius neceſſitas atcꝫ pręſtantia,quottuplex ordo,inſuper & de primo cognito,q̄d unamquācꝫ doctrinā, tribus ſimul generibus ordinū,ſed nō qualibet generum ſpecie uti oportet.Nunc uero prohemij Microtechnes intellectum iuxta literæ ſeriem,ſuperum patrocinio , abſoluere conabimur.

VERBORVM GALENI EXPLANATIO.

TRes (inquit Galenus) ſunt omnes doctrinæ,quæ ordine habentur, ubi de ordine quo ſe habent mutuo quæſita , ut pauloante oſtendimus ſermo fit.Si enim de ordine,ſeu modo demonſtrandi hic eſſet intentio,falſo uticꝫ pollicitus fuiſſet Galenus ſe,hic pręſertim diffinitiuam factu ram doctrinam.Nam in ſecundo,uerbi cauſa,huius tractatu, compoſitiuo proceſſu hanc concluſionem demonſtrat, uidelicet magnum caput cum figuræ boniras,& recta colli , aliorumcꝫ oſſium diſpoſitione, boni cerebri compoſitionis ſignum eſt.Rationem dat,quia potuit regulare multam materiam,quod non niſi uirtutis uehementia fieri potuit.Potuiſſe aūt regulare multam materiam,uehementiæ uirtutis effectus eſt,quare,ut ex prehabitis conſtat,compoſitiuus hic proceſſus dignoſcitur . Sic & in tertio huius reſolutiuum exercuit , ubi demonſtrare nititur medicam artem ſex ſalubres cauſas reſpicere,quod quæſitum duo quidem complectitur.Primū,an ſanitas ſeruanda artem poſtulet.Secundum , an ſex ſalubrium cauſarum cognitionem requirat . Et hæc ambo oſtenduntur

per

per cauſam finalem. Primum ſic, Artem exigit intentio ſeruandi rem, quã alterare poteſt natura. Sanitatem, alterare poteſt natura, ergo ibi ars ſeruã di requiritur. Secundum ſic, finis artis eſt ſeruare ſanitatem, Non ſeruatur ſanitas, niſi moderamine cauſarum, quæ alterare poſſunt. Cauſæ modera/ men non perficitur, niſi cognoſcantur quales & quottuplices ſint cauſæ. Cauſæ ſunt ſex, Ergo & ſex ſalubres cauſas cognoſcere oportet. Conclu de itaq;, Ex quo Galenus & compoſitiuo & reſolutiuo demonſtrandi mo do utitur, ſpopondit autem ſolum diffinitiuum. Quod per diffinitiuũ or/ dinem, intelligere noluit demonſtrandi, neq; demonſtrationum ordinem. Trahitur inſuper argumentum, quo oſtenditur, q; de ordine doctrinæ, q; inter quæſita uertitur, hic ſermo ſit, ex hoc Galeni uerbo dicente, Quę or/ dine habentur. Ordo namq;, de quo hic ſermo eſt, ab aliqua (utpote q̃d/ libetica) doctrina ſeparari poteſt, ſed modus demõſtrãdi, a nulla doctrina ſeparari poteſt, Ergo ordo de quo hic ſermo eſt, non eſt modus demõſtrã/ di. Quod aũt ordo de quo hic ſermo eſt ſeparari poſſit, ipſa Galeni uerba declarãt. Niſi enim eſſet aliqua ſine ordine habita doctrina, ſuperuacaneũ & nugatoriũ fuiſſet dictum (quæ ordine habentur) quemadmodum ir/ rationale eſt dicere, Omnis homo qui eſt rationalis, eſt riſibilis, quandoq; dem nullus datur homo irrationalis, Et quam ludicra & ſancta ruſticitate plena Truſiani de ſpondylibus dorſi aſſertio, Is enim quia uacillans & in/ ualidum iecerit fundamentum, quicquid ſuperſtruxit corruit, uno enim incõueniente admiſſo plura ſequuntur. Arbitrabatur enim ordinem do/ ctrinæ nil aliud eſſe niſi modum demonſtrandi, quem demonſtrandi mo/ dum, quum inſeparabilem eſſe a doctrina nouerit, cogebatur Galeni uer/ ba, quæ hunc modũ ſeiungi poſſe a doctrina ſonare uidentur (ibi, Quę or dine habentur) a ſua quoq; rectitudine deflectere, inquiens, Quũ autem Galenus dixit, tres eſſe doctrinas ordinarias, ſupponere uidet aliquas eſſe inordinarias, ſed fortaſſe dixit tres ſunt doctrinę ordinariæ ad ſimilitudinẽ eius, quod dicitur ſpondyli dorſi, non enim hoc dicitur, quia alibi ſint ſpõ/ dyli q; in dorſo, ſed modus hic loquendi potius innuit, q; dorſo ſunt pro/ prij, hęc Monachus. Tu autem ſi uocabuli uſum inſpicias, plurimũ uticq; huius dicti inſcitiam irridebis. Nam & fuſi uerticulum ſpondylus eſt, & a/ pud Atheneum ſalſamenti genus. Et apud Plinium lib. xxvij. genus piſciũ ſerpentũq;, & id genus. Tu igit̃ penſita, an proprietatis cauſa, uel ad ambi/ guitatem euitandam appoſitum ſit dorſi nomen, & idem de doctrina quę ordine habẽtur iudica. Sicut enim ſpondylus datur ſine dorſo, ſic et abſq; ordine datur doctrina. Denicq; conclude ſermonem hic eſſe ſolum de ordi/ ne doctrinæ, quæ inter quæſitum & quæſitum uertitur hic ſermo. Pauli/ ſper hic digredi placuit, quatenus admonita & cautior ſit ſtudioſa iuuen/ tus, nimiũ ne credat colori, neq; multitudini potius q; rectitudini uerbor/ fidẽ adhibeat, Nũc ad reliqua quę ſequuntur Galeni uerba tranſeamus.

Prima q̃dẽ (inquit) ex finis notione, quę ſecundũ diſſolutionẽ fit, uiam reſolutiuã primã appellat, q; a & certitudine, & pfectione atq; origine an/

partibus animalium ſingula danda eſſe animalis membra, parteſue ſolida ratione demonſtrat, ex qua omnes artes conſiſtunt ſecundum rationem. Sic & Ariſtoteles de partibus animalium primo loquitur. Cauſa, inquiens, quam ſub hoc uerbo, cuius gratia, ſignificamus, ratio eſt. Ratio autem principium eſt, pariter in rebus tam arte, quam natura conſtituendis. Si enim artem per rationem addiſcere uolueris, non aliunde q̄ ex finis notione id conſequi poteris. Compoſitiua uero & diffinitiua, licet artem præſtare queant, non tamen ſecundum rationem, uerbi cauſa, Architectus, & Manufactor, & facti operis Inſpector, artem quidem deprehendunt, ſed Architectus per reſolutionem, Manufactor per compoſitionem operis, Inſpector per totius diſſolutionem, & diffinitiuam doctrinam, eiuſcemodi artem adipiſcitur. Ad cuius intellectum dicebat in de conſtitutione artis medicatiuæ Galenus. Nos uero ſumus qui domum iam factam contemplamur, ſcilicet ipſum humanum corpus, ideo per Anathomiam totum in partes ipſum diſſoluere oportet. Sed illam quidem alibi pertranſiuimus, illam. ſ. quę ex finis notione, alibi uidelicet in eo de conſtitutione artis medicatiuę. Sed aduerte (ut ex prędictis conſtat) q̄ procedere ex finis notione duplicem ſonat intellectum, ſcilicet inueniendo aut proſequēdo ordine: ad inueniendum enim ordinem, in pluribus Galeni (quemadmodum & cuiuslibet ordinatam facientis doctrinam traditionibus) reſolutiue proceditur, quemadmodū in phyſicorum & in primi canonis exordio conſpicere licet. Aliq̄ uero uoluminū partes ſe ordine habent compoſitiuo & diffinitiuo, ſolū de conſtitutione artis medicatiuę liber totus reſolutiuo ordine ꝓgreditur. Ibi. n. quę ſint illa quibus tota ars medendi cōſiſtat tradere uolens, ex finis notione. ſ. ex ſanitate ſumit originem. Ex hac enim neceſſe eſt ut cōtemplemur totū corpus, totū aūt per partes, partes per Anathomiā, Anathomiā per cognitionē plaſmationis, magnitudinis, numeri & poſitionis. Cōſyderandū inſuper quę ex eiuſcemodi partibus, ſanari & corrigi poſſint nec ne, interſerit etiā ibi (non primaria intentione, ſed exempli gratia) ſimilitudinem de elementis. Deinde oſtendit, ſi ſeruāda eſt ſanitas, & ęgritudo euitanda, oportere cuiuſq̄ partis naturalem diſpoſitionem, & ęgritudines cognoſcere, Exinde accedit ad inueniendū quę cognoſcenda ſint circa partem curatiuam, & ſingula denicq̄ (aduſq̄ libri conſummationem) eodem ordine abſoluit. Cauſa autem qua uolumen illud totū, alia uero eius uolumina in ſola prędatione reſolutiuo ordine utantur, eſt, Quia totum illud compendium nil aliud conſyderat, quam artem. Ideo ex ſola finis notione peragitur. Alia autem uolumina in ſola præfatione artem conſyderant, ſcilicet ordinem, qui ſecundum artem, ideo ſolum ibi reſolutiue proceditur, in reliquo autem uoluminum, conſyderantur res naturæ quę non pendent a noſtro opere. Ideo aut compoſitiuæ aut diffinitiuę ꝓgrediuntur, tu uero hęc omnia tecum reuolue, & quanta ſit expoſitorum mycrologia plane perpendes. Hic uero Diffinitiuam faciemus doctrinam. Diffinitiuam facit doctrinam in ordinando quęſita a toto .ſ.

procedendo

procedendo in partes. Quęſita autem uerificãdo, modo diffinit, modo per effectum, modo per cauſam demonſtrat. Quæ quantum relinquitur ab ea, quæ ſecundum reſolutionem fit, ex dignitate & ratione tantum abundans eſt, ad comprehenſionem totius artis, & memoriam eorum quæ ſecundum partem. Cauſam aſſignat quare hic potius diffinitiuam incertiorem quidem alijs elegerit, & eſt ꝙ huiuſmodi diffinitiua totius artis ambitum, continendo, & contenta memoriæ demandando reſolutiuam, longe antecellit, facile enim memorabilia ſunt ſatis ex termini diſſolutione omnia, eo ꝙ continet in ſe totius artis capitula optimus terminus, quem et ſubſtantialem quidem nominant. Cauſam enunciat, qua diffinitiua doctrina alia duo genera, memoria antecellat argumentando, facilius eſt memorare unum q̄ plura, & quo aliquid magis participat de unitate, eo magis de memoriæ facilitate. Magis autem participat, de unitate, diffinitiua q̄ reſolutiua & compoſitiua. Quia procedit a toto, & uno omnes in ſe partes continente actu. Reſolutiua autem procedit a parte, quę totum eſt & unum uirtute continens partes non actu. Compoſitiua uero procedit a parte, quę nec uirtute nec actu, ſed remota & ſeminaria potentia ut prima materia quodammodo totum compoſitum complectitur. Quum igitur actualis partium unio ſit in ipſo diffinito a quo proceſſus ſit in diffinitiua, unio autem ſeu unitas memorandi facilitatem miniſtrat, Conſequens eſt diffinitiuam doctrinam, reſolutiuam & compoſitiuam, memoriæ facilitate antecellere. Continet dico, & omnes unit partes terminus optimus. Diffinitio, terminus dicitur, quia quemadmodum terminus nil relinquit extra ſe, quod ſi pars rei cuius eſt terminus, alioquin non uere diceretur illi terminus, ſic & diffinitio ſi optime aſſignata eſt, totam rei ſubſtantiam, & omnes eius partes continebit, nil relinquendo quod diffinitio non includat. Et talis ſubſtantialis diffinitio eſt. Nam quemadmodum in eſſe & in cognoſci, ut de anima primo colligitur ſubſtãtia continet uirtute accidentia, & non uiceuerſa, ſic diffinitio ſubſtantialis continet & deſcriptionem, non autem ediuerſo. Concomitantur enim ſubſtantiam accidentia, non autem ex accidentibus prouenit ſubſtantia. Ideo ſubiungit Galenus, inquiens, Econtrario diuidentes his quas notiones appellant, & illi ſiquidem ab accidentibus diffiniunt rebus, hi uero ſubſtantia ipſa conſiſtunt. Deſcriptiones notiones appellat, eo ꝙ ſolum per notamina, id eſt ſigna, quæ poſteriora ſunt, & ab ipſa profluunt ſubſtantia. Quæ uero ſecundum partes eſt tractatio uniuerſæ medicinalis ſpeculationis, in multis alijs a nobis ſcripta eſt negotijs. Hactenus doctrinarum ordines, & quo hic utendum ſit ordine diſtinxit: de re autem, quam negotium iſtud tractat, nil prorſus hucuſque commemorauit, ideo & materiam hic tractandam, ſcilicet medicam eſſe facultatem enunciat, & præhabita epilogo perſtringit. At quia ſubiecta huius libri materia totam medicinæ artem concernit, ne quis ob hoc exiſtimet hanc ipſam ad cõplementũ hic traditã eſſe, premõet, inqẽs: quę uero ſecũdũ ptẽ eſt tractatio, i. ſecũdũ ſingulas ptes q̃s

uniuerſæ

uniuerſę medicæ artis exigit complementum, tradita eſt in multis alijs uoluminibus. Quibus expedit uti ad tres doctrinas, Id eſt qui medicinalem facultatem ſecundum omnes tres doctrinæ ordines perdiſcere uoluerit, expedit illi hoc ex alijs, quas in medicinali doctrina conſcripſimus, partibus perquirere, ex preſente uero negotio ſolum diffinitiuam doctrinam conſequimur, Ideo inquit, Sed nunc a diffinitiua incipiemus. Tantum adhuc apponentes, ꝙ ſola capitula, uelut concluſiones, ſecundum explicationem demonſtratorum dicentur nunc. Poterit enim ſecum dicere lector. Si uniuerſę medicinalis ſpeculationis tractatio ſecundum omnem eius partem alibi tradita eſt, quid ergo preſenti negotio tractandū relinquitur? Reſpondens ait, ꝙ licet omnia alibi oſtenſa ſint, ſupererat tamen memorandi cauſa omnium explicite demonſtratorum capita concluſionum inſtar repetere, Dicimus concluſionum inſtar, quia & hic quidem non ſolum concluſiones, ſed & earundem demonſtrationes proferuntur, nihilominus pro portionem obtinent concluſionum, eo ꝙ ueluti concluſio implicite continet ea, quę enunciant præmiſſa, ſic & noſtra hic tractatio, continet uirute omnia, quę tota medicinalis ſpeculatio ſingulatim exponit. Sic denicꝙ de nouenario in doctrina ordine tractatū, Dei immortalis nutu, hic claudimus, cui ſit gloria, laus & benedictio.

SEQVITVR DE TRINO ORDINE DOctrinę oratio, & Themata, quæ trinum Peripatetici dogmatis ordinem, eiuſcꝙ nexum & cohęrentiam plane enunciant,

De Trino doctrinæ ordine oratio.

QVm altius cōſydero, & magis magiſcꝙ naturę & rerū ordinē mēte reuoluo, uerā ſententiā illā eſſe uideo, quę ipſum optimū maximūcꝙ Deū, quatuor circulorū indiuiduū et incōmutabile centrū poſuit. Circulos inquā mentem, animā, naturā, Hyle, qui uniuerſam rerum machinā complectunt et ambiunt: lucent namꝙ in mente ideę, fulgēt in anima ratiōes, in natura reſplēdent ſemina, emicat formis Hyle. Circulos ideo appellat, ꝙ circūflexo regreſſu in idem oīa uergunt punctū, unde primordialem duxerunt originē. Quū igitur innatum nobis rationis lumen, non ex tenebroſo inanis materiæ abyſſo, ſed ſupernę lucis fonte emanet, & ui quadam in hanc Aegyptiacam ſeruitutem aſſiduo ſenſuum turbine agitatam dilapſa ſit, ibi exul a patre luminum, & opaci huius corporis uinculo detenta, regreſſum amplexumque ſui principij anxie deſyderat. Quum autem ille omnium bonorum largitor locuples, & promptus ſit ad largiendum noſtraꝙ ratio ut recipiat, ſolum uero ſenſuum illecebræ exoptatum obumbrent, prohibeantcꝙ effectum, dotata fuit imbecillis humana ratio innato deſyderio ſciendi, ſcientia ſiquidem in nullo alio cꝙ in amotione ſenſuum obſtaculi uidetur conſiſtere, eo ꝙ ſcientia nil aliud eſt, cꝙ uniuerſalium cognitio: uniuerſale autem loco & tempore

tempore caret,quæ (locum inquam & tempus) ubi deſunt, nulla ſenſitiua facultas,nec exterior,nec ea quę intus ulla in parte opus ſuum exercere ualet,Hinc et Plato (ut in Alcinoi exordio legitur) Philoſophia,inquit ſolutio animæ a corpore eſt,unde reuincitur,cp ſcientia nil aliud,cꝫ ſenſus uinculi ſolutio ſit,ut prohibente ablato, animus ipſe conſors & particeps paternę lucis euadat. Quum igitur cuiuſcp rei perfectio,ex regreſſu in ſuum principium dependeat,Hunc autem regreſſum humana ratio per ſcientiam aſſequatur,operęprecium eſt dignoſcere,quo calle,& quibus modis ſcientiam adipiſcamur,quę cum hac breui oratione explicabimus, tu ſedulo adhibe aures. Duplex igitur uia eſt,qua ſcientiam adipiſcimur,una gratiæ,(ut uocant) operationis alia. Operationis uia eſt,qua naturali indagine & opere eam aſſequimur. Gratiæ uero qua ipſam,abſcp opere,ꝑ priæcp naturę uiribus poſſidemus. Bipartitã hanc uiam ſapiens Ariſtote. his uerbis oſtendit. Intellectiua,inquit,uirtus plurimũ ex doctrina generationem habet,atcp augmentũ,quod autem ut plurimũ eſt,non ſemper eſt, nõ ſemper igitur intellectiua uirtus per doctrinã acquiritur: qui autẽ ſcientiã non per doctrinã aſſequitur,eam fide tantũ,uel ſuperni luminis gratia cõſtare oportet,Hanc minime reſpuit ſuo de copulatiõe libro magnus Peripatetici dogmatis interpres Auerrois,hanc cõprobat inſignis Arabũ Algazel,princepſcp Auicenna cõfirmat. Eandẽ Maximus Abubachar ſuo libro cerua nuncupato plane demonſtrat,Nec omittendus eſt noſter Melchiſedech Plato,qui multis in locis(in Memnone ac Theage clarius)hanc ſententiã enunciat,Nũcꝫ ſane,inquit,a malo genus hominũ ceſſat,niſi aut legitimi philoſophi dominentur,aut hi qui gubernant diuina quadã ſorte philoſophentur. Idipſum ſacra & intemerata autoritas Pauli Apoſtoli ore docuit,qui ſæpe duplicem hunc repetit modũ ſalutis(ad Rom. iiij.) Ei .n. qui operatur merces non imputatur ſecundũ gratiã,ſed ſecundũ debitum. Et ad Epheſios. Gratia enim ſaluati eſtis per fidẽ,& hoc nõ ex uobis, Dei enim donũ eſt,non ex operibus,ne quis glorietur,hęc ille. Quibus duo audienda uoluit. Primũ cp biformis ſit uia ſalutis,operibus ſcilicet & gratia. Secundũ cp operibus quaſi debito ſalutem aſſequimur,Debito inquã,non ex natura operis operati,ſed æterna ordinatione dei ita prędeſtinantis. Per gratiã uero non debito,ſed dono. Nũc uero quę gratia ſit gratis data,quę gratum faciens,quę gratia operans,quę cooperans,quę gratia pręueniens, quæ ſubſequens,cæteracp id genus,non eſt pręſentis negotij inquirere,ſed operandi, & propria indagine ſcientiam adipiſcendi hic uiam proſequimur. Bipartita igitur operatio eſt,alia mentis, corporis alia. Eam quæ mentis eſt,intellectualem uirtutem appellant. Eam uero quę corporis, uocant moralem, quę plurimum inuicem concomitari ſolent. Intellectualis namcp ſequitur moralem,ſicut multitudinem, & temperiem ſpiritus comitatur gaudium. Intellectualem uero ſequitur moralis,ſic ut ad gaudiũ ſequitur riſus. Vnde diuerſimode obſeruatur moralis,quę intellectuale prędit,et illa quę eam ſubſequitur. Quę.n. prędit,obſeruatur lege ac

impulſu

impulſu timoris. Quę uero intellectuali ſuccedit,ſpiritu obſeruatur amoris,hinc illud Apoſtoli ad Roman.viij. Non accepiſtis ſpiritum ſeruitutis iterum in timore;ſed ſpiritum adoptionis filiorum,in quo clamamus abba pater.Et ad Corinth.iij. Vbi autem ſpiritus domini,ibi libertas.Et ad Galat.iij.Si ſpiritu ducimini, non eſtis ſub lege. Quo autem pacto moralis uirtus ſpiritu ſapientiæ obſeruetur,atq; amoris,ſi ſcire deſyderas, audi Auerroim ſuo de auditu exordio,ubi hanc Alexandri protulit ſententiam. Cum ſciuerint ſapientes iuſtitiam, exiſtentem in ſubſtantia rerum, tunc amant ſimilari illi naturæ,& illam acquirere formam, unde & illos iuſtos eſſe oportet.Hinc & illa Cabaleorum ſententia, qua docent Moſis legem,eo q̄ hominem ipſi uniuerſo macrocoſmo conformem reddere intendit. Ideo ſuis mandatis tam mentis,q̄; corporis continere actus,qui p̄ portione correſpondent actibus uniuerſi. Horum omnium ratio eſt,q̄ quemadmodum uana,umbratiliſq; fœminę pulchritudo aſpicientem afficit & rapit amore,eumq; impellit,ut ſuis ſingulis actibus ad ſimilitudinē obſequiumq; puellæ ſeſe aptet & ornet: Sic utiq; & longe quidem eminentius diuina pulchritudo,per ipſum uniuerſum refulgens,huius uanæ pulchritudinis exemplar & ratio ſui contemplatorem ad imitationem operū, uiarumq; ſuarum obſequium,intimo ſpiritus ardore,trahit atq; perducit.

Quibus deniq; reuincitur,q̄ quicquid ultro,rectoq; rationis dictamine agitur,illud in ſpiritu adoptionis filiorum agi comprobatur.Quod etiam Diui Ambroſij ſententia,ſuper illud Apoſtoli, Nemo poteſt dicere Domine Ieſu,niſi in ſpiritu ſancto,plane affirmat, Veritas,inquiēs,a quocūq; dicatur,niſi a ſpiritu ſancto eſt. Tu uero hęc mente reuolue,& ſedulo cōſydera. Concludeitaq;,q̄ uia operandi,alia mentis eſt,alia corporis.Quę corporis,alia legis uinculo atq; timore,alia prudentiæ ſpiritu & amore. Rurſus quantum ad nos ſpectat,trina mentis operatio eſt.Prima,quę modum inuenit,quo doctrina & ſciētia conſtruitur.Alia conſtruit eam.Tertia,nec modum inuenit nec conſtruit,ſed iam ab alio conſtructa utitur,cuius intelligentiam ars ipſa declarat. Triplici enim ordine addiſcit artifex ea,quę artis.Primo,a fine incipiendo,ex cuius notione ſenſim excogitat cūcta,quę finis requirit,ut in de partibus animalium primo teſtatur philoſophus. Principatum (inquit) illa cauſa uidetur obtinere,quā ſub hoc uerbo cuius gratia ſignificamus,hæc enim eſt ratio. Ratio autem principium eſt,pariter in rebus tam artis,q̄; naturæ conſtituendis. Natura igitur pariter & ars a parte procedit in partem,ſcilicet a fine,quę omnibus ratione prior eſt,& operatione poſterior:in partem ratione poſteriorem, operatione uero priorem. Secundus eſt ordo,quo artifex & manu operator, non inuenit,ſed iam inuentam componit & exequitur,qui ſimiliter a parte in partem graditur,ſed uerſo tramite:Quia a parte,ratione ultima,opere uero prima: In partem,ratione priorem,operatione autem poſteriorē.

Tertius eſt ordo,quo opifex nō inuenit,nec exequitur artē, ſed ea,quæ ab arte inuenta,& ſtructa ſunt intuendo,artem addiſcit.Hoc uero arsconſtructoria

ſtructoria domus plane demonſtrat, Quum enim uaria & multiplex ſit aëris intẽperies, procellæ,turbines,pluuiæ,grandines,imbres, quæ mortaliũ naturæ & uitæ incolumitati multis quidem modis aduerſentur, cogitur prouida humana ſolertia aliquod excogitare tegumentum & domicilium, quo ab his cæteriſq; ingruentibus malis tutari & protegi ualeat: Cumq; uaria hominis exercitia & uſus,quæ eodem in loco expleri nequeunt, ideo uaria huius domicilij loca excogitat,ueſtibulũ,porticũ,aulã,thalamos,& id genus locorum,quę uarij familiæ uſus poſtulant:forma igitur ſeu figura domus pręconcepta,ſtatim materiam non fragilem neq; mollẽ, ut ingruentibus malis reſiſtere queat,ſed duram, ac ſolidam, ueluti lateres,calce congeſtos,trabes,aſſeres,clauos et his ſimilia adaptat, Vnde finis, quem concipit primo,eſt ipſa protectio ab imminentibus malis, Secundo, huius gratia inhabitandum domicilĩ excogitat, Tertio, ipſam concipit formam,propoſito fini conſonam,Quarto,habilẽ ad hoc materiam, quo quidem proceſſu & ordine,artis inuentio fit. Dum aũt hanc exequitur, primo materiam aptat,ſecundo formam ſtruit, tertio domicilium inhabitat,inde quartum,quod primũ erat,comitatur,ſcilicet ab aëris corruptelis ꝓtectio.Huiuſmodi igit̃ ꝓceſſus ambo,a parte in partẽ tẽdunt, ſed hic a parte,quę ratione eſt prior,& reſolutiue: ille uero a parte, quę ratione poſterior eſt,& compoſitiue.Quum uero conſtructa iam domus fuerit, eam primo concipit totam,unde deinceps in partes deſcendit, earum ſubſtantiam,ordinem,& conglobationem contemplando, innatum ſiquidẽ nobis eſt,totũ prius (quia iam actu eſt) q̃ partes,quæ potentia ſunt concipere, Hęc igitur omnia ita ſe habere in ipſa arte,facile eſt perpendere.Quod ſi recte conſyderas hanc triformem conceptionem,ex triplici naturæ ordine.ſ. ante opus,operando,poſt opus,uidelicet inueniendo,exequendo,cõſeruãdo plane cõſpicere licet.Quibus omnibus explanatis, plane trifariam illã mentis operationem colligere poteris,illa namq; quę modũ ſciendi inuenit eſt ars ſyllogizandi,quam iure quidẽ,nõ ſcientiã,ſed modũ ſciendi Ariſto. Methaphyſi.ij.uocat.Cuius inuentio,ut aliarum artium, non niſi reſolutiue ex finis notione conſtare potuit, iuxta Galeni Microtechnes exordij placitũ, ubi per doctrinã, quę ex finis notione orditur,quam reſolutiuam appellat,omnes artes conſiſtere dicit ſecundum rationem: Secundũ rationẽ inquit,quia ſtat,ut duobus alijs modis ars cõſtet,non tamẽ ſecundũ rationem,ſolũ.n.finis rationem operis aſſignare poteſt,uniuerſa enim ſyllogiſtica facultas ex ipſo ſcire,quod logice finalis intentio eſt,inuenit̃,ut priora ac poſteriora analytica,plane inſinuant:Quę ideo analytica cognominãtur,quia non niſi reſolutiuo proceſſu conſtare potuerint.Sic & ars qua operatur natura,eodem ordinis proceſſu inuenta eſt, Natura enim finali intentione ſpecialiſſimas ſpecies intendit, quas tamen ultimo conſequitur, unde illud Methaphyſi.i.Quod generatione poſterius eſt,natura prius eſt. Nos autem quia entia ſumus, quæ ſunt ab arte naturæ, & ipſa arte poſteriora,ideo artem naturæ minime conſpicere ualemus, ſed artis execu-

tionem,& ea quę ſunt ab arte naturæ contemplamur. Quapropter nulla ſcientiarum naturalium fieri poteſt reſolutiue,quum ipſa reſolutio ex finis duntaxat notione conſtet, nos autem finē & artem naturæ primo ignoramus,ſed eam poſterius,quoquo modo naturæ executionem,et ea quę a natura ſunt inſpiciendo,concipimus. Quemadmodū ſi quis finem & artem ignorat,qua ſtruitur domus,nequaq̄ domū fabricare noſcet,ſed executionem ædificantis intuendo,aut conſtructā iam domū & eius partes contemplando,ipſam artem a poſteriori addiſcere ualet. Hinc illa ſecunda in nobis mentis operatio eſt,qua ſcientia gignitur,exequēdo modū,artemue quę reſolutiue inuenta eſt. Et ubi illa reſoluendo exordium ſumit, hęc cōponēdo ſuſcipit finem. Vltimum enim, quod ex uniuerſo ſcientiarū ambitu expectatur,eſt ipſum quod uere eſt ſcire, a quo, tanq̄ a finis notione, ſyllogiſtica doctrina & ars texitur. Hinc illud Galeni in eodem microtechnes exordio,Secunda,inquit,doctrina eſt, quę ex compoſitione ſecundū reſolutionem inuentorū, unde perſpicue intelligere licet, cur Ariſtotel. in uniuerſo naturalis doctrinæ ambitu,compoſitiuo ordine incedat,niſi in libro de partibus animalium,quia tunc uniuerſalia omniū natura conſtantium a poſteriori conſpecta ſunt,unde iam totius naturæ finis innotuit anima.ſ.quæ animati corporis,ac omniū generabilium finis eſt,ex qua concludit omnia ea quę ordinata ſunt ad finem. Tertia mentis operatio eſt, quę nec modum inuenit ſcientiam cōſtruendi,nec ſcientiā cōſtruit, ſed eā iam conſtructā intuetur,a toto ipſo naturaliter progrediendo in partes,ſingulorū cōcipiendo quidditatē & nexū,quam Galenus,dum ſuæ doctrinæ ordinem ſtatuit,diffinitiuam appellat. Nulla enim ordinis ratio ibi querit, quę ex finis notione cōſtat,ſed ſolū noticia,quā teſtimonio & fide prēſtat diffinitio: quē quidē ordinē in Methaphyſ. Ariſtot. pegit,ubi totum ens in partes abſoluēs,ſenſim deinde & pedetentim ſingula tractat. Cū igit ordo nō modo ad memoriam (quemadmodū & Ariſtot. de memoria & reminiſcentia docuit) ſed etiā ad facilē rei intelligētiam perducat, ideo trinū doctrinæ ordinem, qui mutuam quæſitorū habitudinē oſtēdit in Analyticis, phyſicis,et diuinis Peripateticorum princeps exercuit. Quod ut clarius intelligas,hęc Theoremata ſubnectam,quibus non modo trinum hunc ordinem,ſed & uniuerſi Peripatetici dogmatis cohęrentiam & nexum plane comprehendere poteris.

THEOREMATA QVIBVS RESOLVTIVE MOdum ſciendi aſſequimur.

I Omnes natura ſcire deſyderant.

II Qui natura ſcire deſyderat,is idipſum natura aſſequi poteſt.

III Et licet ſuapte natura id aſſequi ualeat,pluribus tn̄ ars ipſa auxiliū prēſtat.

IIII Ars,moduſue ſciendi eſt facultas quam logicam dicimus.

V Logica quę modum docet ſciendi,nil aliud q̄ rationis conceptus moderare proponit.

VI Moderantur conceptus,ſi percipiendis rebus ab extra conformes fiunt.

Confor-

Conformes fiunt, ſi eo pacto rem concipimus, quo res ipſa eſt. VII
Eſt autem quęq; res concipienda, per eſſe, ſui cauſæ. VIII
Per cauſæ itaq; cognitionem rem ipſam concipiamus oportet. IX
Quo per cauſam rem cognoſcimus, id demonſtrationem appellamus. X
Demonſtratio ex notioribus ignota oſtendit. XI
Notiora ſunt aut pariter naturæ & nobis, aut naturæ, non nobis, aut nobis, non naturæ. XII
Quod naturæ eſt notius, non nobis, nullam demonſtrationem parit. XIII
Quod nobis notius eſt non naturæ, demonſtrationem facit quia. Quę re uera demonſtratio non eſt. XIII
Quod notius eſt naturæ & nobis, bipartite datur. Aut idem notius eſt nobis & naturæ, non autem eodem modo, quia non ſecundum habitudinem, quam habet ad ignotius. Aut idem, & eodem quoq; modo. XV
Primum, demonſtrationem facit propter quid, quia ſcio rem per cauſam, hanc autem eſſe rei cauſam ignoro. XVI
Secundum demonſtrationem ſimpliciter conſtituit, rem enim ſcio per cauſam, & quoniam eſt cauſa. XVII
Simpliciter demonſtratio, ipſum quod ſimpliciter eſt ſcire nobis largitur, in quo humani generis, perfectio tota conſiſtit, & hic erat finis primo cognitus, quem ultimo exequimur. XVIII

THEOREMATA, QVIBVS EXCOGITATVR modus ordinandi doctrinam, & inueniendi cuiuſq; doctrinæ, libri, & quæſiti ſubiectum.

HVmanum genus, quemadmodum & ſingula rerum propriam ſibi perfectionem fineunt deſyderat. XIX
Hanc aſſequitur, dum ea obtinet, quæ ſua cuiuſq; natura petit. X
Obtinet hęc, dum a ſuo principio ea ſuſcipit actu. XXI
Suſcipit, quando illi coniungitur. XXII
Coniungitur, dum ei ſimile efficitur. XXIII
Efficitur ſimile, dum ſciendi actum exercet. XXIIII
Illum exercet, dum cauſas rerum intuetur. XXV
Intuetur, dum eas quæſiuerit. XXVI
Querit, dum dubitat. XXVII
Dubitat, quum admiratur. XXVIII
Admiratur, per quandam animæ fugam a repugnante. XXIX
Repugnat, quod animæ perfectioni tam primæ, q̃ ſecundæ obſtat. XXX
Obſtat animæ (quia una indiuiſibilis, immobiliſq; eſt) multitudo, magnitudo, & motus. XXXI
Motum, una cum multitudine & magnitudine admiratur rerum naturalium contemplator. Multitudinem cum magnitudine, Mathematicus. Multitudinẽ abſq; magnitudine ac motu Metaphyſicus mirabundus ſpeculatur in ente. XXXII

XXXIII Ens in ſe plura complectitur.
XXXIIII Ratio cum plura ſimul indagare nequeat, primum
XXXV Inquirit quod ſe prius admirabile offert.
XXXVI Se prius admirabile, magiſq; repugnans offert ens mobile.
XXXVII Mobile ens ex pluribus, quæ ei inſunt, conſiſtit.
XXXVIII Secundum plura ſimul, ſe nullum ens offert.
XXXIX Se offert primum ſecundum id, quod primum ei ineſt.
XL Primum ineſt, quod prioris cauſæ eſt opus.
XLI Prioris cauſæ opus eſt, quod ſe latius cõmuniuſue diffundit.
XLII Se latius diffundit ſimpliciter mobile, q̃ mobile loco, & quæ deinceps.

THEOREMATA, QVIBVS SCIENTIAM DE natura compoſitiuo ordine a parte ſcilicet progrediendo in partem, iuxta executionem naturæ adipiſcimur.

XLIII MObile eſt, quod fit ex aliquo aliquid, non ex quolibet, ſed apto nato.
XLIIII Cum ex apto nato ſolum, rem fieri contingat, e nihilo iuxta philoſophantium dogma, aliquid fieri non poteſt.
XLV Quum e nihilo aliquid fieri nequeat, Mobile ens, ex tribus re ipſa diſtinctis principijs, ſcilicet priuatione, materia & forma conſtare oportet.
XLVI Priuatio eſt non ens, enti admixtum. Materia eſt ens admixtum non enti, forma ens eſt priuationis expers.
XLVII Formæ (ut bono) materia adhærere appetit.
XLVIII Cum ſuum hunc appetitum materia totum ſimul explere non poſſit, motus ſucceſſione id fieri neceſſe eſt.
XLIX Motus eſt perfectio entis in potentia, ſecundum huiuſmodi
L Ens in potentia ad actum mouetur ab alio.
LI In his quę mouent, & quę mouentur dandum eſt primum.
LII Primum mouens nec corpus, nec uirtus in corpore eſt, ſed infinitũ uigore mouens ut finis atq; efficiens mobile primum.
LIII Mobile primum, eſt cœlum ex anima efficiente motum & corpore moto conſtructum, quod ſecundum naturam fertur in orbem.
LIIII Quod fertur in orbem, quatenus natura et motu uniforme exiſtit, eatenus ſublunarem hanc materiam primæ & homogeneæ caducorum formę adaptat.
LV Prima ſublunarium ſubſtantialis & homogenea forma eſt natura corporea, quam eſſe coæternam materiæ fatemur.
LVI Corporea hæc forma intercedente, cooperantibuſq; cœli organis, necnon & corruptibiliũ corporũ uarietate adminiculãte, nõ tanq; efficiens, imo (iuxta Ariſtot. ſecũdo de generatione placita) minus q̃ inſtrumẽtũ aptaẽ materia, et ad diſtĩctas numero, ſpecie, ac genere formas diſponit.
LVII Aptata materia, eam mox terminat, & informat agens, datorue formarũ ab extra.
LVIII Terminat uero eã formis diſtinctis q̃dẽ genere ſex. uidelicet elemẽtari, mixti imp̃fecti, minerali, uegetali, brutoꝝ animaliũ, forma denicq; rationali.

Rationalis

Rationalis uero ꝑ materialem, potentialemue intellectū conſiſtit, qui quidem intellectus tametſi potentialis ſit, hunc tamen nec materiam, nec ꝙ materię permixtam, ſed abſtractam ſubſtantiam eſſe probamus. LIX

Quia abſtracta ſubſtantia eſt, ideo ſemper intelligens actu. LX

At licet ſemper ſuapte natura intelligat actu, humano tamen corpori formam tribuens, quandoc ꝙ intelligit, interdum uero minime. LXI

Intelligit, quum ei cogitatiua uirtus fantaſma porrigit. LXII

Fantaſma uero, quum ſuapte natura intelligibile non ſit, uirtus in nobis dā da eſt agens, quæ potentia intelligibile, faciat intelligibile actu. LXIII

Intelligibilia actu, intellectū in habitu pariunt, ex quo intellectus adeptus gignitur. LXIIII

Adepto intellectu genito, ab eoc ꝙ fantaſmatum appendicibus deletis, nobiſcum agens intellectus iungitur, quo & abſtracta proſpicimus, & adhærentiam cum omnium bonorum ſummo conſequimur. LXV

THEOREMATA, QVIBVS METAPHYSICAM ſapientiam diffinitiuo ordine à toto ſcilicet in partes incedendo adipiſcimur.

SVmmi boni adheſionem adipiſcimur, ſi ipſum nouerimus. LXVI

Noſcimus, ſi illinc uniuerſi entis, eiuſc ꝙ attributorum ambitum dependere, comprehendimus. LXVII

Cōprehēdimus uero idipſum, ſi entis partes, attributa c ꝙ inuicē referimus. LXVIII

Entis quadrifariam partitio eſt. Aut ortum habet in re, & in re ipſa ſiſtit, Aut oritur ab intellectu, & in eodem permanet, Aut a re ducit originē, in intellectu tamen re ponitur, Aut oritᵉ ab intellectu, & ſiſtit in re extra. LXIX

Quod oritur intus, & foris terminatur, ſiſtitc ꝙ artificialium opifex & moralium indagator conſyderat. LXX

Quod ortum habet in re extra, ſiſtitc ꝙ intus, ſunt rerū intelligibilia ſpecieſue, quæ actu reflexo per adeptum intellectum intuemur. LXXI

Quod originem ducit intus, & ibi reponitur, eſt ens rationis quod logicus pertractat. LXXII

Quod in re extra & oritur & ſiſtit, id particulares ſcientiæ ſingulatim cōſyderant, Metaphyſicus autem in cōmuni, quatenus ens ſpeculatur. LXXIII

Ens in quantum ens, eſt propria ratione aliquid quod omnibus analogice ineſt. LXXIIII

Huius ſi eſſentiam inſpexeris, tunc unum (ueluti pręcipuam eius paſſionem) comitari dignoſces. LXXV

Si autem eius eſſentiam, ad id, cui primum ratio competit entis (uidelicet ad intellectum) retuleris, tunc ipſum uerū ſequi perpendes. LXXVI

Si uero ad uoluntatem, quæ continuo intellectui ineſt, id conferas, ei mox bonum competere deprehendes. LXXVII

Vnum igitur, ens dicit indiuiſum ſecundum ꝙ indiuiſum, uerum, ut intellectu apprehenſum, bonum ut uolitum. LXXVIII

LXXIX At quoniam uolitum,apprehenſumq; non ex abſoluta, ſed collatiua entis ratione dependent,ideo partes diſiunctaq; attributa ens ipſum ſortitur.

LXXX Quatenus enim independens,ſubſtantia.Quatenus dependens, accidens emergit.

LXXXI Rurſus ut independens,unum.Quia dependens,multum.

LXXXII Hinc actus,illinc potentia.

LXXXIII Hinc prius,illinc poſterius.

LXXXIIII Hinc cauſa,illinc cauſatum.

LXXXV Hinc uniuerſale,illinc particulare.

LXXXVI Hinc infinitum,illinc finitum.

LXXXVII Hinc neceſſarium,illinc contingens.Quæ enti,ut modus attributaue,non ut partes,conuenire nouimus.

LXXXVIII Partes uero non modi,quæ primo contrahunt ens,ſunt ſubſtantia, & accidens.

LXXXIX Subſtantiæ ratio eſt non inhærere.Accidentis uero inhærere ſubiecto.

XC Quia accidens inheret,ſubſtantia uero minime,potior pars entis ſubſtantia eſt.Huius uidelicet ſubſtantiæ pars alia immobilis,mobilis alia.

XCI Mobili ſubſtantiæ,materiam contrarijs ſubiectam dari oportet.

XCII Subiecta materia ens eſt,non actu,ſed potentia,in æternis quidem ad ubi, in generabilibus ad formam.

XCIII Quod in potentia eſt,mouente eget quo ducatur in actum.

XCIIII Mouens uniuocum,quod ſenſu cernimus,quum perpetuo generationem & corruptionem ſubeat,aliud perpetuo mouens exiſtere eſt neceſſe.

XCV Quod perpetuo mouet,nulla potentia ac materia permiſcetur.

XCVI Cui nulla potentia adſociatur,actus eſt ſeſe primo intelligens,qui inde reliqua omnia ſecundo intelligit & curat, uita in ſummo delectabilis atq; perfecta,ut appetibile,et intelligibile mouens a quo in eſſe, & in moue cœlum dependet atq; natura.

XCVII Cœlum quum a tali mouente,ueluti ab efficiente cauſa manat, neceſſe eſt, ut quot eius ſunt motus tot ſint & motores.

XCVIII Motores inq; duplices,quorum unum coniunctum,& animam,Alterum re ipſa ſeiunctum,& intelligentiam aſſerimus.

XCIX Tametſi plures ſint motores,hi tamen (quemadmodum & ipſa per ſe mobilia) ad inuicem ordinis unitatem habent,atq; ad unum ueluti ad exercitus ducem,unde pendent,fluuntq; & eo refluunt uniuerſa.

FINIS.

DE RATIONE PROHOEMII, ET EIVS PARTIBVS.

TRIPARTITA DE PROHOEMII partibus ſententia. Caput I.



QVAERVNT IVNIORES, CVR iuxta Auerrois ſententiã gloſſatores prohęmij partes afferant octo, ſcz intentionẽ, utilitatẽ, ordinem, diuiſionẽ, proportionẽ, uiam doctrinæ, nomen libri, nomẽ auctoris. Rhetores aũt duntaxat tres, uidelicet docilitatẽ, beneuolentiã, attentionẽ. Rurſus cur nec idipſum gloſſatores oẽs obſeruant, quũ in Porphyrio Seuerinus Boëtius, & in i. priorũ Ioannes Grãmaticus, ſex tm̃ pronunciant. In huius aũt dubij ſolutionẽ quidã Neotericus gloſſator in præfatiõe Auerrois ſup librũ quẽ deſtructionẽ deſtructionũ uocat: Prohœmiũ, inquit, aliud morale ſeu rhetoricũ, aliud phyſicũ & artificiale: Morale intendit tria, phyſicũ uero et artificiale ꝓponit octo. Alius huius loci gloſſator ait, Prohœmiũ aliud auctoris, aliud gloſſatoris: Auctoris eſt pronunciare tria, gloſſatoris uero octo. Nos aũt nõ minus phyſicum ꝙ morale, nec ſecus gloſſatoris ꝙ auctoris ꝓhœmiũ tria intẽdere aſſerimus, Sed quia ad hęc tria nõ perducit auditor, niſi quibuſdã ſuadẽtibus medijs, quorum exacta ſumma eſt octo, quæ utiq; non oẽia explicat, ſed implicat author, Cũq; munus gloſſatoris ſit ea, quę obnubilatim tractat author ampliori liqdioriq; ſermõe oñdere, ideo ad gloſſatorẽ ſpectat clara oratiõe in ꝓhęmio octo de ꝓmere, Authori uero ſatis eſt hęc ipſa actu et ope ꝓagere.

OMNE PROHOEMIVM TRIA INTENDIT, & huius cauſam aſſignat. Caput ij.

DIcendum igitur primo, ꝙ prohœmium cuiuſcunq; fuerit, eadẽ triaq; intendit: Secundo mediorum, quibus ad hæc tria perducimur, ſumma ſunt octo. Primi ueritas hac ſerie oſtẽditur, quorum idem eſt finis, eorundem, & ea quæ per ſe ad illum ordinantur finem, eadem eſſe oportet: eiuſdem enim cauſæ idem per ſe effectus eſt, ſed cuiuſcunq; prohœmij finis idem, ergo & quæ per ſe hunc finem pariunt ſunt eadem: ꝙ autem cuiuſq; prohœmij finis ſit idem, palam eſt ſingula prohœmia inſpicienti, ſiquidem nihil aliud cuiuſq; facultatis prohęmium nititur, ꝙ ad aliquid ſenciendum, agendumue auditorem perducere. Omnes enim ſcientiæ, inquit Ariſtoteles, quodammodo Rhetorica participant: quum ergo ea quæ ad prohœmij finem ordinantur, ſint tria, concluditur quodcunq; prohœmiũ eadem, triaq; intendere: intendit enim unumquodq; ipſum finem ſimul, & ea quibus finis ipſe attingitur. Q; autem tria ad hunc exigantur finem, ex tribus ſcz cognitione, appetitu, electione, quæ ad humanam ſecundum

q̄ humana operationē requiruntur oſtendimus,& idipſum ex theologico & ex rudium hominum,pariter & iumentorum opere conuincimus. Ex morali ſeu humana operatione id conſtat,quia ut Ethic. & de anima tertio colligimus. Nemo qui ſecundū propoſitum agit, opus ſuū exequitur,niſi prius imperet conſulta uolūtas,nec imperat uolūtas niſi prius idipſum uoluntas appetierit,nec appetit niſi quod ratio prēnouerit: ipſa igitur præcognitio ſi aduertis,nihil aliud q̄ docilitatē inſinuat, eo q̄ habilē reddit operantem,ut recte diſcat agēda ſentiendaue,q̄obrem aut a ſeipſo,aut ab alio docente ante operis executionē docilis euadat,prēnoſcatue exequendū negociū neceſſe eſt. Sic uticq̄ et appetitio,quia beneuolentiā erga rem agendā ſentiendāue deſignat,ideo docilitate iam habita,mox beneuolus rei agendę uel ſentiendæ fiat oportet. Rurſus quū & ratio iam præconceperit, & uoluntas appetierit,nondū ſe ad effectū accingit,niſi imperet ipſa iam cōſulta uolūtas, & uires ad præconceptū uolitūq̄ opus ꝓſequendū intendat, quē quidē imperandi actū eo q̄ per ipſum tendimus ad opus attentionē appellari libuit: Prēcognitio igitur facit docilem,appetitio beneuolū,attentionē imperatiuus actus. Idem cōprobat theologica actio,quem tribus ſ.fide, charitate et ſpe,uirtutibus conſtat. Per fidem nanq̄,ut Theologorū ſcholę placuit,firma nō apparentiū conceptio oſtenditur,quæ docilitatē præſtat. Charitas uero eſt mentalis a ſupna gratia in rem creditā appetitus atq̄ dilectio,quæ ipſum credentē operantemue beneuolū efficit opis peragendi. Spes quoq̄,ut ex tertio ſententiarū uolumine colligimus, extenſio quædā eſt appetitus in bonū, arduū & poſſibile,qđ' uticq̄ & ipſa attentio inſinuat: potiſſimū nanq̄ ex magnitudine & difficultate rei aſſequendę attentio reſultat. Q đ' & Ariſtot. Ethic. iij. electioni .i. cōſultę imperanticq̄ uolūtati, quæ in morali actiōe attentio dicit̄,adſcripſit: fides itaq̄ docilitatē,beneuolentiā charitas, ſpes ipſa attentionē miniſtrat. Idipſum rudiū operandi conditio demōſtrat: hij .n. abſq̄ ullo cōſilij dictamine hęc tria ad uota ſua impetranda exercent. Pauper (exempli cauſa) ut ei buccellā porrigas, percutit oſtiū,& clamitat,Panē da pauperi,Dei amore: Qui cū percutit oſtiū, te reddit attentū: dum clamat,Panē da pauperi,te facit docilē, unde tibi innoteſcat qd ipſe petat: dum ꝓfert,Dei amore,te opis beneuolū facit. Nec modo hoīm, ſed & iumentorū genus ex induſtria naturæ id agere nouit. Canis puta,ut ei præbeas eſcā, latrat, porrigit fauces,& caudā motat: Latrando te facit attentū,fauces porrigēdo reddit docilē, caudā motādo blāditur & ꝓuocet ad beneuolentiā. Quū denicq̄ in quauis operatiōe peragenda eiuſcemodi tria dari oporteat,nilq̄ aliud prohęmij intentio ſit,q̄ ad aliquid agendum ſentiendumue auditorem conuertere,firmiter concludimus cuiuſcq̄ prohœmij munus eſſe,hęc ipſa tria intendere et opere exequi, Et hoc primum eſt,quod enucleandum accepimus,

MEDIA, QVIBVS TRIA PROHOEMII uota conſequimur, ſunt octo. Cap. iij.

SEcundo loco explanandū eſt mediorū,quibus ad hæc tria peruenimus ſummā eſſe octo,qđ' oſtenditur ex eo,q̄ ſi aliquod illorū octo defuerit,

mens

mens hæſitat,& trepide opus ipſum exequitur,eiuſdem autem ſimul prę-
cognitis nihil relinquit,qđ auditorē ab aggrediendo opere retardet,prout
ſingula horū octo inſpicienti conſtat. Nullus ꝙppe mentis cōpos ſcrutandi
munia præſumit,niſi ad certū ſcientiarū genus intendat: Nullus em̄ (inqt
Ariſtot.) conabit aliquid facere ad terminū non futurus uenire,quare ad
rei ſcientiam aſſequendā in primis intentiōe eſt opus. Quū aūt id quo pri-
mum aliquod ſcientiarū genus diſcernitur,ſit illius ſcientiæ libriue nomen.
Prima ſiquidē cuiuſq; rei addiſcendæ perceptio,nomīs notitio eſt: ꝓpriū
ideo ſciētiæ ſeu libri nomē ſecundo loco enunciare neceſſe eſt. Rurſus ne
aliqd illius ſcientiæ uel libri inexaminatū relinquat, q̄t illius ſcientiæ ſeru-
tāda ſint quæſita prenoſcat oportet: qua ꝓpter partes doctrinę tertio loco
præponendæ: Q̄m inſup eiuſcemodi partes ſimul indagari nequeunt,ſed
una prius,alia poſterius: ubi aūt prius et poſterius,ibi et ordo,idcirco ō̄rto
ꝓhœmij loco ordo doctrinæ exprimit. His prę̄cognitis uiam genuſq; de-
monſtrandi, ſine quo doctrina nulla conſtruit,quinto loco prę̄ſcire opor-
tet, quibus prænotatis nihil amplius qđ ad docilitatē facit auditoris relin-
quitur. Nondū tñ ipſum inquirendi actū exercet,niſi aliquid honeſtū, io-
cundum & utile,quo in doctrinæ deſideriū trahat,illinc ꝓdire intellexerit,
& ſic ſexto loco doctrinæ utilitas prę̄ponat neceſſe eſt. Nec utilitate prę-
cognita ſtatim ſcrutādi opus ꝓſequimur,niſi & uiribus imperemus,eaſq;
tendamus ad actū, qđ eo maiori ſedulitate & ſtudio efficit,quo magis rei
magnitudo & difficultas præponit: Operis aūt magnitudinē opificis au-
ctoritas inſinuat,q̄obrem ſeptīo loco authoris nomē in ꝓhęmio explicari
ſolet. Difficultatē uero ꝓportio denūciat: quū em̄ hunc,exempli cauſa, de
auditu librū ſcientię naturalis fundamenti uicē gerere intelligamus, ſtatim
attentius,maioriq; diligentia & ſtudio incūbimus: unde octauo & ultimo
loco libri proportionem præconcipere neceſſe eſt. At licet utilitas quoq;
faciat ad attentionē,quemadmodū ꝓportio & nomen libri faciunt ad do-
cilitatem,ſimul & beneuolentiā,nihilominus ſi ſingula horum octo conſi-
deras, plane intelliges horum quinq;, uidelicet intentionē, nomen, partes,
ordinem,uiam doctrinæ,inprimis docilitatem reſpicere: Beneuolentiam
unum,ſcz utilitatē: Attentionem duo,ſcz proportiōem & nomen autho-
ris, quæ omnia ſimul media ſunt, per quæ tria cuiuſq; prohœmij intenta
aſſequimur.

CONTRA NITENTIVM ARGV-
mentorum ſolutio. Caput iiij.

Quibus ſic patefactis ea, quæ a principio attulimus argumenta, perq;
facile ſolui poſſunt. Nam & rhetor & philoſophus, necnon gloſſa-
tor,& author tria intendunt,ſed media quę hæc conferunt,alij prorſus ex-
plicant,alij ſubaudiri uolunt: in phyſicorum namq; exordio ex literę ſerie
ab Ariſtotele intentio,nomē libri,partes,uia,ordo,proportioq; audiri poſ-
ſunt,intentio,nomen,& proportio inteligitur,ex eo quod dicit manifeſtū
quidem,q; quæ ſunt circa principia ſcientiæ, quæ de natura primo deter-
minare

minare tentandum. Intentio uero intelligitur, dum ait, tentandum esse determinare ea quæ sunt circa principia. Nomẽ elicitur ex hoc, ꝙ dicit de natura, id est physica. Proportio ex ipsa intentione perpenditur, quia principij ad principiatum partes in uniuersali audiuntur, ex eo quod legitur, Et principia primo usq; ad elementa, quot enim sunt principia remota et propinqua, tot sunt & partes, scientiæ enim secantur quemadmodum & res. Via præconcipitur ex eo, quod inquit. Innata est autem uia. Ordo ex hoc quod ait, Vnde ex uniuersalibus in singularia oportet procedere. Authoris uero nomen, ipsa fama & ueridica omnium sententia denunciat: utilitatem denicq; ex scientia morali, quæ scientiam de natura ordine antecedit præsciri uoluit. Hactenus de ratione partibusq; prohœmij, singula uero horum octo superuacaneum esset hic prosequi, quum hæc ipsa Auerrois prohœmium perspicue latiusq; explanat. Nunc autem de subiecto, circa cuius rationem uaria sunt apud iuniores discrimina, compendiolum, Superum nutu, aggredimur.

DE INVESTIGANDIS STATVENDISQVE scientiarum subiectis, compendium, Et primo de intentione tractatus, & ordine. Caput I.

DICTVRI de scientiarum subiectis, primum quæ sit communis ratio subiecti in scientia examinabimus: exinde quæ ratio subiecti a quo denominatur scientia: tertio loco quid sit præcipuum naturalis & Mathematicæ scientiæ atq; diuinæ sapientiæ subiectum: quarto quis horum subiectorum ad inuicem ordo: quinto quæ in eadem scientia mutua partium habitudo resolutorio tramite explanabimus.

QVID HOC NOMEN SVBIECTVM, QVID SCIentia, quid formalis ratio subiecti designat. Caput ij.

PRimo autem enunciandum est, quid per subiectũ, per scientiam, quid per formalem rationem subiecti intelligimus. Per subiectũ hic intendimus, non solum prout subiectum relatiue dicatur ad prędicatum, quemadmodum id ab Aristotele sumitur primo priorum, hoc enim subiecti genus competit cuiq; propositioni, in qua alterum de altero dicitur, siue sit per se notum principium, siue scibile per discursum, sed subiectum hic sumimus prout scientiæ subiectum designat. Per scientiam uolo habitum, recto rationis discursu acquisitũ, tam unius conclusiõis demonstratę ꝙ aggregatũ ex pluribus, & de tali scz communi scientiæ subiecto nobis hic quęstio est. Per formalẽ rationẽ subiecti in scientia intelligimus dispositionẽ, qua posita ponit subiectũ, & cognoscit esse subiectũ, eaq; ablata aufertur, & in esse & cognosci subiectũ: dico & in cognosci ad differentiã ratiõis datę per propria accidẽtia, q̃ nõ est ratio formalis, puta posita hac ratiõe siue diffinitiõe, utz substãtia aniata, sensitiua, risibilis, ponit homo, ꝙa passo nõ sepatĩ esse

a subiecto

a ſubiecto,non tamen ponitur quo ad cognoſci,quia non uere cognoſcitur niſi per propriam differentiam,ratione autem materiali ut ſubſtãtia animata ſenſitiua poſita non ponitur homo,nec ineſſe,neq; in cognoſci,ratio autem formalis ponit utrumq;.

ALIORVM SENTENTIA DE FORMALI ratione ſubiecti,& eorundem confutatio. Cap.iij.

DE formali itaq; ratione ſubiecti,bipartita Iuniorũ ſententia eſt,alia enim aſſerit formalem & ſubiectiuam rationem ſubiecti eſſe ſuſceptibilitatem ſeu demonſtrabilitatem paſſionis,iudicans illud ſtabiliendũ eſſe ſubiectum ſcientię, de quo principalior in illa ſcientia paſſio oſtẽditur,quę Ariſtotel.uerbo innititur dicentis:de ſubiecto oportere pręcognoſcere qd & quia,quod idem ſonare uidetur,quod de ſubiecto demonſtrantur paſſiones per diffinitionem ſubiecti. Hęc poſitio licet ſolũ de ſubiecto,a quo denominatur ſcientia ex pluribus cõcluſionibus aggregata intendat,ea tñ quam affert Ariſtot. autoritas de ſubiecto cuiuſq; ſcibilis concluſionis loquitur,ſed quomodocũq; fuerit falſa eſt horũ poſitio,& falſo uerborũ Ariſtot. intellectui innititur. Falſa eſt poſitio,uidelicet aſſerens formalẽ rationem ſubiecti eſſe paſſionis demonſtrabilitatẽ,quia datur ſubiectũ ſcientię nulla habita cõſyderatione de paſſione & eius demonſtrabilitate de re, quod conſtat ex eo,q; datur ſcientia de re nullatenus conſyderata paſſione,ſcilicet ſcientia de quidditate rei quæ antecedit ſcientiam de paſſione, ſed ubi datur ſcientia,ibi datur concluſio: quęſtio atque ut ex ſequentibus audies,ſubiectum circa quod quæſtio uerſatur,datur ergo ſubiectum paſſione prorſus neglecta,quod autem notitia de quidditate,abſq; cognitione paſſionis uere ſcientia dicatur manifeſtum eſt,quia eius actui competit ratio ipſius uere, ſcire uidelicet rẽ per cauſam cognoſcere, iuxta illud poſteriorũ ſecundo,quęſtiones ęquales ſunt numero his quęcunq; uere ſcimus, quum igitur una & quidem potiſſima quęſtio ſit,quid eſt? ſequitur q; cognitio,ipſius quod quid eſt uere ſcientia exiſtat,unde methaphiſice tertio: multis,inquit Ariſtoteles,modis idem ſcientibus maxime quidem illũ ſcire dicimus,qui nouit quid res eſt. Nec uim habet quorundam argumentatio qua notitiam de rei quidditate ſcientiam eſſe renuunt,per hoc q; Ariſtotel.ethicorum ſexto demonſtratiuum habitum ſcientiam eſſe uoluit,cũ autem de rei quidditate demonſtratio haberi non poſſit,ergo inquiũt nec ſcientia,quapropter nec ſubiectum in concluſione ſeu quęſtione quid eſt? ſubiectum ſcientię dici poterit,Hi enim qui ſic argumentãtur minus aduertũt demõſtratiuũ habitũ appellari non modo eũ,quẽ demonſtratiuo ſyllogiſmo adipiſcimur,ſed quẽcunq; habitũ qui per aliquẽ modiculũ diſcurſum reſultat,puta diuiſionẽ & cõpoſitionẽ,quibus idipſum qđ quid eſt? oſtenditur,& quibus,ut Auerrois loquitur,utimur in his quę modiculã innuitionem expoſtulant,Quapropter ambigendum nõ eſt quin notitiam de rei quidditate ueram ſcientiam uocitari fas ſit, & ideo ſubiectum

de quo

de quo quidditatiuum prędicatum dicitur uere esse subiectum, etiam passione neglecta, formalis itaq; ratio subiecti ut subiectum non est demonstrabilitas passionis de eo, & sic falsa horum positio reuincitur. Quod autem & falso uerborum Aristotel. intellectui innitantur, apparet ex eo q; ibi non de quid rei, sed de quid nominis sermo est: paulo em̃ ante, Alia uero (inquit) quid est, quod dicitur per nomen oportet intelligere: & quando deinde subnectit dicendo: de subiecto utrumq; & quid est: & quia est, ibi haud dubie de ipso, ut diximus, quid nominis intentio est. Attestatur idipsum scilicet non oportere de subiecto pręcognoscere quid rei, Aristotelis processus qui passim per singula uolumina intrinseca subiecti principia, quibus constat rei quidditas, in eodem uolumine examinat & scrutatur: non igitur subiectum illud pręcognitum esse uoluit: conclude demum non esse formalem rationem subiecti scientiæ passionis demonstrabilitatem, id est non cognoscitur scientiæ subiectum per hoc q; de ipso demonstratur passio, eo q; datur subiectum nulla habita consyderatione de passione. Aliorum quorundam opinio tres essentiales subiecti conditiones assignat, Prima q; sit notum quid est, & quia est, Secunda q; per eius quod quid est demonstrentur in scientia passiones illius subiecti, Tertia q; ad ipsum alia omnia in scientia determinata reducantur, & propter ipsum consyderentur. Hæc quoq; a ueritate aliena assertio uidetur, eo q; aut prima aut secunda conditio fallitur: si enim de quid rei loquuntur, tũc falsa est conditio prima, quia ut ex prehabitis manifestum est, de subiecto solũ quid nominis, non autem quid rei prenoscere necesse est: si uero de quid nominis sermo fuerit, falsa erit conditio secunda, quia ipsum quid nominis per qualemcũq; propriam rei qualitatem assignari & circumscribi potest, quę quidem circumscriptio minime sufficiens est rei passionem demonstrare: quum igitur ambæ prędictæ positiones irrite appareant, mox tertiam quã probamus sententiam enodare conabimur.

VERA DE FORMALI RATIONE SVBiecti positio, Caput iiij.

DIcamus ergo formalem scientiæ subiecti rationem, seu id quo subiectum est, subiectum nil aliud esse nisi dispositionẽ, qua aliquid offertur dubitabile, ita ut quũ scisitatus quis fuerit, quę nam sit uera ratio subiecti scientiæ, respondendum est ens dubitabile, ubi ens uicem gerit generis, dubitabile uero differentiæ: quod autem hæc uera ratio subiecti sit, apparet ex eo, q; hac posita ponitur & cognoscitur subiectum prout est subiectum, eaq; ablata aufertur & esse & cognosci subiecti, statim enim quando dispositio inest rei, quę rem ipsam reddit dubitabilem, resultat de re illa quęstio aut actu, aut aptitudine, & per consequens, res illa intellectui obiecta, quęstionis & scientiæ subiectum efficitur, dispositione autem sublata nulla erit de re illa dubitatio, ideo nec quęstio, neq; scientia, idcirco nec scientiæ subiectum, quod enim est ens non dubitabile, necesse est esse aut prio-

morum

morum principiorum aut ſcientiæ infuſæ notitiam, de quorum neutro (ut primo huius capite cõmemorauimus) hic ſermo eſt. Quũ igitur diſpoſitio qua dubitabilis res eſt ita ſe habeat, ut ea poſita ponatur ſubiectum ineſſe & cognoſci, eademq; ablata auferatur ſubiectũ, concluditur formalem ſcientiæ ſubiecti, ſeu ſubiectiuam rationem ſubiecti eſſe diſpoſitionem, qua ens offertur dubitabile. Tendit ad hoc illud Ariſtotelis Methaphiſices primo: propter admirari & nunc & primum Philoſophi cęperunt philoſophari, id eſt rerum cauſas perquirere, & hoc quia admiratio dubitationem ſuggerit, dubitatio inquiſitionem, inquiſitio ſcientiam, querẽtes enim inquit Ariſtoteles, ueritatẽ ſine dubitatione primo ſimiles ſunt, quo oportet ire ignorantibus. Si autem quis ambiget, dicens, Quum dubitationem precedat admiratio, conſentaneum uidetur formalem rationẽ ſubiecti potius ſtatuendam eſſe, ipſam admirabilitatem ſeu diſpoſitionẽ, qua aliquid eſt admirabile q̃ dubitabilitatem, quod & ipſa Ariſtotel. uerba ſonare uidentur, aſſerentis ſolũ propter admirari philoſophos cępiſſe philoſophari. Huic dicendum: licet re eadem ſit diſpoſitio obiectiua, qua aliquid eſt admirabile cũ diſpoſitione, qua id ipſum eſt dubitabile, differunt tamen in modo, eo q̃ admirabile dicitur in quantum id ipſum aliquid in ſe continet, repugnans intellectui, ſpeciem quandam ingerens timoris, & quodammodo (ut inſequentibus audies) retroceſſum & fugam: dubitabile aũt dicitur, non in quantum fugat aut repugnet, ſed quatinus contranitentiam infert animo, ipſumq; concitat ad cognoſcẽdũ: dubitare enim proprie ſumptum nihil aliud q̃ indeterminata, & inter utrumq; oppoſitorũ nutãtẽ cognitionem deſignat, Humanus namq; intellectus primo ſuapte natura in omnimoda ignorantia conſtitutus eſt, ſecundo admiratur, tertio dubitat, quarto quęrit, quinto per ratiocinium ſcientiam conſequitur, ſexto intelligit per adeptum intellectum, ſeptimo iungitur, et ueluti in ſeptima ſabbati die quieſcit in intellectu agente, cuius ueritatem in nobis clara experientia demõſtrat, puta, infantiæ ætas prorſus negationis (ut uocant) agitur ignorantia, neq; admiratione in aliqua re naturę afficitur: Ineuntibus autem adoleſcentiæ annis mox admirari, & quaſi a repugnante fugam arripere nititur, nondum tamen dubitat, ſed quodãmodo perſtat attonitus: maturiori autem. ſ. iuuentutis ætate accedente, tertio ad contranitendũ accingitur, & quaſi medĳtulio ignorantiæ & ſcientiæ conſtituitur dubitando, Quarto conſiſtentibus annis iam inquirere, & ignorantiæ partem excutere non deſinit, quouſq; quinto loco & recto rationis curſu terminum applicet, ac ſcientiam intellectumue in habitu aſſequatur, nondum tamen clare, ſed fantaſmatum caligine obnubilatim ſapit, donec ſexto loco eum, quem adeptum intellectum uocant, poſſideat, cuius cognitio tantæ eſt claritatis, ut (eam tertio de anima Auerroi teſte) non niſi ęquiuoca appellatione ſcientiam uocitare liceat, per quem quidem adeptum intellectum demum iungitur adhęretq; agenti, qua utiq; adhæſione beata uita, & ſabbati

bati quies tota consistit, sed de his alibi. Redeundo igitur unde digressi sumus. Respõdeo ambigenti q̃ quia admiratio nullum per se iudicium, sed meram passionem designat: subiectum autem iudicium precognitionem ue expostulat, iccirco non potuit admirabile secũdum q̃ admirabile subiectum formali ratione constituere, & licet sit id quod est subiectum, nõ tamen id quo subiectum existit subiectum, sed ratio subiecti est ipsum dubitabile secundum q̃ dubitabile. Nec argumentandum est hanc non esse formalem rationem subiecti in scientia, quum non conuertibilis sit cum ipso diffinito, q̃ non omne dubitabile subiectum est scientia, quia nõ de omni dubitabili habetur scientia ut diametrum esse commensurabilem costę, & id genus. Is enim qui sic argumentatur non aduertit subiectum scientiæ non appellari ab ipsa scientia actu, quemadmodum nec dubitabile constituit semper subiectum actu, sed aptitudine, & sic omne dubitabile scibile est, dubitam enim circa id cuius certam causam non cognoscimus: cui autem est causa, id utiq̃ per inquisitionem & discursum a causa ad effectũ cognosci sciriq̃ poterit: firmiter itaq̃ conclude formalem rationem subiectiuam subiecti, in quouis modo scientiæ esse dubitabilitatem, seu dispositionem, qua res est dubitabilis. Hactenus de subiecto in communi, superest modo de subiecto, quo scientia ex pluribus habitibus aggregata distinctionem & unitatem habet sermonem facere.

DE SVBIECTO QVO SCIENTIA DENOMINAtionem & unitatem sumit. Cap. v.

PRęnoscere autem oportet biformem, ut latius in eo de nouem doctrinarum ordinibus differui, scientiam existere, uno modo cuius quęsita nullum inter se nexum ordinemq̃ seruant, qualis ea doctrina est quam quodlibeticam uocant, alia quæ aliquo doctrinarum ordine contexitur. Prima harum re uera non est scientia una, quia non ordinatur nec analogiam habet ad unum: secunda uero una scientia est, quia unum (ad quod cætera illius scientiæ quæsita respiciunt) continet subiectum. Nobis autẽ de subiecto scientiæ secundo modo dictæ hic sermo est, quod ideo distinctionem, unitatemq̃ scientiæ tribuere dicimus, quia scientia refertur ad scibile uti ad correlatiuum sibi terminum, terminus autem se habet ut forma, forma uero est, quo res unitatem distinctionemq̃ habet, quapropter consentaneum est ipsum scibile subiectum, unitatem, distinctionemq̃ scientiæ tribuere. Quibus perspectis dicendum, subiectum quo sibi unitatẽ distinctionemq̃ uendicat, scientia ex pluribus aggregata, est ipsum adæquatum, & primum illius scientiæ dubitabile adæquatum appello, id qd̃ sic se habet, ut nihil pertractetur in illa scientia quin saltem analogicam prædicationem habet ad illud, nec est aliquid habens per se ordinem

dinem ad tale ſubiectum ſecundū q̄ tale, quin illud ſcientia illa pertractet, Per primum intelligo ſecundum quod ipſum, ſcilicet q̄ nihil conſyderat, ni ſi ſecundum q̄ ad illud ſubiectum ordinem habeat, quemadmodum am/ plius paulopoſt in ſexto huius compendij capite tradetur: in hac igitur ſub iecti diffinitione ipſum dubitabile uicem gerit generis, nam quemadmo/ dum in præhabitis expoſui, communis ſubiecti ratio eſt ipſa diſpoſitio, qua ens exiſtit dubitabile, adęquatum uero et primum locum, tenent differen/ tiæ, quia per adęquatum diſtinguitur a quocunq̄ tam partiali eiuſdem ſci entiæ ſubiecto q̄ cōmuniori minuſue cōmuni alterius ſcientię ſubiecto, un de nec unitatem neq̄ diſtinctionem capit ſcientia, diſtinctio enim unitaſq̄ rei fit per formam, forma autem adęquata & conuertibilis ſit cum re cui/ us forma eſt, neceſſe eſt, per primum, quod in deſcriptione adiecimus eiu/ ſcemodi ſubiectū ſcientię diſtinguitur ab adęq̄to minuſq̄ principali illius ſcientiæ ſubiecto, plures exempli cauſa ſunt paſſiones conuertibiles cum ente mobili, ut locabilitas, diuiſibilitas, quas naturalis conſyderat, quę quia conuertuntur cum ente mobili adęquatum naturalis ſcientię ſubiectum di ci merentur, non tamen primum, quia nō ſecundū, q̄ tales paſſiones, ſ. nō ſecundum q̄ locabile aut diuiſibile, quorum nullum prima admirationis & dubitationis ratio eſt, ſed ſecundū q̄ mobile cōſyderantur, omne enim primum adęquatum eſt, nō aūt omne adęquatum primū, quod uero nō/ nulli addunt ſubiectum ſcientię oportere eſſe primo notū in illa ſcientia, ſu peruacaneū eſt, quia hoc ſubaudit ex ipſa dictione dubitabile quippe, qđ dubitabile eſt de eo precognitum eſſe oportet, quia nominis, & quia eſt, dubitatio enim, ut antea explicui, mediū tenet inter ignorantiam & ſcien/ tiam, medium autem naturam ſapit extremorum, ex ignorantia igitur ſi/ mul & aliqua pręeunte cognitione uel ſcientia dubitatio fit, ſic demum col lige formalē ſubiecti, a quo ſcientia denominatur rationem eſſe adęquatū, primūq̄ illius ſcientiæ dubitabile. Nunc autem ad naturalis conſequen ter & mathematicæ ſcientiæ diuinæq̄ ſapientiæ ſubiectum ſtatuendū, dei nutu, aggredimur.

DE TRIBVS SCILICET NATVRALIS, MATHE/ maticæ, diuinæq̄ ſapientiæ ſubiectis. Cap. vi.

TRium igitur ſcientiarum determinando ſubiecta ſit nobis tripartita i/ ſta concluſio, Naturalis ſcientiæ ſubiectum eſt ens mobile, Mathema/ ticæ diſciplinæ ensquantum, Methaphiſicæ ſapientiæ ens, ut ens, ſupple multiplex. In quorum exactam intelligentiam notandum nihil, ut pręha/ bita monſtrant, eſſe ſubiectum niſi quia dubitabile, nec eſt dubitabile niſi quia admirabile: quod igitur in rebus admirationem parit, id utiq̄ & du/ bitationem, & ſubiectum conſtituere aptum natum eſt: quot igitur admi/ rabilium genera, tot & talia erunt genera ſubiectorum, ſunt autem com/ munia admirabilium genera, pręcipua communis ſenſus ſenſibilia tria,

uidelicet motus, magnitudo, & numerus, tria ergo hęc ipſa cõmunia ſubiectorum conſequentur & ſcientiarum genera eſſe neceſſe eſt: q̃ autem hæc duntaxat tria communia ſint admirabilium genera, ratio & ipſa ut conſtat rerum omnium magiſtra experientia demonſtrat, Ratio ab admirationis ratione ſumitur, eſt enim admiratio (quum ſit ſpecies timoris) fuga quędam intellectus ab aliquo repugnante, iccirco quot, & qualia ſunt communia eorum quę intellectui repugnant, tot taliaq̃ erunt admirabilia, Repugnantia autem genera ſunt eiuſcemodi tria, hęc ipſa igitur admirabilium eſſe genera fatearis oportet, Quod autem intellectui repugnantium genera ſint eiuſcemodi tria, compertum tibi erit quando ſciueris quot qualeſue intimæ intellectiuæ animæ, & ipſius finis quem expetit anima conditiones ſint. Sunt uero ut ex primo & tertio de anima libro colligimus, intimæ intellectiuæ animæ dotes immobilitas, impartibilitas, eſſentiæ unitas, & eæ eædem, ac longe eminentius conditiones ſunt finis, in quẽ omnes intellectiuæ poteſtatis operationes cõuertũtur, in ipſum ſcilicet omnium rerum conditorem, cui ut ex duodecimo diuinæ ſapientiæ, & octauo de auditu oſtenditur, Hyperbolice competit immobilitatis & impartibilitatis, unitatiſq̃ cõditio: quũ ergo immobilitati repugnet motus, impartibilitati magnitudo, unitati numerus multitudoue iuremerito, quando intellectui alterum horum oblatum fuerit, ſtatim intellectus ipſe ueluti a repugnante fugam arripiens quodammodo, Retrocedit & admiratur, unde mox prouocatus dubitare incipit animus ipſumq̃ repugnans propellere conatur ſcrutando & inquirendo, quouſq̃ rem ſibi conuenientem & finem pertingat, atq̃ motum in ſtatum, magnitudinemq̃ in incorporeum, ſeu impartibilem uirtutem, multitudinem deniq̃ in unũ omnium rerum principium, ducemq̃ abſoluat, quia igitur huiuſcemodi tria communia ſenſibilia intellectui repugnant, ideo tria hinc admirabilium genera emergunt, quapropter & tria dubitabilium, unde & tria communia ſcientiarum ſtatuuntur ſubiecta, quarum primam (eam ſcilicet quæ admiratur motum) ſcientiam uocitabimus de natura, quia principium motus natura eſt, quæ uero admiratur magnitudinẽ mathematicam ſeu exercitatiuam nuncupamus, quia ingenium exercet idoneumq̃ ad abſtractorum & diuinorum contemplationem reddit, Quæ deniq̃ admiratur multitudinem, quia naturæ metam tranſgreditur Methaphiſicam cognominamus. Te autem non prætereat, q̃ licet naturalis ſcientiæ admiretur motum ſeu ens mobile, nihilominus quia motus per ſe magnitudinẽ & multitudinẽ comitatur, nã ut in ſexto de auditu traditur, motus ex mobilis cõtinuitate magnitudineue, & exterminorẽ ſeu formarẽ multitudine & alietate reſultat, fieri nõ potuit, quin ſimul cũ motu magnitudinem multitudinemue admiretur, & tractet: quinimo phiſicorum primo traditur ſcientiæ principium eſt rerẽ multitudo, quẽadmodũ & mo-

tus

tus,unde qui unum dicit esse ens,& immobile,sciendi principia negat, & scientiã aufert,licet igitur naturalis multitudinem et magnitudinem consyderet,potior tamẽ eius admiratio & quęstio est de motu,seu de ente mobili,Sic & Mathematicas,quia magnitudinem per diuisionem multitudo sequitur,ideo per concomitantiam & minus principali intentione multitudinem,numerumue contemplatur,sed ipsam magnitudinem eo ꝙ magis repugnat cꝫ multitudo,magis admiratur & tractat,motum autẽ negligit, quia hunc in naturalibus cõsyderauit,eumcꝫ in statum reduxit,& licet Astrologus & Musicus motum respiciant,non tamen ut motus, sed motus & soni quantitatem,proportionemcꝫ examinat, Resume denicꝫ quum tria sint in entibus intellectui repugnantia genera,uidelicet multitudo,magnitudo,motus,tria .s.potiora sensibilia cõmunia (nam figura quę quartũ est sensibile,commune terminus est magnitudinis,et quies quintum sensibile cõmune priuatio est motus) quamobrem tria admirabiliũ, tria dubitabilium,tria subiectorum,tria denicꝫ scientiarum genera esse concludimus,quarum una nobiscꝫ prima admiratur ens mobile, Alia & nobis secunda ens extensum, Tertia ens multiplex,semper enim primus,si aduertis,philosophus diuidendo progreditur, quod ubicꝫ prẽsertim in quinto methaphisicæ uolumine uidere licet. Nec ullus harum trium scientiarum indagator scrutandi pedem sistit,quousqꝫ omnem in rebus repugnantiam abstulerit,et sibi conuenientia atcꝫ symbolica applicuerit,naturalis namcꝫ ut in phisico auditu ostenditur,a motus scrutinio non cessat, quousqꝫ statum mouensqꝫ non mobile attingat,Nec Mathematicus omniũ mũdi corporum magnitudinem metiri desinit,quousqꝫ indiuisibilem inextensamue naturam applicet,& diuinus suum examen a uasta entium multitudine in principis uti magno in exercitu ducis unitatem perducit.

QVORVNDAM CONTRA PRAEDICTA ARgumentorum solutio,Cap.vij.

SEd hic statim insurget neotericus glossator, obtrectans & clamitans, me nouum, & inauditum,quod nec Aristotel.necꝫ fidus eius interpres Auerrois probãt,dogma effingere,uel maxime circa diuinæ sapientiæ subiectum, quod Aristoteles ens in quantum ens, & Auerrois abstractorũ genus asseruit,Ens autem multiplex nemo uncꝫ alicuius scientiæ subiectũ esse præsumpsit,Huic respõdeo,ens in quantum ens, id est, ens non contractum,sed sub uniuersaliori conceptu sumptum,non satis esse ad constitutionem subiecti,eo ꝙ sub hac ratione nihil in eo dubitabile cernitur,quũ nil notius sit ente,ut ens,quod autem omnibus notius est,de eo secundum huiusmodi nihil quęritur,quapropter nec scientiæ subiectum statuere potest:quando igitur Aristoteles Methaph.iiij.sextocꝫ docet scientiam Methaph. speculari ens in quantum ens subaudit secundum, quod in eo est

aliquid admirabile, ex quo (ipſo Ariſtotele teſte) ſolum propter admirari contingat philoſophari, tale autem admirabile eſſe non poteſt magnitudo aut motus, quandoquidem hęc non competunt uniuerſo ambitui entis, abſtractis ſiquidem nec magnitudo ineſt, nec motus relinquitur, ergo tertium ſcilicet multitudo, quę omnibus entibus ſecundum ꝙ entia ſunt ineſt in ſenſatis, quippe eſt multitudo in eſſentia, quia ex pluribus eſſentijs uidelicet ex materia, forma, accidentibuſq; conſtant, in abſtractis autem eſt multitudo poteſtatum, rationum, exemplariumq; paradigmatum, unum namq; & multum, ut Ariſtoteles docuit, conuertibilis paſſio eſt entis, & unumquodq; entium unum eſt, & multum, non ſolum diuiſiue, ut plures arbitrantur, ſed coniunctim, & in quantum aliquid eſt multiplex, in tantum eſt admirabile, & quatenus unum, eatenus nihil admirationis parit, ſic itaq; ens in quantum ens non aliunde ſubiectum ſcibile fit, niſi ob uaſtam entium multitudinem, cuius cauſas non deſinit indagare intellectus, quouſq; ſummam dei unitatem pertingat, in eamq; transferat atq; reducat uniuerſa. Ariſtotel. autem reticuit & non adiecit enti in quantum ens multiplex, quia hoc ut euidens audiri uoluit, cuiuſq; enim ſcientiæ principium eſt rerū multitudo, quemadmodum peculiare naturalis ſcientiæ principium, eſt motus principium, dico non ſolum ut efficiens, ſed uti ſubiectum & materia, ſi enim tantum unum eſſet ens, nulla eſſet admiratio in rebus; nec dubitabile ſubiectum, quia nihil repugnans, nec eſſet diffinitio, quia nulla rerum differentia, nec demonſtratio quia nulla rerum paſſio, Quum igitur quęuis rerum ſcientia preſupponat multitudinem, ideo & Methaphiſ. ſubiectum multitudinem ſubintelligere neceſſe eſt, nam quemadmodum omnes aliæ ſcientiæ tractant de ente non in quantum ens, ſed ut tale ens, ſic omnes admirantur multitudinem non ut entis, ſed ut mobilis, aut continui, Methaphiſica autem econuerſo tractat quidem de ente, non ut tale, ſed ſecundum ꝙ ens, admiraturq; multitudinem, non ut mobilis aut continui, ſed ut entis, ſecundum ꝙ ens. Falſum autem eſt dicere Methaphiſ. ſubiectum quo ſcientiæ capitur unitas, eſſe ſubſtantias abſtractas, quia nō eſſet ſcientia communis, communitate analogica ſubiecti, quam (ut Ariſtotel. docuit Methaph. iiij.) habere oportet philoſophiam primam, eo ꝙ genus abſtractorum non ſubalternat omnes alias ſcientias, nec illis dat ſcientiæ principia, alioquin dari oporteret quartum ſcientiarum genus conſyderans de ente, ut ens, ſcientiarum ſiquidem genera, ſecantur ut genera rerum. Nec tamen propter hoc Auerrois ſententiam falli dixerim, aſſerentem, ſubſtantias abſtractas eſſe Methaphiſi. ſubiectum, quia aliter loquitur Auerrois ipſe de ſubiecto, aliter nos, nos enim una cum Ariſtotele de ſubiecto quo capitur diſtinctio & unitas ſcientiæ intendimus, q̄d Ariſtoteles clara uerborum ſerie inſinuat, inquit enim iiij. methaph. ſecūdo non ſolum eorum quę ſecundum unam rationem dicuntur, eſt unius ſcientiæ ſpeculari, ſed etiam dictorum ſecundū diuerſas habitudines ad unā naturam

turam, ſicut ſalubrium omnium una eſt ſcientia, Hæc Ariſtoteles. Vbi apparet eum de ſubiecto, quo unitatem habet ſcientia intendere, & tale eſt ens in quantum ens, quod omnibus, ut ſalubre his quæ ad ſanitatem attinet, analogice ineſt. Auerrois autem non de adæquato, quo fit ſcientiæ diſtinctio & unitas, ſed de partiali principaliori tamen ſubiecto loquitur, cui etiam & Ariſtoteles quandoq; innuit, ut illud paulo inferius inquiens, Vbiq; propria & principaliter primi eſt ſcientia, ex quo pendent, & propter quod dicuntur: quapropter idem Ariſtoteles in xij. de ſubſtantia Methaphiſ. theoriam eſſe cenſuit, ſcilicet tanquam de principali parte ſubiectiua, Vt uero hoc ſubiectorum diſcrimen, quod iuniorum ingenia titubare & exorbitanter euagari facit, exactius intelligas, ſciendum quãdo ſunt aliqua plura immediate conſtituentia totum, tunc totum ipſum denominatiõem ſortitur a parte nobiliori. Sunt autem partes conſtituentes totum, bipartitæ: aut eſſentiales, ut anima et organicum corpus, quorum quelibet pars per ſe quædam eſſentia eſt: aut partes integrales, ut animæ potentię, quarum nulla per ſe eſſentia eſt. Quemadmodum igitur totum eſſentiale, ſcilicet animal denominatur ab eſſentia potiori, ſcilicet anima, ſic et ipſum totum integrale appellationem ſumit a parte integrali potiori, puta anima ſenſitiua dicitur, non quin aliæ inſint animæ potentiæ, ut nutritiua, uegetatiua, progreſſiua, appetiua, & id genus, ſed quia potior uirtus eſt ipſa ſenſitiua: ideo tota animæ eſſentia denominationem ſibi ſumit a uirtute ſenſitiua. Quemadmodum totum compoſitum ex materia & forma, tanquam ex partibus eſſentialibus denominatur a forma, non a materia: ſic utiq; & ſcientia, quia (ut antea tetigimus) relatiue dicitur ad ſcibile ſubiectum, uti ad terminum & formam: ideo unitas & diſtinctio ſcientiæ capitur a ſubiecto tanq; a parte eſſentiali nobiliori, ſed cum idipſum ſubiectũ rurſus ex partibus integralibus conſtet, quarum una præſtantior eſt altera: totum autem a nobiliori appellationem ſumat, ideo ſcientiæ methaphiſicen quandoq; eſſe dicitur de abſtractis, uel de ſubſtantia tanq; de potiori parte integrali, tota autem ſcientia denominatur a toto ſubiecto, Et tu hęc tecum reuolue.

EPILOGO DICTA RESVMIT, ET PER aliud aliudq; ſenſibile commune Ariſtotelem, Platonem & Pythagoram, ſuum quiſq; dogma cõſtruere oſtendit. Cap. viij.

EX omnibus demum collige tria, quæ intellectiuæ naturæ repugnant: unde & tria admirabilium, tria dubitabilium, tria ſubiectorum, tria deniq; ſcientiarum dari genera, iuxta trium ſenſibilium communium numerum, ſcilicet multitudinem, quam in ente ut ens, admiratur & tractat metaphiſica ſapientia: magnitudinem, quam in ente extenſo admiratur & conſiderat mathematicæ diſciplinæ indagator: motu, quem in ente mobili admiratur naturalis ſcientiæ inquiſitor, Quæ utique omnia tametſi uarijs in locis Ariſtoteles docuerit, plura tamen horum perbreui hac quarto Methaphiſicæ clauſula perſtrinxit: Omnis (inquit Ariſto.)

unius generis,ſcilicet entis,unus ſenſus &una ſcientia eſt: Ac iuxta eiuſcemodi trium admirabilium, communiumue ſenſibilium uarietatem proportioniſq; ſimilitudinem uario tramite proceſſerunt Ariſtoteles, Plato, atq; Pythagoras. Ariſtoteles enim, licet nullum horum trium neglexerit, peculiari tamen modo progreditur uia motus,Plato per mathematica uia magnitudinis, Pythagoras autem per numerum & uia multitudinis proficiſcitur:omnes tamen in eundem uergunt finem,omnia ſiquidem omnibus ſuo modo inſunt, & in abſtractis ſenſata, & in ſenſatis ſuperna, & in ſingulis denicq; horum generum relucet ipſius conditoris paradigma, diuinarumq; rationum imago. Hactenus de tribus ſubiectorum generibus, quibus ſcientiarum unitas,& diſtinctio ſumitur, nunc uero de eorundem partiumq; ordine aliquid dicendum.

DE TRIVM SCIENTIARVM AD inuicem ordine. Caput ix.

HOrum uero ordinem perfacile ex prehabitis documentis perpendere licet: quum enim ex admiratione dubitationeq; ſubiectum ſcientiæ reſultet,neceſſe eſt,ut id qđ prius ſe offert admirabile,illud utiq; prius & dubitabile,& prius alicuius ſcientiæ ſubiectū: At prius admirabile ſeſe offert,id quod fortius repugnat: potentior enim uirtus citius & prius operatur q̄ imbecillior: unde in prohœmio de auditu Ariſtoteles id quod magis notum uocitat,paulo inferius prius notum appellat. Fortius autem repugnat intellectiuę naturæ motus q̄ magnitudo,& magnitudo q̄ multitudo: ergo prius admirabile eſt ens mobile,q̄ ens extenſum,et hoc prius q̄ multiplex: quapropter & ſcientia cuius ſubiectum eſt ens mobile prior erit nobis,q̄ ſcientia cuius ſubiectum eſt ens extenſum: & hæc ipſa prior eſt ſcientia diuina,cuius ſubiectum eſt ens multiplex. Quod autem fortius repugnet,motus duplici ratione conſpicitur,tum quia motum priuatio & corruptio quædam ſequitur,tum quia in ſe implicat alia duo repugnantia genera,quorum neutrum implicat motum:omne enim mobile,extenſum eſt & multiplex,non autem omne extenſum & multiplex mobile, ſeparatorum enim multitudo eſt,motus uero minime: ſic & mathematico enti atq; ſubiecto (ut uocant) formali multitudo quidem et magnitudo ineſt, motus autem minime. Cum igitur ſolum ens mobile trinum in ſe repugnàntiæ genus contineat, conſequens eſt idipſum magis priuſq; nobis eſſe admirabile,quapropter et prior erit nobis naturalis ſcientia q̄ diuina. Eadem lege naturalem ſciētiam ordine ſuccedit mathematica doctrina, quia magis repugnat extenſum q̄ multiplex,eo q̄ extenſum duo repugnantiū genera complectitur,extenſionem ſcilicet & multitudinem,eo q̄ omne extenſum continuumue diuiſibile, inde & multiplex eſſe oportet, non autem omne multum eſt continuum. Tertium denicq; in ordine nobis eſt ens multiplex,quod ſolum unum repugnantium genus retinuit, ſcilicet multitudinem, quam (ut præmemorauimus) xij. Methaphiſicę Ariſtotel.

in unum

in unū reducit principem, a quo pendent, fluuntq́, & refluunt uniuerſa.

DE ORDINE PARTIVM IN EADEM ſcientia adinuicem. Caput x.

PArtium uero cuiuslibet ſcientiæ adinuicem ordo hoc quoq́ pacto indagari poterit. Illa eiuſdem ſcientię pars nobis prior eſt, altera in cognoſcendo quę prior eſt naturę in operando, talis eſt ipſa quę cōmunior, dico in operando, quia duplex eſt prioritas apud naturā, una ſimpliciter uidelicet in cognoſcendo, alia nō ſimpliciter, ſed in operādo: finis enim ſimpliciter & in cognoſcēdo prius eſt his, quæ ordinantur ad finem, operādo uero & exequendo econuerſo, prius eſt id quod ad finem, finis uero ultimū, prę dictę aūt concluſionis ueritas, ſuum quoq́ ex præhabitis ſuſcipit firmamēntum: nam quēadmodū illa ſcientia prior eſt, cuius ſubiectū ſe prius admirabile offert, ſic eiuſdē ſcientiæ pars una prior eſt altera, cuius partiale illius ſcientię ſubiectum prius dubitabile deprehenditur: prius aūt deprehendit̄ id, qd̄ prius operatrix natura producit: nam ſicut res ſe habet ut cōſequēter (ſcz in eſſe) Sic inquit Ariſtot. & eius in anima, motus, cuius ratio eſt, qd̄ unūquodq́ agit ſicut aptū natū eſt agere, & ſecundū modū ſuæ naturæ, modus aūt naturæ, eſt prius eſſe indiſtinctū cū diſtinctū, & in potentia cū in actu, eo q́ ab extremo ad extremū tranſitus fieri nequit, niſi per medium: mediū aūt inter ſimpliciter nō ens, et ens perfectū, eſt ens confuſum & potentiale: quū igitur res obiecta intellectui moueat intellectū tanq́ agens naturale, & modo naturæ: Prius itaq́ producit, qd̄ ſe habet uti potentia et cōfuſum, poſterius uero id quod in actu, quia ergo cōmune relatū ad minus cōmune indiſtinctū & potentiale eſt, conſequēs erit, partē cōmuniorē priorem eſſe, & naturæ in operādo et nobis in cognoſcēdo, cū minus cōmunis, Sic utiq́ pars cōmunior, quia prius eſt cognita, ideo eā prius ꝓſequitur ratio inquirendo, quapropter & prior eſt in ſcientia. Prius utpote cognoſcitur a nobis aliquid ut mobile ſimpliciter, cū ut mobile loco, et idē prius eſt naturæ in producendo, eo q́ om̄e mobile loco, eſt mobile ſimpliciter, nō aūt omne ſimpliciter mobile, eſt mobile loco, ideo de ente ſimpliciter mobili, in eo de auditu libro inquirimus, deinde prius offertur res ut mobilis loco, cū mobilis generatione & alteratione, quę eadē prior natura, Omne enim generabile et alterabile eſt mobile locō, non aūt omne mobile loco alterabile eſt, nedū generabile, de quo ſcz mobili loco in eo de cœlo & mundo tractamus, ſic mobile motu generatiōis & alteratiōis, prius eſt nobis in cognoſcēdo, & naturæ in operando, cū mobile motu mixtiōis: omne em̄ mixtū alterabile eſt & generabile, nō aūt omne alterabile generabileq́ eſt mixtū, de quo Peregeneos liber ſcrutatur, & hac deniq́ lege ſingula naturalis ſcientię in ordinē redigere poteris, et quia id locupletiori ſermone in eo de nouē doctrinarū ordinibus explicui, modo hic latius euagari ſuperuacaneū fore duxi: qui em̄ hunc tractatū illi compēdio iunxerit, & ſedulo reuoluerit, nullo quidē negocio atq́ labore rectā horū intelligentiā penetrabit ſuperno ueritatis ſpiritu duce, cui laus, gloria & honor.

Finis huius Tractatus.

IN VIRVLENTAM IMMANISSIMAMQVE TVRCARVM RABIEM, AD PRINCIPES, MAGISTRATVS, POPVLOSQ; GERMANIÆ, PAVLI RICII DOCTA NIMIRVM & FERVIDA CONCIO.

THEMA.

Ezechiel. 33. Venientem gladium speculator cum viderit, & populo non annunciauerit, sanguinem illorum qui peribunt, de manu speculatoris requiram.

MAGNA QVIDEM, ET INCONSULTA existimari poterit hæc mea hodierna fiducia, atq; præsumptio, qua ea, quę longe antehac temporis tractu nulla quidem maximorũ pontificum sacra auctoritas, nulla præpotentũ imperatorum, regum, & principum ampla potestas, neq; consultissimorum oratorum solertia, & consumata dicendi facultas consequi, & peragere ualuit: Iam egoipse imbecillis, rudisque doctrinæ & eloquentię homo, aggredi & tentare audeam. Verum hac nostra tempestate ad tantum discriminis, ad tantum (proh dolor) calamitatis & turbulentiæ deuentum est, ut nulla iam Pontificum, Imperatorum, Regum & Principum authoritate pręeunte, nulla suadente oratorum facundia, res ipsa usq; adeo admoneat, urgeat, atq; impellat, ꝙ nisi summus ille cœlorum Pontifex orbis Imperator, & omnium sęculorum Rex & cõditor Deus, qui pro mortalium salute, ne unigeniti quidem filij sui sanguini pepercit, nisi inquam celeri clementia, & misericordia teterrimam gregis sui sortem inspexerit, mox nil aliud cũ fidei, & religionis casus, & ruina, horrendumq; Romani Imperij excidium uastitas & desolatio expectanda sit.

Ecce speculator religiosissimus Princeps & Rex Ferdinandus, uenientem, uenientem properantemq; immanissimi & furentis Tyranni gladiũ uobis sacri Imperij proceribus, uobis consultissimis magistratibus, uobis Germaniæ populis omnibus annunciat, ne æternus ille Iudex, ultor, uindexq; iustus innocentium Christianorum sanguinem, quem aliorum tarditate & socordia effundi contingeret, de innocentissima eius manu requirat, Horret quippe animus, mens stupet, & cor ipsum trepidat & contremiscit mecum cogitando, nedum uiua orationis uoce exprimendo, miserũ & formidabile excidium, dirumq; naufragium, quod Christianorum dissidio & torpore protinus imminere uideo. En fides iam confunditur, labitur religio, corrumpuntur mores, nullus nec principum nec populorũ mutuus amor, nullus respectus honesti uiget dominandi libido, uiget habendi cupiditas,

cupiditas,uigent ſollicitudō & ſtudia uentris,fraudes,rapinę,incendia,arma: Sæuit interea,ſęuit furitq; truculentiſſimus ille Turcarum tyrannus, uniuerſi turbator & proditor orbis ac ſitientiſſimus Chriſtiani ſanguinis inſidiator & hoſtis,qui igne & ferro cūcta deuaſtat,regna ſubuertit,fidem obruit,eius deniq; furore & rabie iam uniuerſa fere Iſtri Danubiq; ora & tota pene Illyrica tellus innocentium heu Chriſtianorum iuuenum, ſenumq;,matrum et infantium ſanguine & cruore madet,optimatū coniuges proſtituit,uirgines cōtaminat,captiuat,uendit,cruciat,& ſordidę ſeruitutis iugo ſubiicit: Quod ſi immaniſſimi huius Tyranni ſæuitiam & rabiem in Chriſtianam pietatem a primordio quis reputet cogitetq; miſerum & importabile iugum, quod ſpurciſſimum iſtud Barbarorū genus, ceruicibus Chriſtianorum impoſuit,Neminem tam inhumanum,tam rigidum Chriſtiani nominis cultorem exiſtimo,qui non in gemitum,in męrorem & lachrymarum fontem prorumpat: Si enim magni & pij Conſtantini tempora inſpicias,eiuſq; memorāda geſta attendas,perplane quidem intelliges,quod ſacra ueritatis fides & religio,per uniuerſam tunc Aſiæ,Africæ & Europæ plagam ueluti limpidiſſimus ſolis radius effulſerit, nulla erat gens, nulla cogniti orbis natio, quæ Chriſtianorum non pareret imperio,quæ non militaret ſub uexillo crucis,& genu flecteret in ſublimi & inſcrutabili nomine Iheſu, pax alta & ſecura erat quies omni Chriſtiani nominis genti,gens ſancta,gens electa,& populus acquiſitionis, donec tentator malorum Sathanas horrendum illud Arabiæ monſtrum aſpidem & draconem Mahumetum excitauerat, qui diabolico inſtinctu, ementita fide, & ficta ſanctitate,Chriſtianis animis inſidiari cœpit, & uepribus acerrimeq; pungentibus ſpinis ſemitam & iter Chriſti uiatoribus intercipere conatus eſt,& anguſtam æternæ ſalutis portam obſtruendo, lata uia omnium turpitudinum & ſcelerum plena incedere compulit,ac ſub exitialis & pernitioſæ libertatis ſpecie totius ferme Aſiæ & Aphricæ, rudem quidem & barbaram gentem ad ſui interitum & perditionem allexit. Solet enim ſtolidum & ignobile uulgus alioquin ad uentrem & pecudum uitam pronum,longe facilius ad illorum trahi obſequium,qui concupiſcentiæ & libidinis frena relaxant,cq̄ illorum obtemperare monitis, qui ad religionem.ad morum uitæq; mundiciem intendunt,quemadmodum & nos ærumnoſo hoc ſæculo non mediocri Germanorum dedecore, & animarum & corporum iactura longe lateq; experimur. Quippe puerorum inſtar, qui promptius lætiuſq; obediunt cuiq; inerti petulanti homini, qui xeniola poma & crepitacula donat,effrenemq; euagandi & curſitandi licentiam ad eorum miſeriam & ruinam concedit,cq̄ ut probo & erudito pareant pædagogo,qui uirgæ & ferulæ minis puerilem inquietudinē & inſaniā coercere,eamq; ad uirtutē capeſſendā, ad uitę incolumitatē & glorię incrementū inſtituere nititur.Redeamus nūc unde digreſſa eſt oratio. His igit impij Mahumetis fallacijs, his fraudibus & præſtigijs

pedetentim

pedetentim hoc malum irrepſit, et tantum uirium ſibi undiq; deſumpſit et undo, ut iam ortum & occàſum ſolis occupet utrumq; cubile, nulla fere ſit cœli plaga, nulla ſublunaris machinæ regio, quę funeſta hac lue infecta, & fœdo Mahumetorum ritu contaminata non appareat. Quocunq; uertimus oculos, quocunq; cogitatione percurrimus, ubiq; de Mahumetana colluuie hoſtes, perſecutores, & fidei coinquinatores nos circundant, ſicq; in anguſtũ coartati ſumus, ut ex tanto ſpacioſiſſimi olim Chriſtiani orbis ambitu, nec unus quidem Europæ ſuperſit angulus, in quo ab hoſtium incurſionibus & Chriſtiani nominis deſolatoribus tuto degere nobis liceat. Si uero ſingulas per ſeriem cędes & clades ab initio Chriſtianæ calamitatis recenſere, & ea omnia quę noſtra ignauia & ignominia ad hunc uſq; diem amiſimus, enumerare uelim, tranſiret utiq; dies, prędeiret & nox, nec finem noſtra haberet oratio. Tranſeat ergo omnis Aſia, omnis Affrica, taceamus ueterem ignominiam, recentiora quoq;, Conſtantinopolis olim Chriſtiani orbis oculi, Trapeſuntij, Eubœæ, & Illyridis horrenda excidia prætereamus, lamentemur & defleamus ea, quę pauloante acta uidimus, & præſentibus annis noſtros ante oculos uerſantur. Vidimus nondũ ſex circumuoluti ſunt anni Rhodiorum inſignem Europæ inſulam, & Tyrrheni æquoris, totiuſq; Italiæ, interioriſq; Hiſpaniæ, & Galliæ littoris præſidium & columen, ingenti Chriſtianorum turpitudine & clade expugnatam, captam, et in miſeram Barbarorum ſeruitutem redactam. Paulopoſt Belgradum, quam Grecanicam albam uocant, unicum regni Pannonum & Germanorum Imperij antemurale & propugnaculum noſtro diſſidio atq; ſocordia cruenta expugnatione ſuperatam, perditam, & in Turcarum coloniam ſubactam uidimus. Sileo tot interea per Illyriam, Cariniolam, Pannoniamq; incurſiones, incendia, capturas, cędes, & tot milium animarum exterminia, miſerabile horrendumq; auditu: uidimus nouiſſime inclyti, & toto terrarum orbe celebrandi, Vngariæ regni, quod uniuerſæ Chriſtianæ militiæ ſcutum eſt & munimentum, lugubrem & lachrymabilem ruinam & deſolationem, qua immanis ille Chriſtiani nominis hoſtis, tanta atrocitate, tanto furore & rabie debachatus eſt in Chriſtianorum ſanguinem, ut id abſq; acerrimo cordis cruciatu, abſq; mœrore & gemitu, nec per me quidem narrari, nec a uobis audiri poſſe exiſtimem, ubi præpotentem, innocentiſſimumq; Lodouicum regem, pie & ſtrennue pro Chriſti cruce militantem, in primo floridæ iuuentutis limine teterrimo conflictu & pugna proſtratum ſublatumq;, & uno temporis momento (o perfida, o impia, & crudelia fata) uno, inquam, temporis momento & uita & regno exutum uidimus, & numeroſo & inſtructiſſimo eius exercitu profligato, & ad internitionem quaſi fuſo & deleto, & quot ibi orthodoxi pijq; antiſtites, quot ſtrennui et nobili ſtemmate trucidati ſunt duces, quorum alius haſta transfixus, et per caſtra delatus, alius palo traiectus, alius iugulatus, alius medio ſectus, alius patibulo affixus, alius aquarum gurgite abſorptus, alius flãmis conſumptus, alius uiuus defoſſus, alij alijs horren-

alijs horrendis & inauditis nouæ mortis ſupplicijs affecti, nondum tamẽ impius ille tot occiſorũ ſanguine ſaciatus, mox impetit furitq; paſſim per campos, per rura, oppida, urbes, ubiq; incendia, uulnera, tormenta, cædes, nulla perfidus ille promiſſa, nulla concordiæ fœdera ſeruat, & contra naturæ leges, contra humanæ pietatis iura, infantes, infantes de maternis raptos uberibus & ulnis iugulat, in cunis transfodit, uel ad parietem fracta ceruice conquaſſat, matrem ſtrangulat, ſenem parentem de tecto præcipitat, iuuenẽ medio ſecat, uel diris horrendiſq; tormẽtis diſcruciat, & ſi quos carcere, aut uinculis tenet uel cõcathenatos per rapidos torrentes trãſducit, aut illaqueato collo per impetuoſa flumina trajcit, non ad humanum, aut honeſtatis uſum, ſed ad ſupplicia, uel ſordidam, aut omni morte amariorem ſeruitutem reſeruat. Talia adeo truculenta, ſic impia & nefanda facinora, nunqd auris humana, nedũ Chriſtiana aut mortalis ſenſus abſq; mœrore & ſuſpirijs, abſq; gemitu & eiulatu audire uel cogitare poſſet? Nulla ſiquidem gens tam fera, tam rigidia, nulla ſic inculta & barbara natio, quin pro patriæ ſalute, pro gentis ſuę ſecuritate & pace, opes, corpora, uires, animumq; profundat, quinimo & ſtolida ac uiliſſima animantia, grues, formicæ, apes, & id genus, pro uita & incolumitate gregis ſui tuenda, perpetuis duriſq; laboribus inſudant, & ſua cuiuſq; munia ſedulo proſequuntur, & curant, confligunt, pugnant, & pulchrã (ut Maro loquit) petunt per uulnera mortem. At prudens & diuinum animal ſanctũ Chriſtianorum genus, tot prophetarum oraculis prænunciatum, Chriſti cruce conditum, Apoſtolorum prædicatione ſolidatum, martyrum ſanguine roboratum, ſanctorum legibus & doctrinis excultum, diuorum Imperatorum, Regũ, & Principum religione, armiſq; tutatum, modo ad ſui deſolationem, ad miſerabile ſui excidium & cladem prohpudor, ita ſocors, ita ſomnolentum, ſtupidum & inſenſatũ iaceat. Nam adamas omni metallo & ſaxo durior, ſolo hirci ſanguine emolitur & eliqueſcit, At Chriſtianę pietatis hominũ ſic aſpera, ſic rigida ſint præcordia, tam dura ſint pectora, ut tanta & nunq; ſatis deploranda innocentium, Chriſtianorum cede, ſanguine, & cruore atteri, molleſcere, aut ulla in parte flecti nequeat, O miſeram, o miſeram, miſeramq; ſponſam, talibus cõmiſſam paranymphis, qui eius aduerſus calumniatores tutelam, non modo negligunt & floccipendunt, ſed eam inſuper nonnulli fucato ſuo dogmate, fallacibus prauiſq; doctrinis prophanare, & effrena (quam Chriſtianam uocant) libertate atq; libidine diſſipare & ſubuertere, nullo unq; tẽporis momento deſiſtunt. Vbi ubinam priſca illa Germanorum gloria, & omnibus ſeculis formidabilis fortitudo, & ſpectata uirtus? qua Germanorum duriſſimas bello gentes, nec a Romanis quidem orbis terrarum dominis, licet non ſemel crudeli animo petitas, nuſq; tamen uictas & ſubactas legimus. Vbi ubinam prior illa Germanorum uictus modeſtia, & ipſa pacis & concordiæ altrix, diſſidij & ſimultatum expultrix, frugalitatis & parſimoniæ uirtus? qua Germani præ cæteris mortalibus, ſi præſtanda eſt hiſtoriæ fides, auri & argenti maximarum peſtiũ fuere ſpretores, qua & omnem ueſtimentorũ ſpernebant cultum, & amictuum protinus abijciebant blandimentum, qua &

uini contemnebant ac ignorabant uſum, nec aliunde id importari permit
tẽtes, quod eius intemperie, & luxu mentem hebetari, & ad labores homi-
nes molleſcere & effęminari arbitrabantur. Vbi ubi deniq; prior ille Ger
manorum fidei feruor? & pertinax religionis cuſtodia & obſeruantia,
cuius merito eximium Imperij decus, quod primo ab Aſſyrijs, Perſis, Ma-
cedonibus, ad Romanos peruenit? ultimo loco ad Germanos cõmigrauit,
uti ad eos, qui præ cæteris nationibus digni habiti ſint, quibus Chriſti ue-
xillum, eiuſq; reipublicæ cuſtodia & gubernacula cõmitterentur. Nun-
quid tanta & omni æuo memorabilis extincta eſt Germanorum gloria?
tantus roboris & fortitudinis ſplendor euanuit, ut nulla ſit reliqua reſipi-
ſcendi facultas, nulla expectatio priſtini decoris, laudiſq; recuperandæ, lõ-
ge & procul auertant id ſuperi, quinimmo, ſi ulla unq; futura eſt ſpes labẽ
tem Chriſtianorum orbem reſtaurandi, ſi ulla datur fiducia orthodoxam
pietatem in priſtinam eius ſpeciem, ſuumq; uigorem reſtituendi hanc, uel
maxime quidem in Germanorum præſidio, uirtute, & ope ſitam exiſti-
mo, cum innata ſint Germanorum proſapiæ, fidei, religionis, & militaris
diſciplinæ ſemina, quę tametſi modo non coaluerint obſtantibus diſſidio,
pompæ libidine, & intemperie uictus, quę preclaram hanc ſementem ob-
nubilant, ſuffocant, & corrumpunt, facile tamen in priſtinum uigorem,
floremq; reſurget, ſi hęc tria omnium quidem malorum radicẽ & fomen-
tum abſtuleris, Diſſidium namq; liuor, & ſimultas, quantum incõmodi,
quantum damni & ruinæ humanæ ſocietati afferat, concordia uero & a-
mor quantum incolumitatis & uitę dulcedinis pariat, operęprecium mini
me fore exiſtimo longa uerborum & orationis ſerie oſtendere, cum id pa-
lam, clariuſq; res ipſa demonſtret, naturæ quoq; & rerum ordo, immo &
ipſa iumentorum conditio doceat, et ſacra autoritas multis quidem modis
admoneat, Concordiam enim & unanimitatem tanti faciat diuina autho
ritas, ut eam religionis, etiam obſeruantiæ & altaris ſacrificio anteponen-
dam ſtatuerit, Si offers inquit, munus tuum ad altare, & ibi recordatus fue
ris, quod frater tuus habet aliquid aduerſum te, relinque munus tuum ante
altare, & uade prius recõciliari fratri tuo. Ediuerſo, diſcordiã & odia uſq;
adeo abhorret diuina ſollicitudo, ut & ipſum nefandum idolorum cultũ
diſſenſionis ac diſſidij crimini poſtponendum docuerit, Participes inquit
Oſeę v. & x. idolorũ Effraim dimitte eum, diuiſum eſt cor eorum, nũc interibunt, Om-
ne enim regnum (inquit ueritas) in ſe diuiſum deſolabitur: Et omnis ciui
tas, uel domus diuiſa contra ſe, non ſtabit. Docuit idipſum claro experimẽ
to prudens uir Sertorius, duos enim equos in medium produxit, unum ſo-
lidum robore & floridum annis, alterum uero languidum tabe & annis
confectum: exinde languidi & ſqualidi equi caudam iuueni & uiribus po
tenti homini euellendam tradidit: floridi autem & robuſti equi caudam,
imbecilli & ſeni homuntioni eruncandum commiſit, Tum uir iuuenis, ſuo
robori innixus, & tabidi equi imbecillitate inſpecta, caudam uno & perpe-
tuo tractu, totam ſimul extirpare incaute ac temere, & fruſtra deniq; pre-
ſumpſit. Senex uero homuntio perſpicatius rem conſyderans, ipſius flori-
di & robuſti equi caudam in exiles portiunculas diuiſit & ſparſit, quas mi

nutatim & tractuum frequentia extraxit,ita ut breui temporis ſpatio uni uerſam robuſti equi caudam,tabidus ille ſenex nulla moleſtia, nullo q̃ labore penitus euulſerit,Quo ſapiens uir ille admonuit,quocunq̃ exiguum & tenue robur,ſi concors,ſi iunctum fuerit,non facile etiam a ſolidiori amplioriq̃ potentia uinci aut ſuperari poſſe:ediuerſo, quod ualida et per ampla poteſtas ſi diſiuncta & ſparſa fuerit,a quauis exili et imbecilli manu opprimi,ſubiugari,& extingui poſſit.Docet idipſum ſagax iumentorum inſtinctus,quod ſtrennuus ille dux Dacum Cocio in Principum illius gentis conſeſſu,prudenti quidem facto oſtẽdit,duos enim ferociſſimos canes cõgredi & inuicem ſeuire permiſit,quos ubi acriori certamine,& rabie ferociore cognouerat,lupum clam ſuperimmitti iuſſit,quem canes cum uidiſſent,eueſtigio omni eorum lite dirempta,concordi fœdere in lupum profligandum conuerſi ſunt.Si igitur bruta ſtolidaq̃ iumenta priuatum certamen & odium,ut in communem hoſtem inſurgant,deponere non dubitant, Tu qui rationis compos es homo,qui Chriſtianæ pietatis cultor, qui rerum publicarũ moderator,quid debeas,quid ad te ſpectet, cogita et cõſydera.Docet idipſum naturæ & rerum ordo,quod uniuerſa quæ natura ipſa effingit atq̃ producit,ſola concordia gignit ac genita conſeruat,quod quamuis in omnibus & ſingulis quæ naturæ opere conſtant, plane appareat,euidentius tamen hoc in noſtra humana compagine uidere & experiri licet:ubi ſi concordiam & mutuam membrorũ opem abſtuleris,mox in tabem & corruptionem tota corporis tui moles redigatur neceſſe erit. Noſti haud dubie Sapientis Apologum,quem & nunc ſedulo rogo attendas,Pedes & manus conqueſti de uiſcerum tranquillitate & ocio uentris, ſuoſq̃ perpetuos motus & agitationes lamentantes,ineunt demum conſilium quo decernunt,nil exinde operis & miniſterij ſui impartire uiſceribus & uentri,uenter autem & uiſcera inanita,a pedibus manibuſq̃ ſolitũ ſibi ſubminiſtrari petunt alimentum,illi ſtolida pertinatia negant, longa tandem inædia & defectu reſtaurantis iam innatus calor hebetatur ,& uis naturæ labitur,ipſæ quoq̃ manus & pedes titubantes, & iam naturæ caſum præſentientes,anxie ſollicitant, & omnem operam dare,opemq̃ preſtare feſtinant.At ſero nimium iam proſtrata eſt eorum mouendi & agitandi uirtus, deeſt et uentri cibũ cõcoquẽdi facultas,Euenit deniq̃ ex pertinaci illo membrorum diſſidio,ut paulopoſt ſqualeant omnes corporis artus,extinguatur calor,ſpiritus euolet,& uniuerſa demum compago in putridũ cadauer conuerſa ſit,Apologus noſtri temporis calamitatem perplane,ſi aduertes,deſignat,ubi pedes & manus ruris.ſ.coloni,opifices, & plebei,aduerſus Reipub. uiſcera & moderatores,nephanda temeritate inſoleſcunt,rudes enim Agricolę, & plebei Principum & magiſtratuũ munia & gubernacula ambiunt,Macellarij & Piſtores , ſacerdotij miniſteria & opa ſibi preſumunt,Sutores & cerdones,legũ & ſacrorũ canonũ interpretes iactitant,Mulierculę, o inſania, o furor,mulierculæ de myſterijs & reconditis fidei ſacramentis philoſophari & cenſere nõ dubitãt. Caue inquã caue,iterũ dico caue,& cęli auertant omen,ne & tu,niſi maturius , ociuſq̃ reſipiſcas, et animum a contentione et liuore temperes,ac unũquodq̃ rei-

publicę tuę membrū id muneri exercere ſinas, quod diuina ſanctio, & natura ordo cuicp diſtribuit, mox parem experiaris exitū, quem & præfata diſſidentium membrorū cōpago miſere perſenſit: luxus uero inanis pernitioſiſſima Reipub. labes, quantum iam uniuerſam Germanorū gentē occuper, & q̄p ꝓcul hęc ipſa a maiorū ſuorū frugalitate & modeſtia degeneret, nemo eſt qui non iudicet, Rarus ſiquidē homo ille, cū quantulūcumcp nobilitatis iactitet, uel alicuius opulentię ciuem, mercatorē uel opificē agat, qui indumentorū cultu laneā nō dedignetur ueſtē, niſi exotico & peregrino Britannię aut Hibernię uellere contextam, qui non ignominioſum putet, ouinis uulpiniſcp tegi pellibus, aut qui uulgaris lanificij pileo & ſago ſit contentus, niſi bino & trino ex holoſerico & purpura Marcina aut Sebelina (ut uocant) pelle ſubducto, ſplendeat indumento, & niſi pileo & quod by rethū appellant ex Lugdunio Gallię aduētitio luxuriet, coccineo margine circūſepto, & aureis exculto fibulis, cum ſinuoſis ex purpura uittis, idcp ſciſſurarum uarietate flatibus, imbribus, ęſtuantibuſcp ſolis radijs ſit peruium, diploide quocp & caligis cum fuluo aut uermiculari ſubſtrato ſerico, quod per fiſſuras & rimulas ſexcentas transfulgeat, necnon & byſſina interula aureo & acu picto circundata collo, limbo, ſimilicp faſtu & pompa laſciuiat. Taceo inexplebilem menſę & obſoniorū libidinem, qua non tribus nō quattuor eſculentis, non una uel bina uini, aliorūcp potuū uarietate contentus es, neq; ſatis reputas bis tercp in die ad menſam recūbere, niſi & ſomnifero noctis poculo, Pucinū, falernū, creticū, & id genus ingurgites, quibus omnē ſane prouentū, queſtus, fortunaſcp omnes abſumis corporis ſimul & animi uim, roburcp, ꝓſternis, uiribus imbecillior fis, in re pauperior, ad religionis opera ſegnior, ad conſiliū obtuſior, ad bellicū apparatum impotentior, O ſceleſtā et flagicioſam pompā, o crudelē et impium luxum inanem, qui illuſtrium domos diſſipas, optimatum cognationes diſperdis, deſtruis regna, & omne ſublime imperiū ſubuertis, & nemo eſt qui te caueat, qui reijciat uel cōtemnat, Si digitum tuum uirulenta lues corrumpit, ſi manum, ſi pedem uenenata ulcera inquinant, non dubitas digitum, manum pedemcp ferro & igne totum abſumere, ut reſiduū corpuſculi tui cuſtodias & ſerues incolume, Ac ꝓ uniuerſę Chriſtianę Reipub. incolumitate & tutela, quam ob exorbitantem luxū tuū, & effrenē pompę libidinem, in ultimo iam exterminij et uaſtitatis diſcrimine conſtitutū, & uides et palpitas, nec unū tñ, o dedecus, o pudor, nec unū nocturnū poculū, nō unū obſoniolum, neq; minimā blandidulam ueſtem, & amictus pompulam, faſtumcp abſcindendum uel temperandū ducis, Q; ſi nulla te pietas, nulla religio, aut maiorū tuorū gloria, & uirtutis ſplendor moueat, unicū hoc pientiſſimi Ferdinandi regis exemplum te inflectere, allicere, & trahere debet (ꝓcul ſit omne lenocinium & palpans adulatio, ex re ipſa loquor, quę omnē hanc laudē longe q̄dem ſuperat & prę cellit, nouit ille qui eſt reconditorum ſcrutator & cognitor Deus) Is enim religioſiſſimus rex Ferdinandus, tanto ſtemmate & alto ſanguine natus, in tam ſublimi ſceptrorū, & regnorū ſpecula cōſtitutus, iuuentutis in eo florentibus annis, calcato tamē iuuenilis ſpiritus ardore, reiectis uoluptatibus ſpretiſcp

omnium deliciarũ illecebris,nulla (ubi de religione & publico cõmodo agitur) nulla aduerſa,nulla incommoda,nec ęſtus,nec frigora,nec uentos, imbres,aut grandines horret,nullis uigiliſ,nulla inędia,nec quibuſcunq; anxiſ laboribus frangitur,& modo tanq; ſolers & uigil Chriſtiani gregis ſpeculator ac ſtrennuus anteſignanus crucis,aduerſus crucẽ & furibũdum Chriſtiani orbis exterminatorem in aciem ad pugnamq; deſcendere, & pro cõm ſo ſibi grege copias,opes,uires animumq; obiſcere nõ formidat. Exaudire autem mihi uideor ſuſurrantis & ſecum murmurantis uocẽ dicentem,Et quid mirum,q; Rex Ferdinandus arma moueat,copias colligat,uires conatuſq; omnes in hoſtem intendat,cũ eius iã intereſt, & ad eũ prę cęteris Germanię potentatibus ſpectat,impñ Tyranni furorem impetumq; compeſcere,qui eius Pannonię,Croacię,& Dalmatię regni iam uiſcera penetrat,incendit,uaſtat,& quęq; regni illius,illius preſidia,& ,ppugnacula occupat,Cęteri uero Germani Principes,Magiſtratus,& populi,adhuc procul ſunt ab hoſte,nondum illorum pulſat fores,nullius confinia,nullius adhuc limina tãgit,Hęc teq; cogitas,hęc murmuras, hęc dicis, O improuidam,o uanam,nec homini dignam uocem , ſi enim non prius reſiſtendum , non prius bellum parandum dixeris , q; cum uibrantem iam hoſtis gladiũ & mucronẽ in te ſtringi uideris,flammarũ & incẽdñ uoraginẽ palpitando ſenſeris, Quid obſecro,inter hominẽ & iumentũ, qd inter prouidã & rationalẽ creaturã,& inter beluam diſcrimẽ facies? quandoquidem nullũ eſt adeo torpidũ ſtupidũq; beluarũ genus,cum uideat,cũ ſentiat hominẽ aut fęrã inuadentẽ,quin mox inſurgat,dente ferociat, cornu & calce petat,uel unguibus feriat perſequentem? Aut quis adeo incircumſpectus,& expers conſiliñ homo,qui non iudicet,qui palam non uideat,ſi adhuc ſemel horrendũ illud mõſtrum in Vngariã irrumpat (quod faciet niſi tua religio,prudentia,& arma reſiſtant , cum regni illius iã claues, arces,& preſidia occupet) quin ſtatim in Auſtriacas prouincias irruat,& cuncta ferro & ignę ſolita truculentia & rabie deuaſtet,Et quid tunc quęſo obſtabit? quis iter claudet? et aditus obſtruet? quin eueſtigio ueluti perfracto magni fluminis aggere,cuius impetus nulla mole , nullis obicibus contineri poteſt, impius ille tyrannus mox per Bauarię,Sueuię, Rheni,et Saxonum plagas impetat,ferociat,ruinis & cędibus omnia cõpleat, adeo (auertant id ſuperi) ut Rhenus & Albis quemadmodum Danubius & Iſter innocentium Chriſtianorum inficiantur cędibus,ſanguine & cruore rubeant,Sed eſto & admiſſo,qd' tamen nemo prudens dixerit , ut ſęuus ille tyrannus,cum Vngariam ſubegerit,Auſtriã euerterit,pedẽ ibi ſiſtat, & in te gladiñ ſui furorẽ nõ cõuertat,nunquid tibi uideť humanum , nedum pium & Chriſtianum ad populi tui ruinã & cladẽ dimiſſis cõniuere palpebris,& ueluti ignauus,& ſtupidus homo alioꝝ calamitatẽ cõplicatis in ſinum manibus ſpectare & intueri? Si in foribus ciuis tui tecta rapi incendio,eiuſq; ędes,ſuppellectilẽ,cõiugem,et infantes,crudeli uorari flãma uideas,nõne impius & ſceleſtus reputaberis homo? Si mox non clamites,uicinos excites,aduoces,& tu ipſe prępiti pede aduoles manu & dorſo ,uiribuſq; oñibus opem feras,Si Euangelica ueritas ouem uel bouem,qui in

foueam ceciderit,eripiendum enunciat,ſi & Moſis ore prȩcipit, ut aſinum ſub opprimente onere iacentem erigas,& ſubleues , fidelem hominem & uaſtam Chriſtiani nominis multitudinem,pro qua Chriſtus ſeruator ſputa,flagella,crucem,uulnera,plagas,amarulentę denicꝫ mortis ſupplicia nõ abhorruit: Tu qui Chriſti ſeruum ſpondes,qui auditorem & factorẽ uerbi polliceris,de profunda hac anguſtiarum fouea & uoragine eripere, & de truculenta manu trucidatoris,ſanguinem tuum ſitientis protegere & eruere abhorrebis? Abſit nefanda hȩc crudelitas,horrendaqꝫ impietas,ab innata Germanorũ ſodalitate & dulcedine,qui non aliunde uocati ſunt Germani,niſi ex eo,quod ſe mutua benignitate & amore, quaſi fraterno ſanguine iuncti amplectuntur & fouent,cuius olim beneuolentię et fraternę concordię merito nulla fuit unquam orbis terrarum natio, nulla quantumcũqꝫ dura & atrox bello gens,quę tanta uirtute et gloria tyrannorum impetum et uiolentiam coërcuerit,ſuamqꝫ genuinam libertatem tutata ſit quemadmodum Germani.

Quis enim populorꝫ,quę gens uel natio Magni Alexandri orbis domitoris uim repreſſit, eiuſqꝫ impetum cõpeſcuit, ne Danubĳ ripas excederet niſi Germani?

Darius Hidaſpis filius,& Cyrus prȩpotẽtes Aſię Reges,Danubiũ trańſcientes, auſi nõ ſunt attingere Germanos.

Octauĳ Auguſti legiones apud Cariſcos,ad internitionem deleuerunt Germani.

Tiberium quoqꝫ uindelicos armorum impetu aggreſſum ,in fugam et extra ſuos limites coëgerunt Germani:a Veſpaſiano ſummo poſtea Imperatore,duabus & triginta pugnis cõmiſſis,ſuperari & uinci non potuerunt Germani.

Longobardorꝫ diuturnã tyrannidẽ,quę nulla Regũ neqꝫ Principũ potentia,& nullo robore retundi & cohiberi potuit,ſuperarunt & extinxerunt Germani, Tanta denicꝫ & tam acris erat Germanorũ belli & pugnãdi uirtus,ut natum ſit inter finitimos adagium,Male qui pugnare uelit,cũ Germanis pugnet.

Si prioribus ergo ſęculis Germani,dum adhuc ſub mundi ſeruiebant elementis,& muta gentium colebant ſimulachra , necdum regale ſceptrũ, nec dum Imperĳ faſtigiũ adepti,uirili ſemper audatia et incõcuſſo animo, & robore,aduerſus regna,Imperia,ferociſſimarꝫqꝫ gentiũ irruptiones & impetus,ſuã libertatẽ,et gentis ſuę tranquillitatem pacẽqꝫ tutati ſunt,modo ſũma religione,ſũma ueritatis fide inſtructi,Diuinis legibus moribuſqꝫ inſtituti,Imperatoria Maieſtate decorati,militari diſciplina et armis prȩcũctis gẽtibus muniti,quanto cõdecẽtius,quãto oportunius ,atqꝫ glorioſius pugnãdũ ſit uobis aduerſus atrociſſimi et furibundi tyrãni gladiũ,aduerſus ſeruilẽ & ſpurciſſimã oĩum mortaliũ colluuiẽ,quę nõ modo agros,domoſqꝫ uaſtãdas,ſuppellectilẽ diripiẽdã q̃rit,ſed uitã ueſtrã filiorꝫ,matrũ,et infantium ſanguinem & oſſa petit,ſacratiſſimę fidei & religionis exterminium affectat,Principatus ueſtros,ueſtrumqꝫ Imperium nõ ut poſſideat, ſed ut perdat,deleat,& extinguat requirit,quod nõ ſemel impio & pollu-

to huius tyranni ore auditum eſt,non prius uelle reuocare manum, ferrū & ignem a Chriſtiano populo,nec ſaciari ſe poſſe Chriſtianorꝝ ſanguine, donec illorꝝ tollat & exterminet Imperiū,eiuſqꝫ memoriā & nomē fundi⸗ tus deleat & extinguat. Agite igiť,exurgite uos ſacri Imperij ꝓceres, uos cōſultiſſimi Magiſtratus & populi omnes,Agite & arma,tela, enſeſqꝫ ar⸗ ripite,& rumpite moras,anteqꝫ cadant de montibus umbrę & repentinæ indelebileſqꝫ ęrūnarum uos tenebrę comprehendant,iam ad arborem po⸗ ſita eſt ſecuris,iam peſtifera illa lues ueſtra aduſqꝫ limina ſerpſit,paululum morę ſi feceritis,actum erit de fide,de religione,Imperio & Principatibus ueſtris,Agite itaqꝫ,& exurgite dum tempus eſt,dum parꝝ adhuc diei elu⸗ ceſcit,& pientiſſimum crucis Anteſignanum Regem comitamini Ferdi⸗ nandum,qui ꝓ religione,pro Chriſtiano populo,pro ueſtroqꝫ Imperio, ſceptra,regna, copias, fortunas,uireſqꝫ opponere non formidabit,Agi⸗ te deniqꝫ pro illius fide,qui pro in cruce pependit, Agite pro religione,pro⸗ pter quam ſancti dira ſubierunt mortis tormenta, Agite pro Imperio, Principatibus,& Magiſtratibus ueſtris,quę Ottones,Henrici,Fœderici, cęteriqꝫ maiores ueſtri religione,armis,ſuoqꝫ ſanguine adepti & tutati ſūt, Agite ꝓ ueſtro,profilioꝝ, ꝓ cōiugum,& innocentiū paruuloꝝ ſanguine te cruore quē petit,quē ſitit immanis ille et furibūdus Dei et naturę hoſtis.

Age deniqꝫ,& diſſidium,liuorēqꝫ depone,depone faſtum & pompę li⸗ bidinem,depone luxum,& intēperiem uictus,ut illa tibi innata uirtutum ſemina coaleſcant,& in priſtinum glorię & ſplendoris tui germē floremqꝫ reſurgant, Eriſqꝫ uiribus incolumior,in re opulentior,religionis cultu ui⸗ gilantior,ad conſilium perſpicatior,ad bellicum apparatum munitior, in cunctis deniqꝫ rebus tuis gerendis actibus & ſucceſſibus eris fœlicior, & in omne æuum beatior.

FINIS.

Errores,quæ in libris, quatuor uoluminibus de cœleſti Agricultura annexis,ſe obrepſerunt.

cxxiij. qua,lege quæ	cxlij. idolothia,lege idolotita	clxxiij. uos adde
Ibidē impfectā, lege impſpectam	cxliij. auem,lege quem	clxxvij. puicacitas, lege puicatia
Ibidem docuit dele	Ibidem quod, lege quoad	clxxviij.documentum,lege ta.
Ibidem ſcrutatur,lege ſcrutantur	cxlv. ad adde	Ibidem cenſui,lege cenſuit
Ibidem laudant probantqꝫ, lege laudans,probans	cxlvij. corpori,lege corpore	clxxxi. deniqꝫ dele
	cxlviij. Ne thus,lege Nec thus	clxxxij. Sanherio, lege Sanherib
cxxvi. cōſequiť,leg.cōſequimur	cliij. opprobant,lege ap,pbāt	clxxxiij. tantum dele
cxxviij. qua,lege quia	clvij. arundini,lege arundine	clxxxv. ſimulachrūqꝫ,le.ſim. qꝫ
cxxxi.lege, ſcrutiniū expoſtulat: hęc aūt commemorare hic uo⸗ lui,ut tibi innoteſcat &c.	Ibidem tubaum,lege tubarum	Ibidem cuius,lege cuiuis
	clviij. qua,lege quæ	clxxxviij.artis adde
	clix. totam lineā dele, & pau⸗ lo inferius ſe quoqꝫ	cxc. erigunt,lege exigunt
cxxxij. fermis,lege uermis		Ibidē retrograde,lege retrogrado
cxxxiij.proprius,lege per prius	Ib.ſtrangulationē,le.ſtrāgulatiōe	cxci. hic ſermo dele
Ibidem propius,lege proprius	clxiij.noīs,noīa,lege numinis, a	cxcvi. fineunt,lege finemue
cxxxvi.reſiſtit,lege reſiſtitur	clxv. demondat,lege demandat	cxcvij. moue,lege moueri
cxxxvij.noiationis,lege denoīa.	clxvi. Hinc,lege huic	cxcviij. quem,lege quæ
cxxxviij.rerum adde	clxvij. Antonius,l. Antoninus	cxcix. eiuſdem,lege eiſdem
cxl. ori,lege ore	Ibidem eſt adde	cci. id adde
cxli. tum,lege tamen	clxix. ad, lege an	Ibidē dubitam, lege dubitamus
Ibidem quis,lege quando is	Ibidem perſpectu, lege perſpectū	ccij. quia noīs,lege quid noīs
Ibidem quoqꝫ,lege quoad	clxx. qui adde	

Excuſum Auguſtæ Vindelicorū,per Henricū Stayner, xiiij.Februarij,An.M.D.XXXXI.